


SLAVORUM LITTERAE THEOLOGICAE.

CONSPECTUS PERIODICUS.



DIRIGENTIBUS

Dr. JOS. TUMPACH, Dr. ANT. PODLAHA.

ANNUS I.

1905.



PRAGAE BOHEMORUM 1905.

SUMPTIBUS PROPRIIS. TYPIS AEP. OFFICINAE TYPOGRAPHICAE.

Epitome.

PROGRAMMA

1

BOHEMICA.

De liturgiae slavicae Pragae quondam in monasterio Emautino florentis monumento. Scripsit Dr. A. Podlaha	2
Dr. Josef Kachuík: Dějiny filosofie. (Historia philosophiae.) . . .	5
P. Vavřinec Wintera O. S. B.: Odboj Broumovských (Seditio Braunaviensium)	5
Prof. Dr. Václav Vondrák: Ó původu Kijevských listů a Praž- ských zlomků a o bohemismech v starších církevněslovanských památkách vůbec. (De origine fragmentorum Kijevensium atque Pragensium necnon de bohemismis in vetustioribus monumentis ecclesiastico-slavicis in genere.) Rec. Dr. A. Podlaha	6
Hlídka. Ref. A. P.	6, 107, 171
Časopis katolického duchovenstva Rec. Dr. Carolus Kašpar	7, 105
Vlast. Ref. A. P.	7, 171
Rádce duchovní	7
Nový Život	7
Museum, časopis bohoslovců českoslovanských. (Museum, libelli periodici Bohemorum iuvenum theologiae studiosorum.) Ref. A. Špaldák	8, 170
Věstník české Akademie císaře Františka Josefa	10
Dr. J. Tumpach et Dr. A. Podlaha: Vzdělavací knihovna kato- lická (Bibliotheca eruditionis catholicae)	41
Dědictví sv. Prokopa v Praze (Haereditas s. Procopii Pragae). Ref. Dr. J. Tumpach	45
Prof. Dr. Al. Musil: Od stvoření do potopy (A creatione ad dilu- vium). Rec. Dr. V. Zapletal.	50
Dr. Ant. Skočdopole: Učebná kniha bohosloví pastýřského. (En- chiridion theologiae pastoralis)	105
F. X. Grivec-Dr. A. Podlaha: Idea Cyrillo-Methodějská (Idea Cyrillo-Methodiana)	107
Staroslovanské povečerijs (Completorium veterosla- vicum)	107
Sborník historického kroužku (Collectanea societatis historicae)	107
Dr. J. V. Sedláček: Úvod do knih Starého Zákona (Introductio in libros Veteris Testamenti). Rec. Fr. Reindl	169
Dr. Pav. Vychodil: Apologie křesťanství. (Apologia religionis christianae.) Rec. F. Žák	233
Zd. Bretšnajdr: Pryč od Říma a Husova církev. národní. (Signum illud 'Separemur a Roma' et Hussii ecclesia nationalis.) Rec. F. Žák	236

II.

- Dr. Frant. Přikryl: SS. Cyrill a Method v upomínkách památek starožitných na Moravě. (SS. Cyrillus et Methodius in commemorationibus antiquorum monumentorum Moraviae.) Rec. Franc. Hruša . 288

BOHEMO-SLOVACICA.

- J. Škultéty: Slovenské Pohl'ady . 51

BULGARICA.

- Publicationes periodicae theologicae et ecclesiasticae.
Ref. G. R. 51
Cърkoven Věstnik. Ref. G. R. 52, 171, 238
Hristo Tančev: Ekzarhijskij ustav. (Constitutio [instituta et leges] exarchalis) 238

CROATICA.

- Lingua liturgica palaeoslavica in Croatia, Dalmatia et et insulis adiacentibus. — Academia palaeoslavica.
Scripsit Jos. Vajs 10
Jos. Vajs: Recensio croatico glagolitici fragmenti Verbenicensis.
Ref. A. P. 13
Jos. Vajs: Analecta sacrae scripturae ex antiquioribus codicibus glagoliticis. Liber Job. Ref. A. P. 13
Dr. Josip Pazman: Crkvene naredbe o zabrani i censuri knjiga ili tumačenje apostolske konstitucije „Officiorum ac munerum“. (Praescripta eccles. de prohibitione ac censura librorum seu explicatio constit. apost. „Officiorum ac munerum“.) Rec. Dr. Jos. Kratochvíl 13
Vrhbosna katoličkoj prosvjeti. Ref. Fr. Žundálek . . 15, 173
Dr. Jos. Stadler: Institutiones philosophiae lingua croatica exaratae 15
Dr. Jos. Stadler: Djela apostolska (Acta apostolorum) . 15
Dr. Ante Alfirevič: Hrvatska Straža. Rec. K—ý (O) 53
O. Ivan Marković: Papino poglavarstvo u crkvi za prvih vjekava (Primatus Romani pontificis primis octo saeculis). Rec. —ý . . 108
Dr. Ivan Marković: Slaveni i Pape (Slavi et Romani Pontifices). Rec. —ý. 108
Katolički List. Fr. H. Žundálek 172

LUSATICO-SORABICA.

- Ref. Franc. Žundálek 54

POLONICA.

- Dr. Jan Żukowski: O źródłach niewiary. (De infidelitatis fontibus) Rec. X. Dr. Fr. Gabryl 19
Podręczna encyklopedia kościelna. (Encyclopaedia ecclesiastica manualis.) 19
Steph. Zwolski: De bibliis polonicis usque ad saec. XVII. . . . 10
Dr. Ed. Likowski — Dr. Paul Jedzink: Die ruthenisch-römische Kirchenvereinigung genannt Union zu Brest 19
Przegląd powszechny. Ref. A. P. 19, 58, 111
Kwartalnik teologiczny 20

Przegląd kościelny	20, 58,	110
Wład. Abraham: Powstanie Organizacji Kościoła Łacińskiego na Rusi (De origine organisationis ecclesiae latinae in Russia). Rec. G—j—(O)		56
Dr. Jul. Czarnecki: Medycyna pastoralna (Medicina pastoralis)		109
Wołyński: Spis klasztrów unickich Bazylianów w województwie wołyńskim (Conspectus historicus monasteriorum basilianorum unitorum in Wolynia)		110
Swiat słowiański		110
Ks. Włodzimierz Piątkiewicz T. J.: Mistyczne ciało Chrystusa a charaktery sakramentalne (De characteribus sacramentalibus ratione habita corporis Christi mystici). Rec. A. P. et J. Urban	175,	248
Al. Syski: De autentia loci, qui in evangelio secundum s. Joannem inde a cap. VII. v. 53. usque ad cap. VIII. v. 11. legitur Rec. A. P.		175
Dr. Józef Bilczewski: Eucharystya w świetle najdawniejszych pomników piśmiennych, ikonograficznych, epigraficznych. (Eucharistia in luce monumentorum litterariorum, iconographicorum, epigraphicorum.) Rec. J. Urban		246
Ks. Antoni Nowowiejski: Wykład liturgii Kościoła Katolickiego. (Expositio liturgiae Ecclesiae Catholicae.) Rec. J. U.		249
Libri polonici recentiores		250

RUSSICA.

Ex Russorum litteris patristicis atque ss. Litteras spectantibus quaedam promuntur. Scripsit Fr. Grivec		20
N. M. Sokolov: Russkie svjatye. Rec. Dr. Lub. Petr.		25
A. P. Lopuchin: Tolkovaja Biblija. Rec. F. G.		25
Ex apologia russica biblica. Ref. F. Grivec		27
De Russorum doctrina de moribus. Compositum ab A. Špaldák	28,	63
A. P. Lopuchin †		31
P. A. Palmieri de Russia		32
Maltzew: Oktoich ili osmoglasnik		32
Novosti bogoslovskoj literatury		33
Glubokovskij de „Kalendario“ P. Nicolai Nilles necnon de schismate		33
N. P. Kondakov: Archaeologičeskoje putešestvije po Syrii i Palestině (Iter archaeologicum per Syriam et Palaestinam). Rec. Dr. Jar. Sedláček		58
M. O. Veržbolovič: Mir tajnstvejnyh javlenij (De mundo rerum arcanorum). Rec. Š.		60
S. A. Kotljarevskij: Lamenné i novějšij katolicism (Lamennais et recentior catholicismus). Rec. Dr. L. Petr.		60
I. Sokolov: Athonskoje monašestvo v ego prošlom i sovremennom sostojanij (Monachi Athonis eorumque status praeteritus et hodiernus). Rec. F. G.		69
B. P. Velitko: Vladimir Solověv žizň i tvorenija Rec. P. n.—(O).		71
Vl. Rybinskij: O Biblii (De Bibliis, Oratio, quam auctor habuit in religiosa societate culturae Kijoviae). Rec. A. Jašek		71
A. B. Michajlov: K voprosu o literarnom naslědij svv. Kirilla i Metodija (Quaestio de litteraria haereditate Ss. Apostolorum Cyrilli et Methodii in libris glagoliticis). Rec. J. V.		72
L. K. Goetz: Kj-w Pečerskij Monastyr kak kulturnyj centr domongolskoj Rossiji. Rec. L.		72
Izvěstija otdělenija russkago jazyka i slovesnosti Imperatorskoj Akademii Nauk. Ref. Š.		76

IV.

Christijanskoje Čtenije. Ref. —l.	77
Bogoslovskij Vjestnik. Ref. M. H., Dr. L. Petr & Fr. Jemelka	79, 208, 258
Cerkovnyj Vjestnik. Ref. l. r. L. Petr	86, 185
Trudy kievskoj duchovnoj Akademii	87
N. P. Solov'ev: Polnij krug duchovnych zakonov (Collectio legum ecclesiasticarum). Ref. T.	111
Alex. Zamjatin: Pokajanie i ego značenie dla pravstvennoj žizni christianina (De poenitentia et quid ad vitam moralem hominis christiani fovendam valeat). Rec. —l—	111
E. Golubinskij: Istorija kanonizacii svjatic v Russkoj Cerkvi (Historia canonizationis sanctorum in ecclesia russica). Rec. M. H.	114
Pravoslavnaja Bogoslovskaja Enciklopedija. Rec. M. Pavlik.	119
Věčnaja žižň kak vyseje blago (Vita aeterna ut summum bonum). Rec. F. Žák.	124, 175
Věra i razum (Fides et ratio). Ref. —l—	131
Prof. Aleksěj Vvedenskij Religioznoe obnovlenie našich dnej. Ref. G.	138
I. I. Žilov: Blagogovėjuija razmyšlenija (Devotae considerationes). Ref. —l—	140
Libri russici a 1905 editi.	141
Dušepoleznoe čtenie. J. Pořícký.	187
Pisma i donesenija iezuitov o Rossii konca XVII. i načala XVIII. věka (Litterae secretae Iesuitarum, qui in Russia, Petro Primo regnante, fuerunt). Ref. Dr. Ant. Podlaha	190, 280
Strannik 1904. G. H.	193
Strannik 1905. F. G.	196
Th. Kurganov: Nabroskii očerki iz novějšej istorii rumunskoj cerkvi. Rec. M. H.	197
Trudy kievskoj duhovnoj Akademii. F. G.	206
Vizantijskij Vremennik. Fr. Žundálek.	207
J. L. Gondal S. J.: L' Eglise Russe.	212
P. Jungerov, Obšee istoriko-kritičeskoe vvedenie v svjašennija vetchozavětnija knigi. (Generalis historico-critica introductio in libros sacros Veteris Testamenti). Rec. A. dolf Jašek.	252
Archimandrit Andrej: Kak ponimat čelověko-obraznyja predstavlenija sv. Pisanija o Bogě. (Quomodo intelligendae sint humanae repraesentationes Dei in Sacra Scriptura). Rec. A. J.	254
Th. I. Titov: Kritiko-bibliografičeskij obzor novějšich trudov po istorii Russkoj Cerkvi. (Conspectus critico-bibliographicus operum recentiorum de historia ecclesiae russicae) Rec. Dr. F. X. Grivec	254
De statu, quinunc est, disciplinae iuris ecclesiastici in Russia quaedam animadversiones. Scripsit Demetrius Jaremko.	261
I Smirnov: Pisma katoličeskago bogoslova k pravoslavnuvu. (Litterae theologi catholici ad orthodoxum.) Rec. Fr. Jemelka.	269
Pravoslavnij Sobesėdnik 1904. Ref. M. H.	272
Novyj Put'. (Nova via.) Ref. Fr. Žák	278
J. V. Preobraženskij: Cerkovnaja reforma. (Reformatio ecclesiastica)	279

RUTHENICA.

Qualis sit status litterarum theologiarum apud Russos unitos

Niva

34

SERBICA.

Publicationes periodicae res theologicas spec- tantes	Ref. G. R.	34
Bogoslovski Glasnik. Ref. G. R.	93, 143, 212.	261
Glasnik pravoslavne dalmatinske crkve Ref. G. R. 145,		213
Glasnik pravoslavne crkve u kraljevini Srbiji.		145

SLOVENICA.

Dr. Janez Ev. Krek: Zgodbe svetega pisma		36
Katoliški obzornik	37, 214,	282
Voditelj v bogoslovnih vedah	37, 215,	282
Ep. Dr. M. Napotnik: Sv. Pavel, apostol sveta in učitelj nar- odov (S. Paulus, apostolus mundi et doctor gentium)		96
Constitutiones Synodi dioecesanæ Labacensis a. 1903		97
Ep. Dr. A. Bon. Jeglič: Appendix ad Synodum dioecesanam La- bacensem celebratam a. 1903		97
Anguštín Stegenšek: Cerkveni spomeniki Lavantijske škofije. I. Dekanija Gornjegrajska (Monumenta ecclesiastica episcopatus Labacensis. I. Decanatus Oberburgensis). Rec. Dr. A. Podlaha.		146

PALAEOSLAVICA.

Glagolitica. Publicationes palaeoslavicae Academiae Veglensis. Ref. Dr. A. Podlaha.		215
Ex patrum litteris in Slavorum usu versatis. Scripsit A. Špaldák.		239

EXTERNA, RES SLAVORUM SPECTANTIA.

Echo's d'Orient. Ref. Dr. A. Podlaha.	37,	166
Bessarione. Ref. A. P.	38,	166
Rassegna Giuridica Ecclesiastica. Ref. J. V.		38
Archiv für slavische Philologie.	38,	166
Byzantinische Zeitschrift	33,	168
Jon. Michalcescuc: Die Bekenntnisse und die wichtigsten Glaubenszeugnisse der griechisch-orientalischen Kirche. Ref. B—č— (O)		98
K. Grass: Geschichte der Dogmatik in russischer Darstellung. Ref. B—č— (O)		99
Theologisch-praktische Quartalschrift. Ref. Dr. A. Pod- laha.		164
Österreichische Rundschau. Ref. Dr. A. Podlaha.		166
Revue Augustienne.		167
Zeitschrift für katholische Theologie		157
Der Katholik		168
Dictionnaire de théologie catholique		168
Rivista storico-critica delle scienze teologiche		168
Historisch-politische Blätter		168
Varii libri		168
P. Pierling S. J.: L'empereur Alexandre Ier est-il mort catho- lique? Ref. dr. E. Kaderávk.		232

**QUAEDAM, DE QUIBUS THEOLOGICI UTRIVSQUE ECCLESIAE DIS-
SENTIUNT.**

I. Doctrina de ecclesia. Scripsit A. Špaldák	99, 147
II. Quid e s. libris N. T. probari possit de divortio ob adulterium. Scripsit A. Špaldák.	101, 157
III. Quomodo theologi ecclesiae romanae et theologi ecclesiae graeco-russicae locum Mt. 16, 18 interpretari soleant. A. Špaldák.	216
IV. De ratione studiorum theologicorum scholastica. P. Sinthern.	225

MISCELLANEA.

De apostolatu ss. Cyrilli et Methodii sub patrocinio B. M. V.	39
De transcribendis formis litterarum cyrillicis. Scripsit P. A. Špaldák S. J.	40
Iterum de transcribendis formis litterarum cyrillicis. A. Š 164
De unctione infirmorum 164

ALIORUM IUDICIA DE NOSTRO PERIODICO 283

INDEX NOMINUM ET RERUM . I—XI



Slavorum litterae theologicae.

Conspectus periodicus.

Dirigentibus Dr. Jos. Tumpach et Dr. Ant. Podlaha.

1905.

Pragae Bohemorum.

Nr. 1.

Programma.

„ . . . primam veluti conditionem gratiae inter dissidentes componendae in eo collocandam esse censemus, ut ambae partes sincera fide atque ex animo reconciliandae ante omnia se inter se propius noscant ac vicissim recte intelligant“.

Archiep. Jos. Stadler Febr. 1895.

Edere nobis in animo est periodicum litterarum theologiarum sub slavicae linguae generibus latentium conspectum opulentum, quo studiis theologicis augmenti aliquid atque incitamenti afferatur.

Imprimis Slavos occidentales conspectus hic vinculi instar ad vires in unum conferendas litterasque theologicas nimia Slavorum gentis divisione aliisque incommodis laborantes alendas et augendas iuvabit.

Idem Slavos cum gentibus linguae slavicae in tot divisae genera ignaris iungens communicationem bonorum ingenii omnium nationum eiusque fructum singularem augebit.

Maxime autem illud, quo moti hoc opus aggressi sumus, omnibus viribus contendemus et laborabimus, ut controversiae, quibus Occidens et Oriens distinentur — opinionibus praeeudicatis, quae causam utrimque impediunt, sublatis — paulatim minuantur ac dirimantur.

Slavi orientales, qui in Oriente nominis christiani principatum nunc certe obtinent et inter omnes gentes Slavorum longe excellunt, proximis annis in studiis theologicis (saltem in nonnullis generibus) magnos progressus fecerunt. Quorum multi doctique viri, mutuam ingenii commercium mutuamque certationem litteris maximo adiumento esse rati, studiorum vicissitudinem, qua et tradant aliis gentibus sua et ab iisdem discant, laudabiliter expetunt. Item Occidentis nationes magis magisque ingenium ac studium suum ad Orientis negotia convertunt, omnesque, qui concordiae interpretes agere possunt, cari expectatique illis veniunt.

Quae cum ita sint, illi probando Slavorum orientalium desiderio respondentes eorumque consiliis ad effectum perducendis

operam dantes, illis quoque nationibus, quibus Slavorum lingua aliena est, utilitates aliquas nos praestituros esse speramus.

Ss. Cyrilli et Methodii, qui Slavorum Occidenti Orientique verum veri Dei cultum atque humanitatem attulerunt, excelsa consilia secuti, dolendum illud ecclesiastici coetus dissidium inter Orientem et Occidentem — tantorum originem malorum — quantum humanis viribus fieri potest, componere, turbamenta frangere, concordiae impedimenta removeare contendemus.

Schisma ecclesiasticum, inquit Glubokovskij, ex humanis dissensionibus ortum est et humana conservatur obstinatione, quae mutuis suspicionibus alitur et augetur quam ob rem accurata rerum cognitio, aequa confessio, ingenua agnitio optima via est ad removendum tristissimum impedimentum. Difficultates ab hominibus paratae honesto studio humano facillime superantur.

In quibus conatibus studium doctrinae concordiae studio par sit oportet: illo disciplina increscet, veritatis indagatrix atque scientia augebitur, hoc animi conciliabuntur quodsi defuerit, actum est.


Proinde confisi, fore, ut et in Oriente et in Occidente opus nostrum ea qua offertur sinceritate excipiatur, omnes rerum quae a nobis tractandae sunt peritos, ut operis nostri socii fiant et quae edere paramus, variae eruditionis accessionibus augeant, invitamus.

Deus approbet opus nostrum'

BOHEMICA.

De liturgiae slavicae Pragae quondam in monasterio Emautino florentis monumento.

Inter tot tantaque monumenta, quae de mente pia necnon erga slavicam gentem amore gloriosissimi Bohemiae regis ac imperatoris Caroli IV. testimonium dant manifestissimum, maximi momenti monasterium Slavorum Pragae erectum nobis esse videtur. Tempore Caroli IV liturgia slavica in Bohemia jam dudum liturgiae latinae cessit atque prorsus evanuit. Nihilominus rex piissimus, qui „ad ea, quae incrementum cultus divini respiciunt, sollertissime semper convertebat aciem mentis suae“, hoc quoque in votis habuit, ut aliquo saltem modo liturgia Slavorum in regno Bohemiae denuo effloresceret. Itaque occasionem, quae ei offerebatur, libentissime arripuit ad id, quod intenderat, perficiendum. Illo ipso tempore in Slavonia (Croatia) nonnulla monachorum Slavorum ordinis sancti Benedicti monasteria in tumultu bellico destructa sunt atque monachi ad mendicitatem redacti per regiones circumvagabantur. Ad instantiam Caroli IV papa Clemens VI. concessit, ut dicti monachi in Bohemia sedem constituere



Evangelium Rhemense: Pars cyrillica (Marcus 5, 24–34).

atque ritum suum patrium servare possint, attamen in uno duntaxat loco.¹⁾ Carolus eis monasterium cum ecclesia honori beatissimae Mariae Virginis ac gloriosorum ss. Hieronymi, Cyrilli, Methodii, Adalberti et Procopii dicata Pragaе extruxit atque necessarios redditus

¹⁾ Bulla Clementis PP. VI. 9. Maii 1346, cf F. M. Pelzel, „Geschichte Kaiser Karls des Vierten“ [1783, „Urkundenbuch“ p. 90–91; Helmling-Horcicka „Registrum Slavorum“ p. 6–7.



Evangelium Rhemense Pars glagolitica. (Mat. 16, 19. I. Ephes. 1, 3—8; Luc. 12, 32.)

paterne assignavit, statuens, ut monachi „in lingua slavonica dumtaxat futuris et perpetuis temporibus Domino famulent.“²⁾ Carolo monachos Slavos introducenti etiam negotium unionis cordi fuisse ex litteris papae Clementis colligi potest, ubi inter rationes pro monachis Slavis in Bohemiam introducendis haec etiam affertur: „in confinibus et circa

²⁾ Cf. Pelzel o. c. p. 92—93; Helmling-Horcicka „Reg. Sl.“ p. 8 12.

partes regni Bohemiae multos esse schismaticos et infideles, qui cum eis sacra scriptura latine dicitur, exponitur vel praedicatur, nec intelligere volunt nec commode ad fidem christianam possunt converti.“ Aliunde quoque notum est, Carolum cum Serborum rege, Stephano Dušan, de unionis negotio consilia habuisse.

De suo Slavorum monasterio Carolus sollicitus esse nunquam desiit. Joanni, scriptori librorum monasterii, a. 1356 decem marcas annui census assignavit, „consideratis multiplicibus obsequiis, quibus pro decore monasterii sui Slavorum in scribendis libris legendarum et cantus nobilis linguae slavonicae hucusque laboraverit.“³⁾

Monumenta haec literarum monasterii unacum liturgia ipsa maxima ex parte, id quod valde dolendum est, perierunt. Unus solummodo codex, et quidem maximi pretii, ab interitu vindicatus est.

Codex hic, pericopas epistolarum atque evangeliorum continens, duabus partibus constat. Primam partem cyrillieis literis scriptam, quae s. Procopii autographon credebatur, donavit monasterio Slavorum ipse Carolus IV. Monachi adjunxerunt partem secundam, glagoliticis litteris scriptam, atque dein totum codicem involuero pretiosissimo ornaverunt.

Miro rerum cursu codex hic Rhemos in Gallia delatus est, ubi ad nostra usque tempora in bibliotheca municipali asservatur (attamen pretioso involuero a Jacobinis despoliatus), indeque „E v a n g e l i u m R h e m e n s e“ vulgo appellatur.

Ante aliquot annos (a. 1899) codicem hunc arte phototypica in lucem edidit Louis Leger (L'évangéliste Slave de Reims, dit: Texte du Sacre“).

De prima codicis parte nunc quidem certum est, eam s. Procopii autographon non esse, quum saeculo XII. exeunte in Russia sit exarata; verum tamen secunda eiusdem pars pretiosissimum manet liturgiae slavicae in Bohemia monumentum.

Dr. A. Podlaha.

Dr. Josef Kachník: Dějiny filosofie. (Historia philosophiae.)

Vzdělavací knihovny katolické sv. XXXIII. Nákl. V. Kotrba, v Praze 1904. Str. 380. Pretium 4 Cor. 10 h.

Dr. Jos. Kachník, theologiae professor Olomucensis, qui iam a. 1896 brevem „Historiam philosophiae“ latine edidit, nunc ampliorem librum de eadem materia sermone bohémico magna sagacitate et iudicio critico elaboravit. Diligenter quoque litteras Slavorum philosophicas respicit, quo inter omnes alios scriptores excellit.

P. Vavřinec Wintera O. S. B. Odboj Broumovských (Seditio Braunaviensium). (Vzdělavací knihovny katolické sv. XXXII.) Nákl. Cyrill-Method. knihtiskárny V. Kotrby v Praze 1904. Pretium 60 h.

P. Laurentius Wintera O. S. B. in hoc opusculo lingua bohémica scripto demonstrat, vulgarem opinionem, ecclesiam protestantium Braunaviae a. 1618. iussu abbatis Wolfgangi Seelender clausam fuisse, esse

³⁾ Cf. Pelzel o. c. II. Nr. 343; Helmling-Horcieka „Reg. Slav.“ p. 56–66.

falsam; Braunavienses potius omnes conatus potestatis civilis eo spectantes perfregisse. Demonstrat etiam, Braunavienses seditionem excitasse non propter religionem, sed ex causis mere politicis, ad exequendum nempe jugum servitutis.

Prof. Dr. Václav Vondrák: O původu Kijevských listů a Pražských zlomků a o bohémismech v starších církevněslovanských památkách vůbec. (De origine fragmentorum Kijevensium atque Pragensium necnon de bohémismis in vetustioribus monumentis ecclesiastico-slavicis in genere.) V Praze 1904. Nákladem Jubilejního fondu Královské české společnosti nauk. (Pragae Bohemorum 1904. Sumptibus fundi jubilaei regiae societatis scientificae bohemicae.) X + 114 pag. mag. 8^o: K 2·10.

De glagoliticis fragmentis Kijevensibus necnon Pragensibus per multa quidem scripta sunt, cum mira tamen varietate sententiarum de loco et tempore originis.

Novam prorsus sententiam profert auctor huiusce dissertationis. De fragmentis Kijevensibus, quae continent versionem nonnullarum orationum ex missali ritus latini, statuit, ea descripta esse medio saeculo X. a quodam Bohemo in territorio serbo-croatico ex antiquiore quadam versione, quae apud Slovenos in Pannonia confecta est.

De fragmentis Pragensibus, quae officia ritus graeci complectunt, tenet auctor, ea saeculo XI. ad finem vergente in Bohemia, et quidem in monasterio Sazaviensi descripta esse ex archetypo bulgarico. Ex quo sequeretur, in monasterio Sazaviensi viginisse ritum orientalem atque literarum formas glagoliticās.

O. D.

Hlidka (Red. P. Vychodil, Brunae). XXII., 1. et 2. Dr. Josef Samsour: Inkvisice (De inquisitione). — František Kubíček: Ze životopisu pračlověka (E biographia hominis praehistorici). — J. O.: Textově kritické pochybnosti proti východisku nynější kritiky Pentateuchu (secundum articulum Joannis Dahse in »Archiv für Religionswissenschaft« quaedam dubitationes de fundamento hodiernae criticae Pentateuchi e critica textus proferuntur) — František Vacek: Legenda Kristianova (De Christiani legenda). Abhinc tres annos controversia scientifica exorta est de »Vita s. Ludmillae et s. Venceslai«, quae nomen Christiani, filii Boleslai I., praese fert. Alii (Dr. Pekař) contendunt, legendam hanc revera antiquissimos esse Bohemiae annales, alii autem eam demum saeculo XIV. attribuunt, quorum partes sequitur Vacek. — Fr. Snopek: Studie cyrillo-methodějské (Studia Cyrillo-Methodiana). Doctissimus auctor continuat studia sua de ss. Cyrillo et Methodio. Dissertit de Clemente, auctore legendarum sic dict. »Pannonicarum« de s. Cyrillo et Methodio. Clemens, natione Bulgarus, Photii sectator, egregie quidem de literis slaviciis meritis, in suis legendis partis Photii nimis studiosum se ostendit non sine magno veritatis historicae detrimento. Hinc docet auctor, inquirendum esse, quid e fontibus fide dignis hauserit, quidque ex proprio addiderit. Ipse dein ostendit, quinam fuerint illi fontes Clementis, inter quos antiquissimam quandam »Vitam« fuisse contendit, quae in forma vetustissimi »troparii« bulgarici ad nos usque pervenit — Jos. Vrchovický: Odpuštěkové dokumenty z českých dějin (1387—1396).

Litterae indulgentiarum in Bohemia (1387—1396). Ex litteris indulgentiarum in »Monumentis Vaticanis« a Krofta editis probatur, poenitentiam et confessionem fuisse illo tempore indulgentiarum conditionem sine qua non, atque indulgentias denotasse solummodo remissionem poenae temporalis. In omnibus litteris indulgentiarum occurrunt verba »vere poenitentes et confessi« et »de iniunctis poenitentiis«.

Časopis katolického duchovenstva (Publicatio periodica cleri catholici Bohemici). Redactores: Dr. Fr. Krásl, Dr. Fr. Kryštůfek, Dr. J. Tumpach, Dr. A. Podlaha. Pragae LXVI (LXXI). 1. et 2: Jos. Vajs: Úcta neposkrvněného početí B. Marie Panny v liturgických knihách hlholských (Cultus immaculatae conceptionis B. M. V. in liturgicis libris glagoliticis). — Dr. Fr. Kryštůfek: Jansenismus a jeho záhubný vliv na katolické státy v Evropě (De infausto jansenismi in catholicas Europae terras influxu). — P. A. Špaldák T. J.: Řečtí Otcové církevní o neposkrvněném početí Panny Marie (Patres graeci de immaculata Deiparae conceptione). — Dr. K. Statečný: Spencerovo »Nepoznatelné« (Philosophi Spencer »Incognoscibile«). — Dr. K. Vrátný: Panna Maria v literatuře katolického Islandu (B. M. V. in catholicis Islandiae litteris). — Dr. Jos. Samsour: Křesťanské missie a jejich kulturní význam (De missionibus christianis earumque pro cultura momento). — Dr. A. Podlaha: Učení o neposkv. početí P. Marie v Čechách před prohlášením učení toho za dogma (Doctrina de immaculata B. M. V. conceptione in Bohemia ante dogmaticam huius doctrinae definitionem). — Dr. A. Soldát: O uherském právu manželském (De jure matrimoniali in Hungaria). — Dr. B. Spáčil: Volby papežské a tak zvané právo exklusivní (Electio summi Pontificis et sic dictum jus exclusivae). — Dr. R. Spaček: Rozum a učení o nejsv. Trojici (De rationis ad doctrinam de ss. Trinitate relatione). — Dr. V. Zapletal: Co znamená jméno »Qohelet«? (Quid significet verbum »Qohelet«?) — Dr. Rud. Zháněl: Z vojenské duchovní správy (E cura animarum apud militiam vagam). — Fr. Fryč: Chronologie života Páně (Chronologia vitae Domini). — Cum supplemento litteras Slavorum theologicas spectante, cuius exemplaria separatim typis exscripta hunc ipsum conspectum periodicum efformant.

Vlast. Red. Tomáš Škrdl. Pragae. XXI, 1—3. Jan Hendrich: Jaký byl vztah věrozvěstů slovanských Cyrilla a Metoděje ke stoliči římské? (Quales se apostoli Slavorum Cyrillus et Methodius Sedi apostolicae praeberint?) Contra nonnullos, qui ss. Cyrillum et Methodium ecclesiae graecae adjudicant, demonstrat auctor dissertationis, sanctos apostolos Slavorum fuisse romano-catholicos atque sciente et approbante romano pontifice munus apostolicum exercuisse. — Frant. V. Peřinka: Československá jednota, rozluka a vzájemnost (Bohemorum cum Slovaciis, i. e. incolis Hungariae septentrionalis, in rebus litterariis aliquando unio, postea separatio, nuncque vicissitudo). — Tom. Pícha: Hřbitovy po stránce hygienické a nemoci infekční (De coemeteriis ex parte praeceptorum de valetudine tuenda atque de morbis, qui contagione vulgantur). — Frant. V. Peřinka: Zprávy z uherského Slovenska (Ex regione Slovacorum in Hungaria). Refertur de persecutione sacerdotum, qui litteras patrias colunt, de societate s. Adalberti ad edendos libros linguâ Slovacorum etc. — Dr. Ant. Lenz: »Pryč od Říma. — Los von Rom«. — Dr. Al. Kolísek: Martin Kollár a Spolek sv. Vojtěcha na Slovensku (De Martino Kollár, catholico sacerdote, scriptore slovaco atque administratore societatis s. Adalberti).

Rádce duchovní. Red. Fr. Vaněček. Pragae. XII. 1—2. Václav Oliva: O národním jazyce při bohoslužbách (De sermone patrio in cultu divino). — Dr. Ant. Brychta: O přeložení zádušních hřbitovů

od farních kostelů; některé pokyny, jichž třeba při takové translaci šetřiti (De translatione coemeteriorum, quae peculium ecclesiae sunt, ab ecclesiis parochialibus in alium locum; quaedam monita in hocce negotio observanda). — Fr. Vaněček: Prof. Mareš o postu (Laicus professor physiologiae Pragae Dr. Mareš de utilitate jejunii).

Nový život. Red. K. Dostál-Lutinov. Prostějov. X., 1. J. O.: Krise církve a náboženství dle V. Mrštíka (De ecclesiae atque religionis discrimine praecipue in Bohemia). — Jar. Jivanka: Jeremiáš a jeho »Pláč« (De Threnis Jeremiae cum versione e textu hebraico). — Dr. Margin: Odkaz Dra Erharda potlačeným Slovákům (Dris Erhard cohortatio ad oppressos Slovacos). — M. Koutecká: Emancipace žen (De emancipatione foeminae) — XX X.: O symbolismu v malbě byzantské a středověké. (De symbolismo in pictura Byzantinorum et medii aevi). — Jakub Deml: Nové oltáře (De altaribus, ut vere artis opera sint).

Museum. časopis bohoslovců českoslovanských (Museum, libelli periodici Bohemorum juvenum theologiae studiosorum). 1. Karel Háňavka: O instinktu živočichův a o lidském rozumu (De instinctu brutorum atque de ratione humana). — Joseph Foltynovský: Ze severosemitské epigrafie (Ex epigraphia Semitarum septentrionalium). — Ant. Kordík: Vzniklo náboženství způsobem přirozeným? (Estne religionis origo naturalis?) — Ferdinand Šob: Epiklese v církvi východní (De epiclesi in ecclesia orientali). — I. Dvortěl: Idea pravdy, dobra a krásna (De idea veri, boni, pulchri). — G. N. De quaestionibus controversis inter ecclesiam romanam et graeco-russicam). 1. De valore unctionis infirmorum sanis administratae. Auctor manifeste propositum illud: in dubiis libertas, in necessariis unitas secutus inquirat vel potius ad inquisitionem instituit, pertinentne dictae quaestiones ad dubia an ad necessaria. Laudandum certe est studium demonstrandi Ecclesiae orientali, minime nobis instar axiomatis propositum esse, ut nulla in re cedamus, quae opinio reapse pervulgata est apud Russos Graecosque, quamque a nobis practice nondum sufficienti modo confutatam esse Ehrhard in libro suo »Die orientalische Kirchenfrage« sapienter monuit. Vel haec sola ratio nos moveret ad caput illud attentius considerandum, si non ipsum argumentum egregium parumque a theologis tractatum eiusque accurata tractatio nos movissent. Enumerantur ibi tres modi solvendi quaestionem. Primus reprobans consuetudinem ecclesiae orientalis (Graecorum, Coptarum, Jacobitarum) reicitur; multa enim in ecclesia romana de unctione infirmorum mutata esse constare. Alterius sententiae, quam Goar, Drouin, Filaret, alii tuentur, et qua consuetudo illa ritibus mere ecclesiasticis, qui carent vi sacramentorum, annumeratur, argumenta a Drouin proposita indicantur et dubium quoque ex exprobrata a Latinis hac consuetudine sumptum eiusdem verbis refellitur: »Quis nescit nostrorum saepe adversus Graecos et orientales iniqua esse et acerbitalis plena iudicia?« Tertius modus rem explicandi, verum sacramentum hic agi atque unctionem sanis administratam valere cum Sambovio aliisque latinis tum Russis plerisque tribuitur. Ratio prima eorum est, quod ea consuetudo certe a Graecis pro sacramento habebatur nec sane reiici omnino potest; allegantur Job Monachus, Contempl. VII. ecclesiae mysteriorum; Simeon Thessal., De 7 sacram., »infundi poenitentibus«; Arsenius, Can. [ap. Goar?], Dimitrij Rostov., Sočinenia M. 1842, c. I. str. 112; Arcudius, De extrema unct. c. ult.; Leo Allat., De ecclesiae occidentalis et orient. perpetua consensione, c. 16, n. 3; immo ipse Goar aliquibus locis [— diligentius allegata magis satisfacerent!]. Ratio secunda est posita in identitate huius consuetudinis cum illa antiquissima, qua publice poenitentes in fine ungebantur »oleo infirmorum«, ut legitur in vetere versione arabica canonum nicaenorum; quocum cohaerere auctor existimat promiscuum usum vocabulorum »reconciliatio«, »unctio in-

firmorum«, »manuum impositio« (Cypr., Ep. (ad clerum rom.) 9, n. 1—3; Ep. 11, n. 2; Syn. carthag. IV. cn. 80; Constit. apost. l. 2, c. 18; Orig. Hom. 2. in Levit. (»et imponent ei manus«); Ambros., De poen. l. 1, c. 9; Vita s. Theodorici abb. Rhemensis (»in morem reconciliantis«¹⁾) et consuetudinem quoque consecrandi oleum infirmorum feria V. hebdomadis maioris. Tertia ratio est, quod negato valore unctionis sanis applicatae, valor a circumstantiis dubiis aut a certis quidem sed externis dependere dicendus esset. Denique etiam senes valide unguuntur, quibus mederi nemo conabitur. In fine explicatur secundum hanc sententiam, cur haec consuetudo in ecclesia romana desierit. Uctionem infirmorum esse consumptionem poenitentiae sicut confirmatio est »consumatio et perfectio baptismi«; simulac poenitentia publica, qua satisfiebat pro peccatis et cui, ut redeat innocentia baptismalis, unctio addebatur, cessaverit, cessasse etiam illam consuetudinem nec unctionem iam adhibitam esse nisi in periculo mortis. 2. De effectibus solemnem professionem religiosam in matrimonium consumatum. Auctor imprimis difficile esse docet fontem tanti discriminis inter matrimonium consumatum et non consumatum reperire, quantum relate ad professionem iure divino positum esse a theologis latinis statui solet. Duas rationes negat sufficere, quatuor alias negat esse veras; quartae etiam sensum negat accuratioris inquisitione instituta. Hinc concludit non videri divinitus institutum esse hoc discrimen, et rationem, cur dirimatur matrimonium per professionem, esse in eo, quod professio morti aequivaleat (Thom. Suppl. q. 61, a. 3). Ad promptam dubitationem de possibili reditu ad »vitam« removendam allegat opus morale Ballerini-Palmieri fr. X, s. 8, n. 671 et ad similem quaestionem, num secessus in regionem longinquam aequivaleat morti, diiudicandam citat cn. 9. concilii Vermeriensis (a. 752); c. 113 Capit. Theod. Cantuar.; cn. 16. Conc. Compendiense. Fusius consulta auctorum argumenta tractat, quibus discrimen illud de iure divino esse probare solent; urget inter alia nimium probari, cum votum continentiae alterius coniugis non sit iure divino praescriptum (Sanchez 7, 40); addit aliud quoque argumentum ex Gregorii M. l. 9. ep. 39. (ad Theoct. = l. 11, ep. 45, quod difficilius esse fatetur; explicat tamen etiam hunc locum et doctrinam canonistarum (excepto Innoc. III, quem aliud sensisse suspicatur, sicut nec in aliis in hoc genere, ita nec ab hoc errore necessario liberam fuisse iudicat. Tamen persuasione aliorum ductus omnia magis dubitando quam affirmando proponit et studium speciale huius quaestionis commendat; quod ut fiat etiam nos summopere optamus. 3. Tertia quaestio, quae breviter quidem sed accuratissime tractatur, est notior: de divortio ob adulterium (fasc. 2, p. 87—90). Enumeratis libris (etiam russicis) hac de re conscriptis inquiritur, quid sit de iure naturae, et subtilibus distinctionibus praemissis negative tantum determinatur, quantum stabilitatem lex naturalis exigit. Deinde patrum et conciliorum doctrina — et faventium divortio possibili et faventium insolubilitati de iure divino — examinatur, brevibus sed efficacibus notis locorum minus clarorum sensu explicato. Docemur primum concilium, quod certo negavit divortium ob adulterium fieri licere, fuisse concilium Foro-Julense a. 791, quamquam etiam a. 1031 concilium Bituricense contrarium statuit; antea solos s. Aug. et Hieron. pro hac doctrina afferri posse²⁾. In fine duplex proponitur via sol-

1) Potuit auctor vindicare illud quoque apud Aphraatem, Dem. XXIII, ubi unctionem infirmorum et oleum post poenitentiam adhibitum sub uno comprehendi manifestum est. (f. edit. Wright p. LV.

2) Ex adversariis citantur ut certi: Polentius, Chromatius, Lactantius, Tertullianus, Basilius; Consilium bituric., romanum (Mansi XIV, 1010), Zacharias (?), Conc. compendiense, Capitularium Caroli M., Capitula Theodori cantuar., Poenitentiale Theod. cant., Poenit. rom., Conc. s. Patricii, Asterius (Amas. ?), Ambrosius (?), Origenes. —; ut saltem

vendi controversiam Aut auctoritate s. Augustini et s. Hieronymi nixi Graecis persuadebimus illicitum esse divortium ob adulterium, aut canonem concilii Tridentini (7. sess. 24) explicabimus de identitate doctrinae formali tantum, non materiali; sc. probabilem putat (allegans D. Palmieri, De poen. p. 332, 2) eam explicationem huius canonis, ut sensus sit: scriptura sacra adulterium non significat esse pro omni tempore rationem iuridicam (právný; forte iustam) dimissionis, sed potius primariam legislatoris N. T. intentionem fuisse insolubilitatem, secundo tantum spectatis circumstantiis permitti solutionem (secundum aliquos exegetas Mt 19, 9: J. Grimm, Die Einheit der Evangelien 1868 S. 258. 316). Ceterum ut priores ita et haec quaestio ulteriori inquisitioni relinquatur.

- l -

Věstník české akademie císaře Františka Josefa pro vědy, slovesnost a umění (Nuntius academiae scientiarum bohemicae caesaris Francisci Josephi). XIII., 9. Jos. Vajs: Hrvatsko-hlaholský rukopis Národní knihovny Pařížské (Manuscriptum croatico-glagoliticum bibliothecae nationalis Parisiensis). Codex hic saeculi XIV. vel potius XV. (sign. cod. slav. 11) continet in parte prima: calendarium, cantica, commune sanctorum, officium defunctorum, in parte secunda: praeparationem sacerdotis ad missam, ordinem missae, canonem necnon nonnulla formularia missae; in parte tertia varias caeremonias, in parte quarta denique nonnullos cantus sacros. In calendario occurrunt quidem potissimum festa ecclesiae occidentalis, nihilominus tamen etiam nonnulla festa ecclesiae orientalis ibi inveniuntur. Partes ex breviario et missali desumptae quae in codice continentur, iam aliunde satis notae sunt. Majoris momenti est tertia — ritualis — pars, et vel praecipue ideo, quod praeter textus ex latino archetypo emanatos etiam nonnullas orationes cum orationibus in euchologio Sinaítico congruentes ibidem reperimus. Quod indicium novum est commercii spiritualis glagolitarum Croatarum cum glagolitis Macedoniae et Bulgariae, simulque indicium, in libris croatico-glagoliticis antiquissimos textus non solum biblicos sed etiam rituales ad nos pervenisse.

L.

CROATICA.

Lingua liturgica palaeoslavica in Croatia, Dalmatia et insulis adiacentibus. — Academia palaeoslavica.

Nostra aetate, qua pietas erga monumenta antiquitatis cum profana, tum etiam artis christianae admodum exerevit, inter alia domicilia liturgiae slavicae ritus romani, quae sunt potissimum dioeceses Modruš — Segniensis in Croatia, Jadrensis et Spalatensis in Dalmatia, nomen aliquod sibi acquisivit dioecesis et in specie ipsa insula Veglensis (Krk).

Quae ob maiorem monumentorum glagoliticorum primi ordinis — ut de caeteris taceamus, noster est codex Clozii, nostrae tabulae et inscriptiones Bescae, Veglae — vagina rerum glagoliticarum

probabiles Epiphanius, Chrysostomus, Hilarius, Gregorius Naz., Theodoretus, Alcimus Av., Concilium veneticum, suessionense, Joannes VIII [hunc immerito adnumerari arbitramur]; Conc. arelatense, illiberitanum, agathense, Leo I., Hincmarus rhem.; et de causis aliis praeter adulterium: Conc. vermeriense, Capitula Theodori, Nicolaus I.

appellata, licet antiquioribus temporibus sacerdotibus, qui lingua palaeoslavica in sacris utebantur, semper abandaverit ita, ut glagolitae Veglenses cum suis voluminibus in regiones vicinas profecti, ibidem inter latinos more patrio sacra peragerent — ex gr. in Carniola, prout plura fragmenta glagolitica nuper ibidem inventa testantur — nostris temporibus miro rerum concursu novum quoddam „seminarium“ glagolitarum extitit.

Quo in negotio optime meruit Illmus episcopus Veglensis Dr. Antonius Mahnič¹⁾, homo apostolicus populique sui cum in temporalibus tum in spiritualibus necessitatibus pater. Quanta cura rebus etiam liturgicis in sua dioecesi in ordinem redigendis invigilet, non unum pro utroque idiomate latino scilicet ac slavico extat documentum²⁾. Difficilius tamen res se habebant ex parte glagolitarum; librorum defectus, sacerdotes linguae minus gnari, in liturgiâ ipsâ plerique abusus ita, ut pluribus in locis in eodem officio partim slavice partim latine sacra peragentur. Hic altius fodendum esse fundamentum praenoscens malis huiusmodi medendis a. D. 1902 in urbe Veglensi celebrata synodo dioecesana, in actis eiusdem synodi de Academia paleoslavica condenda sequentia clero suo communicavit³⁾:

„Ex antiquissimis temporibus his in terris lingua palaeoslavica in s. Liturgia usu viget. Cui a s. Sede etiam atque etiam approbatae nuper Leonis XIII. auctoritate novum robur ac honos accessit. — Ac ita lingua palaeoslavica, cum iam diu ex hominum usu cesserit, sicut latina consecrata ss. Mysteriis religionis nostrae conficiendis servit. Ineruento enim Missae sacrificio haud quicquam sanctius invenitur. Quare sicut pro Missae Sacro celebrando ac Sacramentis administrandis ivenes sacerdotii candidati longo annorum usu in lingua latina discenda exercentur, ut eam penitus calleant, ita et Nos omnem cogitationem et curam in eo ponere fas est, ut sacerdotes huius dioeceseos ad Sacrum lingua palaeoslavica celebrandum accessuri eam plene cognitam habeant. Et in gymnasiis publicis quidem huius linguae elementa traduntur, verum id consilio nostro non sufficit: neque porro praetereundum, quod illa, quae in gymnasio discuntur, perfacile memoria excidunt, cum tamen sacerdotem linguam, in qua sanctissima religionis Mysteria obit, recenti semper memoria tenere oporteat, ne orans sit velut aes sonans aut cymbalum tinniens (I. Cor. 13, 1). Ceterum sunt etiam gymnasia a nostratibus frequentata, in quibus linguae palaeoslavicae nulla elementa traduntur. — Quare ex quo tempore linguam palaeoslavicam legitime in hac dioecesi inductam Nobis persuasimus, eam praeterea novis s. Sedis decretis denno confirmari gavisus sumus, praecipuis autem ex quo SS. Dni Leonis XIII. consilia praesentibus Nobis cognoscere contigit, aliquid pro lingua palaeoslavica in his regionibus conservanda, fovenda et excolenda suscipere constituimus. Re autem diu ponderata collatisque cum viris peritis et prudentibus consiliis in animum indu-

¹⁾ Nat 14. Sept. 1850 in Koblil prope Goritiam; cons. 25. Mart. 1897.

²⁾ Cf. Proprium Sanctorum ab Apost. sede pro dioec. Veglensi approbatum. Veglae 1901. — Item: Appendix ad Missale Rom. 1903.

³⁾ Cf. Acta et Decreta Synodi Veglensis. Veglae 1902.

ximus hiee in urbe Nostra Academiam palaeoslavicam condere. Cum autem inceptum hoc Dioeceseos utilitatem spectet, ideo eius consilium et rationem in Synodo vulgari et disentienda opportunum duximus. — Academia haec coetus seu sodalitas virorum linguae palaeoslavae peritorum erit, qui omni cura linguae liturgicae palaeoslavae excolendae et in sacro usu ad decreta apostolica conservandae studebunt. Ab hoc coetu nequiequam longius aberit, quam ut ex auctoritate ecclesiastica nolit pendere, ut etiam episcopum perpetuum maeenatem sibi constituturus suamque operam eius arbitrio permissurus sit. — Consilia autem, quae Academia palaeoslava assequi nitetur, haec potissima erunt: 1. Linguam palaeoslavicam diligentissime excolere: 2. quare curae ei erit, ut quantum per opes licebit, unus alterve ex iunioribus sacerdotibus hac lingua academice erudiantur: 3. id petere, ut sacerdotes, antequam ministerio ecclesiae glagoliticae addicantur, lingua palaeoslava hie instructi probentur: 4. libros aliave scripta vulganda curare, quae linguae palaeoslavae excolendae necessaria vel utilia sunt: eo consilio typographia glagolitica condetur, ut Academia eiusmodi opera exendere et in lucem edere possit: 5. in id incumbere, ut cantus glagoliticus reformetur et ad integritatem cantus gregoriani reducatur: 6. alia quoque conari, quae pro temporum indigentis vel pro rerum adiunctis linguae palaeoslavae usui esse videbuntur. — Haec interim de Academia palaeoslava dicta sunt, ut quisque intelligat, quid propositi Nobis sit. Ad hoc suscipiendum induxit nos pietas erga s. Ecclesiam obsequiumque erga Romanum Pontificem, quem nequidquam gravius desiderare novimus, quam ut veneranda superiorum temporum monumenta ab interitu vindicentur et in debito honore habeantur: ad quae monumenta etiam lingua palaeoslava pertinet. Longe a nobis absunt quaevis alia consilia. — In tempore plura de Academia palaeoslava condenda palam fieri curabimus. Rogamus autem omnes, qui nobiscum bene animati sunt, ut consilio et opera nos adjuvent, quo prius et securius id, quod animo complexi sumus, perficiatur.*

Nobili huic conamini respondit clerus non solum dioecesanus, sed etiam longe ultra angustos dioeceseos fines litterariae huic societati nomen dedere fere 150 socii.

Societas (sec. Statuta 12. Januarii 1903 a c. r. terrae gubernio Tergesti approbata) constat: 1. fundatoribus, i. e. iis qui academiae 300 Cor. austr. dono dedere: 2. sociis auxiliariis, qui semel 100 Cor. intulerunt, et 3. ordinariis, qui annuatim 5 Cor. solvunt.

Quo majus excitaretur studium glagoliticorum monumentorum, academia pro viribus sibi proposuit edendas publicationes (Glagolitica*), quibus liturgicis praesertim libris corrigendis via pararetur. Decursu praecedentis anni „Glagolitica“ duas protulere publicationes nempe: Recensionem croatico-glagolitici fragmenti Verbenicensis (fasc. 1.) et Librum Job ex codice Noviano II. collatum eum aliis codd. glagoliticis (fasc. 2—4.).

Praeterea sumptibus eiusdem academiae duo fasciculi ad cantum ecclesiasticum spectantes, alter pro clericis (Toni Missae), pro laicis alter (Djelovi pjevane mise — Partes missae cantatae), prodire.

Non superest nisi operam dare, ut haec magnarum cogitationum vota fauste incepta patriae decori ecclesiaeque utilitati de die in diem melius impleantur.

Jos. Vajs.

Recensio croatico-glagolitici fragmenti Verbenicensis. Auctore *Joseph Vajs*. (Glagolitica. Publicationes Palaeoslaviae Academiae Veglensis. Fasc. 1.). Veglae 1903. 50 pag. 8^o.

Fasciculus hic, primus omnino a suprascripta Academia Veglensi editus, continet criticam editionem glagolitici breviarii fragmentorum, quae inserviebant pro theca, in qua religata erant documenta parochialis ecclesiae Verbenici in insula Veglensi. Fragmenta haec, partes officii Adventus continentia, saeculo XIII. exeunti vel XIV. ineunti tribuenda sunt. Editio haec omni apparatu critico sagaciter elaborato instructa est.

Analecta sacrae scripturae ex antiquioribus codicibus glagoliticis. Liber Iob. Ex breviario Noviano II. transcriptum variis lectionibus aliorum codicum ornavit *Joseph Vajs* (Glagolitica. Publicationes Palaeoslaviae Academiae Veglensis fasc. 2—4). Veglae 1903. 74 + 8 pag. 8^o.

Haec publicatione ingreditur J. Vajs vestigiis I. Berčić et C. Pačić, qui fragmenta glagoliticae versionis Sacrae scripturae collegerunt et partim etiam ediderunt. E duobus breviariis saec. XV., quae in archivio ecclesiae Novii Croatiae asservantur, totum fere librum Job e singulis lectionibus composuit. „Ex comparatione varii textus huius libri“ — sunt verba editoris — „duo licet concludere in historia versionis S. Scripturae alicuius momenti, nempe: in codicibus croatico-glagoliticis duas eiusdem libri extare versiones: unam secundum aliquem codicem graecum, alteram, quae cum Vulgata apprime concordat.“ Ad quaestionem, quid de aetate utriusque versionis dicendum, respondet Vajs: „Omissis generalibus observationibus ex hac tantum circumstantia, quod textus codicibus graecis consonus in antiquioribus monumentis croatico-glag. occurrat, concludere licebit, ipsum antiquiorem esse eo, qui Vulgatam sequitur, quique in monumentis posterioris aetatis invenitur. Conclusio haec confirmatur ex historia literariae rei glagoliticae in Croatia, quam post solemne decretum Innocenti P. IV. (1248) copiosius effloruisse novimus. Iam vero ipsius decreti verba „Nos igitur attendentes, quod sermo rei, et non res sermoni subiecta, licentiam dummodo ex ipsius varietate litterae sententia non laedatur, auctoritate praesentium concedimus postulatam in causa fuisse videntur, cur non solum glagolitici textus graecae originis ad normam latinae Vulgatae corrigerentur sed etiam ansam datam fuisse novas versiones textui latino apprime respondentem comparandi“.

Dr. Josip Pazman: Crkvene naredbe o zabrani i censuri knjiga ili tumačenje apostolske konstitucije „Officiorum ac munerum.“ (Praescripta eccles. de prohibitione ac censura librorum seu explicatio constit. apost. „Officiorum ac munerum“.) Zagreb. 1904. Pag. 298.

Pulchre elaborato ordinatoque hoc libello prof. theologiae moralis in universitate Zagrabiensi, doctor Iosephus Pazman, utilissimum docu-

mentum ad pauperem lucusque literaturam theologiam gentis croaticae dedit. Finis huius opusculi est: ad meliorem cognitionem unius partis legislationis ecclesiae catholicae i. e. legum de prohibitione et censura librorum perniciosorum conferre.

Totum opus in quatuor partes cum amplo apologetico-informativo prooemio divisum est. In prooemio auctor monstrare vult, quomodo ecclesia catholica semper bonos libros adjuvaret, perniciosos vero legere, imo vero, ut malum in radice reprimeretur, in lucem dare sine censura et permissione auctoritatis vetaret. Hoc esse ecclesiae officium et jus ex munere ipsius elucet: ad veram felicitatem et beatitudinem fideles ducere secundum verba Jesu Christi: „docte omnes gentes et evangelium praedicate omni creaturae.“ Ecclesia vero semper ita faciebat. Primis saeculis periculum non tantum erat, saeculo vero XV. perniciosius videbatur. Optima hac in re verba sunt Clementis XIII. in constitutione „Christianae reipublicae salus“, quam anno 1766 edidit:

„in scriptis depositi errores manent perpetuo et semper nobiscum adsunt, nobiscum peregrinantur, nobiscum domi sedent, et eorum penetrant cubicula, ad quos improbo et occulto auctori aditus non pateret.“ — Deinde auctor de discrimine iurium ecclesiae et rei publicae in librorum prohibitionem loquitur. Copioso sermone monstrat organisationem laboresque Congregationis S. Officii et Congregationis Indicis: notiones magni momenti: liber, libellus, scriptum etc. explicat, ut probe intelligantur. In extremo prooemio agitur de variis modis in prohibitionem librorum usitatis atque brevi in conspectu ponitur historia censurae.

Pars prima libri latinum textum apostolicae constitutionis „Officiorum ac munerum“ papae Leonis XIII. necnon constitutionis „Sollicita ac provida“ papae Bened. XIV. continet. In parte secunda translata ac explicata est diligentissime constitutio „Officiorum ac munerum“. — Pars gravissima totius libri est pars III^a „Tumačenje naredaba o zabranikniga“ et pars IV^a „Tumačenje naredaba o censurikniga“. Accurata haec explicatio a diligentissimo studio literaturae tum historicae, tum iuridicae et quidem non solum veterum sed et novissimorum temporum profecta est. Fontes, ex quibus Dr. Pazman hauriebat, cognitionem optimam non solum literaturae lingua germanica scriptae monstrant, sed etiam literaturae aliarum gentium: Slavorum, Itolorum etc. Explicatio ita instituta est, ut primo loco textus legis typis maioribus proponatur et postea singulae propositiones singulaeve voces diligenter interpretentur. Ita ex. gr. post textum cap. I., qui sic legitur: „Libri omnes, quos ante annum MDXV aut summi Pontifices aut concilia oecumenica damnarunt, et in hoc Indice non sunt, eodem modo damnati esse censentur, sicut olim damnati fuerunt“ — auctor de editione librorum M. Joan. Hus loquitur et docet libros hos lucusque esse prohibitos.

Longum esset, si diligentius loqui vellem de hac III^a et IV^a parte libri doctoris Pazman. Ut alia omittam: opus hoc respicit etiam conditiones Slavorum, quod in aliis libris aegre invenias. Index rerum in fine libri multum confert ad faciliorem eius usum.

Dr. Jos. Kratochvíl.

Vrhbosna katoličkoj prosvjeti (Red. Dr. Ivan Šarić, Sarajevo). XIX., 1—2. Anonymi: *Vjerska sloboda katolikâ u Rusiji. De libertate fidei catholicorum in Russia. Summa cum laude commemorat promulgationes caesaris Russorum Nicolai II. de tolerantia* (26. Februarii 1903 et 27. Decemb. 1904), attamen conqueritur de intolerantia erga catholicos, quae in praxi observatur.

Institutiones philosophiae linguâ croatica exaratae. Archiepiscopus Sarajevensis Dr. Jos. Stadler incipit institutiones philosophiae christianae stilo patrio exaratas typis edere; in lucem iam prodiit pars prima dialecticam pertractans; singulae plagulae partis secundae, in qua de noëtica agitur, adduntur singulis fasciculis folii »Vrhbosna«, de quo supra commemoravimus.

Djela apostolska (Acta apostolorum). Commentarius in Acta apostolorum, etiam a doctissimo archiepiscopo Stadler exaratus, vulgatur simili modo, quo dictae Institutiones philosophiae eduntur, nempe qua additamentum folii »Vrhbosna«. Auctores, quos in consilium laboris sui auctor adhibet, probatissimi sunt (Knabenbauer, Bisping, Reischl e. a.).

POLONICA.

Dr. Jan Żukowski, »O źródłach niewiary« (De infidelitatis fontibus). Lwów, pag. 520 in 8^o.

Quamvis theologica Polonorum literatura usquemodo non possit proferre opera apologetica eiusdem ac opera clarissimi Hettinger, Schanz, Weiss vel saltem Duilhé de St. Projet momenti et pretii, tamen negandum non est, in eadem haud paucas inveniri publicationes apologeticas, quae sane nullius gentis literaturae dedecori essent. Immo de iisdem facile valet assertio, eas inter polonicas publicationes theologicas primum occupare locum. Postpositis variis quae in foliis periodicis reperiuntur eius generis articulis ac dissertationibus, saltem ad sequentia opera velimus attentos reddere lectorum animos. Jam anno 1876, itaque tempore, quo positivismi doctrina florebat, Michael Vladislaus Dębicki, diocescos Varsaviensis sacerdos, libellum edidit „O zasadniczych różnicach psychicznych między człowiekiem a zwierzęciem“ (De primariis inter hominem et animal differentiis psychicis“, I. ed. 1876, II. ed. 1887), et edito brevi post libro longe maioris ambitus: „Nieśmiertelność człowieka jako postulat filozoficzny przyrodoznawstwa“ (Hominis immortalitas qua scientiae naturae postulatam philosophicum, I. ed. Varsaviae 1883, II. ed. 1887), brevioribus temporis intervallis varias publici iuris fecit dissertationes, uti: „Postęp, szczęście i przewroty społeczne. Chłodna uwaga o palących kwestyach.“ („Progressus, salus populi et perturbationes sociales“. Varsav. 1895), „Bezwyznaniowość“ („De statu sine confessione“ 1885), „Wielkie bankructwo umysłowe. Rzecz o nowoczesnym sceptycyzmie naukowo-filozoficznym“ („De magno rationis naufragio. Dissertatio de novo scepticismo scientifico-philosophico.“ Varsav. 1895), tandem in II. et III. tomo publicationis „Biblioteka dzieł chrześcijańskich“ („Bibliotheca operum christianorum“, dirigente Sigismundo Chełmicki) multos publicavit articulos, inter quos eminent praesertim sequentes: „Buddyzm i chrystyanizm“,

„Zola i Wolter“, „Rozkład wewnętrzny protestantyzmu w Niemczech nowoczesnych“ („De interna protestantismi in hodierna Germania dissolutione“), „Stygmaty i hypnotyzm“, „Religia i samobójstwo“ („De religione et autochiria“), „Ascetyzm liberalny“, „Neochryścjanizm“, „Renan jako nihilista i cynik“, „Katolicka pogarda świata“ („De mundi iuxta doctrinam catholicam contemptu“).

Item valde numerosa sunt opera episcopi Luceoriensis et Żytome-riensis Caroli Niedziałkowski. Anno enim 1895 duos tomos edidit, quibus titulus est: „O chrześcijańską zasadę“ — „Christianismi principia propugnatur“; tomus I. continet dissertationes: „Asceci w rzeczywistości i w wyobraźni“ („Quales ascetae revera sint et quales esse tradantur“), „Kilka wspomnień klasztornych“ („Aliquot res e vita monastica, quarum memoria animum subit“), „Nagość w sztuce“ („De nuditate in artibus“), „Moralność i przyzwoitość w sztuce“ („De moralitate ac virtute in artibus“); in tomo II. inveniuntur articuli: „Krytycyzm naszej epoki i wiara prostaczków“ („Criticismus nostri aevi et fides rudium“), „Naleciałości renesansowe w sztuce religijnej“ („Artis renascentis in artibus christianis vestigia impropria“); a. 1897 prodiit eiusdem auctoris liber: „Nie tędy droga, szanownie Panie!“, ubi contra falsam mulierum emancipationem multa et magni sane aestimanda profert argumenta; insuper in foliis periodicis „Rola“, Varsaviae in lucem prodeuntibus, et simul etiam in memorata „Bibliotheca operum christianorum“ haud paucos publicavit publicatque articulos argumenti apologetici, uti e. g. Okowy dogmatyzmu („Dogmatismi vincula“) etc. Antonius Szlagowski, Varsaviae qua concionator optime notus, a. 1899 edidit 7 sermones „O rzekomej niezgodzie między nauką i wiarą“ („De discrepantia, quae inter scientiam et fidem esse dicitur“) et iterum alios a. 1902 „O zagadnieniach społecznych“ („De quaestionibus socialibus“), in quibus relatio ecclesiae ad civilisationem, progressum, ethicen, tolerantiam proponitur. Item mentione dignus est liber Adolphi Szelażek „Nauki apologetyczne, zastosowane do potrzeb wymagań duchowieństwa i intelligencyi“ („Doctrinae apologeticae, quatenus cleri et laicorum eruditorum necessitatibus inserviunt“, Varsaviae 1901).

Tempore, quo theoria darwinistica animos summo opere movebat et materialismus quam plurimos inveniebat asseclas, professor universitatis Jagellonicae Cracoviae, Dr. Stephanus Pawlicki, etiam ultra patriae suae fines optime notus, libellos edidit, in alias quoque translatos linguas, scilicet „Studyum o darwinizmie“ (1873) et „Mózg i dusza“ (Cerebrum et anima 1874), quibus accessit opus „O początkach chrześcijaństwa“ (De origine christianismi, Cracoviae 1884). Item Dr. Jos Pelczar, olim theologiae pastoralis Cracoviae professor, modo episcopus Przemysliensis, literaturam apologeticam ditavit opere: „Konferencye apologetyczne“ (1893), quamvis praeprimis P. Mariannus Morawski S. J. hoc respectu optima sane praestitit operibus suis, pretium aere perennius habentibus, quorsum pertinent in specie: „Wieczory nad Lemanem“ (Vesperae ad lacum Lemanum, ed. III. 1900), liber anno elapso etiam in linguam germanicam et (ex parte saltem) bohe-

micam translatus, porro „Celowość w naturze. Studium przyrodniczo-filozoficzne“ (Quomodo in natura omnia fini obtinendo accomodata sint, ed. II. 1891 Cracov.), ubi prorsus scientifice Dei existentia argumento probatur cosmologico, nec non „Podstawy etyki i prawa“ (Ethices et iuris fundamenta, 2 tomi, Crac. 1891, 1900), ubi in primo tomo argumenta exhibentur libertatem voluntatis humanae comprobantia. Insuper silentio praetereundi non sunt auctores: Fr. Starowiejski, qui ad exemplum memorati libri „Wieczory nad Lemanem“ edidit „Wieczory nad Adryatykiem“ (Vesperae ad mare Adriaticum) et P. Ledóchowski, qui a. 1898 in libellis periodicis „Przegląd powszechny“ publici iuris fecit aliquot articulos, qui inscribuntur „O wątpliwościach przeciwko wierze“ (De dubiis contra fidem), ad quos accedit etiam auctor huiusce articuli Dr. Franciscus Gąbrył, Almae Matris Cracoviensis professor, qui praeter plures magni pretii¹⁾ publicationes et articulos philosophicos scripsit et a. 1895 in lucem edidit librum „Nieśmiertelność duszy ludzkiej w świetle rozumu i nowoczesnej nauki“ (Quae sit rationis et scientiae modernae de immortalitate animae doctrina). Tandem Dr. Joannes Żukowski, universitatis Leopoliensis professor, qui a. 1898 dissertationem publicavit „Uczucia ludzkości względem Chrystusa“ (Generis humani erga Christum affectus), ubi Christi deitas et ecclesiae catholicae veritas demonstratur, ante nonnullos menses opus edidit apologeticum, cuius titulum iam superius notavimus, „O źródłach niewiary“.

Statim in prooemio auctor notat, librum suum non esse opus specificie theologicum, nec populo, sed potius viris eruditis dicatum, ideoque etiam eiusdem stylum lectoribus eruditis esse accomodatum. Liber tres continet partes: prima demonstrat, primarium, imo unicum infidelitatis fontem non esse rationem, sed potius malam ac inordinatam voluntatem; altera varias infidelitatis causas exhibet; tertia tandem ex hominum experientia comprobat ea, ad quae auctor in partibus antecedentibus devenerat.

Pars prima in quatuor subdividitur titulos. Quorum primus influxum voluntatis in rationis cognitionem proponit. Sincere fatemur tractatum modo memoratum magna sagacitate esse exaratum; ast unum est, quod attentione dignum nobis videtur, scilicet ibidem notionem erroris cum notione falsi esse permixtam. Sane quidem in communi loquendi usu non semper prae oculis habetur discrimen, quale inter errorem et falsum revera existit. Est enim erroris, notio latior, falsi strictior, unde auctoris assertio, iuxta quam nonnisi voluntas semper qua immediata erroris causa declaratur, ita ut nullus error physice sit necessarius, sed quivis e voluntatis influxu proveniat, non est undequaque veritati conformis. Ita, exempli gratia, an nonnisi voluntas sola culpanda sit de eo, quod daltonista s. d. colores complementarios non videat, vel quod homo, cuius gustus e rationibus pathologicis vitiatum est, sacchari dulcedinem de regula non sapiat? — Titulus secundus fidei naturam delineat; pro nostro iudicio desideratum dignum esset, si genesis actus fidei

1) Nota a redact. adiecta.

cum maiore adhuc claritate ac perspicuitate exhiberetur. In titulo tertio, ubi infidelitatis sedes describitur, auctor infidelitatis notionem coarctat, quatenus non nisi eos dicit infideles, qui revelationem, in quantum in ecclesia catholica asservatur, non agnoscunt; attamen notionem ita restrictam in ulteriori libri sui tractatu non observat. Fors magis sanae logicae consona esset divisio infidelium in atheistas, tales, qui revelationem divinam non agnoscunt, et tandem eos, qui non credunt ea, quae ecclesia catholica docet. In titulo quarto, ubi de mala voluntate sermo est, exponendus erat magnus influxus, quem in voluntatem. hincque etiam in infidelitatis genesim exercent personae, cum quibus communionem habemus.

In parte altera titulus primus proponit, quomodo rerum ad religionem spectantium ignorantia nascatur et crescat; cuius ignorantiae adminicula sunt morum pravitas, animi distractio, librorum unius notae selectio ac lectio. In titulo II., de morum pravitate tractante, cum magna rei utilitate foret, si tum morum pravorum effectus, tum pravitatis moralis ambitus magis adhuc exprimerentur, argumentis etiam e scientia statistica hunc in finem adductis, nam effectuum cognitio fors haud paucos ab eorum matre deterreret. Titulus III. concupiscentiae oculorum et divitiarum in fidem infaustum delineat influxum, quo respectu in titulo IV. superbia vitae in medium adducitur, cum e contra titulus V. indifferentismum religiosum ob oculos ponit, quem poena gravissima, scilicet ablatio gratiae divinae ab homine, sequitur. Cum infidelitate inquietudinem conscientiae cohaerere demonstrat titulus VI., cum quo titulus VIII., de conversione ad fidem et apostasia agens, in logico est nexu, ita ut post eum demum ponendus esset titulus VII. de fidei ad varias vitae humanae vicissitudines relatione.

In parte tertia titulus I. exponit, quatenam sint spiritus mali in infidelitate divulganda partes, tit. II. agit de polytheismo apud paganos, tit. III. de polytheismo apud Judaeos, tit. IV. describit, quae et quanta pagani contra fidei christianae propagationem moliti sint, tit. V. („haeresis et schisma“) demonstrat ad sufficientiam, non nisi perversam voluntatem esse causam apostasiae et separationis a fide vera: tit. VI. („aevum medium“) minus apte obtinet locum inter tit. V. et VII.: post tit. V. sane perveniendum erat ad dissertationem de pseudoreformatione saeculi XVI.: tit. VIII. („fides virorum eruditorum nostri aevi“) demonstrat quasi a contrario, scientiam cum fide non posse discrepare, cum celeberrimi scientiarum cultores fidem profiterentur: tit. IX. delineat varias infidelitatis novi aevi formas, uti deismum, liberalismum, sensualismum, empirismum scholae anglicanae, materialismum, positivismum, agnosticismum, pantheismum philosophorum germanicorum: tandem in tit. X. loquitur auctor de eo, quale sit momentum testimonii, quod infidelitas exercet, dicens, infideles ad defendendam rationem humanam, quam a fide oppresam esse dicunt, haud esse competentes. In conclusione auctor principales libri sui sententias breviter repetit.

Prouti ex dictis patet, liber clarissimi auctoris modo delineatus materiae abundantia revera excellit, et non attentis quibusdam minoris momenti mendis ac insufficientiis, quae vero in nova operis editione

facile amoveri poterunt, in apologetica apud Polonos literatura unum e primis occupat locum.

X. Dr. Fr. Gabryl.

Podręczna encyklopedia kościelna (Encyclopaedia ecclesiastica manualis). Tom I—IV. (A-B). Wydawnictwo Biblioteki dzieł chrześcijańskich. Warszawa 1904. T. I. et II. 428 pg., t. III. et IV. 421 pag.

Praeter vastae magnitudinis encyclopaediam ecclesiasticam „Encyklopedia kościelna”, quam M. Nowodworski ante aliquot annos inchoavit, nunc autem A. Zaremba dirigit, quaeque anno praeterito ad volumen XXVII. pervenit (usque ad articulum „Szpaderski“), theologi Poloni aliam quoque encyclopaediam breviorē edere incoeperunt dirigente Chełmicki. Ex articulis novae huius encyclopaediae mentione digni sunt ex. gr. archiepiscopi Bilezewski articulus de archaeologia biblica, doctoris St. Pawlicki art. de Aristotele, Hozakowski art. de S. Scriptura atque de studiis biblicis, dr. Brückner de versionibus Scripturae slavicae c. a.

De bibliis polonicis, quae usque ad initium saecul. XVII. in lucem edita sunt. Commentatio biblica critica a *Stephano Zwolski*, archidioecesis Gnesnensis et Posnaniensis presbytero, s. Theologiae doctore conscripta. Posnaniae. MCMIV. 130 p. 80.

Monographia haec, diligenter scripta, primum de codice, qui Sophiae biblia vocatur, uberius disserit: dein de Szarffenbergeri bibliis a. 1561 Cracoviae editis, de versionibus a Jacobo Wuyecio S. J. editis et postremo de bibliis, quae auctoribus dissidentibus (lutheranis, calvinianis, socinianis) publici juris sunt facta, fuse disputat.

Die ruthenisch-römische Kirchenvereinigung genannt Union zu Brest. Von Dr. Eduard Likowski, Weihbischof in Posen. Mit Erlaubnis des Verfassers aus dem Polnischen übertragen von Prälat Dr. Paul Jedzink, Domkapitular und Regens des Klerikarseminars in Posen. Freiburg in Breisgau. Herdersche Verlagshand. 1904. (XXII et 384 pag.).

A. 1896 edidit episcopus auxiliaris Posnaniensis Msgr. Likowski in memoriam trecentissimi anniversarii synodi Brestensis historiam unionis Ruthenorum cum ecclesia Romana in synodo illa solemniter proclamatae. Historia haec adhibitis optimis fontibus doctissime scripta nuperrime ex polonico in germanicum necnon gallicum sermonem translata est. Magni momenti sunt verba auctoris huius libri, quibus profitetur, se non dubitare, quin unio Russorum cum ecclesia Romana per Ruthenos unitos praeter spem omnium — rebus faventibus — brevi confecta futura sit.

Przegląd powszechny. Red. ks. Jan Pawelski T. J. Kraków. XXII, 1. a 2.: Dr. Leopold Caro: Prawa sługi. De iure eorum, qui in servitio sunt (in Gallicia). — Ks. Karol Krokoszyński: »Towarzystwa etyczne«. De sic dictis »unionibus ethicis«. — Ks. K. Czaykowski: Papiestwo jako wszechwładza państwowa. Papatus qua supremum regimen universale. — Karol Potkański: Konstantyn i Metodyusz. Cyrillus et Methodius. Breviter quidem, sed ingeniose ostenditur, quid notandum et animadvertendum sit de sanctis fratribus: erant homines desiderio nonnisi rerum coelestium flagrantes, nullius partis studiosi; unitatem ecclesiae omnibus votis expetebant. Dein de missione moravica ss. fratrum critice disseritur. Contra Brückner

demonstrat auctor, narrationem de legatione Rostislai ad Michaëlem esse fide dignam. Praeterea attingit nonnullas alias quaestiones nondum satis explicatas, e. g. qualis sanctis fratribus cum Photio fuerit ratio, quando s. Cyrillus invenerit alphabetum slavicum e. a. Rationem, qua e s. Cyrillum impulserit, ut ritum slavicum introduceret, hanc fuisse putat: persuasum s. Cyrillo erat, hoc modo majorem auctoritatem apud populum adepturum, quam sacerdotes ex Germania advenientes. — In parte critica praeter multos alios libros hos quoque invenimus: Zeibert-Samsour Compendium Historiae ecclesiae. Ed. 3. (rec. ks. A. Starker).

Kwartalnik teologiczny, czasop. pośw. wiedzy katol. Red. ks. A. Szaniawski. Warsz. 1904. III. X. Dr. Franc. Gabryl: Realizm i nominalizm w dziejach filozofii. (De realismo et nominalismo in historia philosophiae.) Erudita dissertatio magni pretii. — X. Julian Gołąb: O tłumaczeniu Nowego Testamentu przez X. Jakóba Wujka. (De Wuyecii versione Novi Testamenti.) Auctor examinat differentias inter editionem 1593/94 ex una et editionem 1599 ex altera parte, exponitque eas studio editorum alterius editionis textum polonicum textui Vulgatae accomodandi. Defendit Wuyecium contra nonnullos, qui ei exprobrabant ignorantiam linguae graecae nec non usum versionum heterodoxorum. — X. A. Szaniawski: Najnowsze odkrycia w teorii budowy psalmów. (Recentiores observationes de theoria constructionis psalmodum.) Auctor usus est pervestigationibus doctissimi Zenner et aliorum.

Przegląd kościelny. Red. X. Stanisław Okoniewski. Poznań. IV., 1. X. J. Stanisław Adamski T. J.: Zmartwychwstanie ciała ludzkiego w świetle rozumu i wiary. (Resurrectio carnis probatur ex ratione et fide.) — X. Czesław Meissner: Patronat kościelny w świetle powszechnego pruskiego prawa krajowego. (De jure patronatus iuxta ius civile borussicum) — Ks. Stanisław Okoniewski: Chrzestni wedle nauki Kościoła. (De patrinis iuxta doctrinam ecclesiae).

RUSSICA.

Ex Russorum litteris patristicis atque ss. Litteras spectantibus quaedam promuntur.

Lumen russicarum litterarum biblico-patristicarum est Nicolaus Nicanoris Głubokovskij (*1863). Is primo argumentum patristicum litteris persecutus ad biblica (N. T.) totum se contulit inde ab a. 1891. Iam dissertatio, quam scripsit, ut in magistrorum numerum adscriberetur, cuique aliud opus magnum non antecesserat: „Blaż. Theodorit, episkop Kirrskij“ (De b. Theodreti, episcopi Cyrensis vita ac litteris 1890) famam ingenii et doctrinae summae ei fecit. A. Harnack amplissimis verbis librum hunc approbavit laudavitque in „Theologische Litteraturzeitung“ 1890 c. 502—4.

Commentationum biblicarum primordia inceptit Głubokovskij a duobus libellis: „Razvod po prelubodęjanju“ (De divortio ob adulterium 1895), de quo hic alias referetur ac disseretur accuratius, et „O paschalnoj večeri Christovoj i ob otnośenjach k Gospodu sovremennago emu evrejstva.“ (De Christi coena paschali et quo animo Judaei illius actatis in Dominum affecti fuerint, 1893). Huius opusculi, acri ingenio.

et exquisita doctrina elucubrati, causa extitit liber Chwolsoni, cui similis inscriptio est (Das letzte Passamahl Christi und der Tag seines Todes nebst einem Anhang; das Verhältniß der Pharisaeer, Sadducaeer und der Juden überhaupt zu Jesus Christus. Petersburg 1892). Glubokovskij sententiam a Cornely et a Knabenbauer defensam (sed ab hoc iam revocatam) Judaeos pascha suam a feria sexta in sabbatum transulisse negat esse probabilem aut stabilem. Tenendum tamen esse contra Chwolson ultimam Christi coenam veram fuisse coenam paschalem atque azymos panes ibi adhibitos esse; verba sacra nequaquam esse corrupta aut Chwolsoni emendatione indigere. Probabilissimam illam esse coniecturam: Christum cum apostolis coenam paschalem XIII. Nisan obiisse. In parte posteriore opinionem eiusdem Chwolsoni mirabilem, solos Sadducaeos Christo instituisse, eumque in cruce fixisse, Pharisaeos ceterosque Judaeos culpa vacare — argumentis firmissimis vehementer impugnat.

Ahinc decem annos opera Glubokovskio princeps et prope omnis in s. Paulo eiusque doctrina sumpta est. Primum opus, quod his studiis debemus, est: „Obraščenie Savla i Evangelie sv. Apostola Pavla“ (De Sauli conversione et de evangelio s. Pauli apostoli. 1896). Quaestio de habitu et origine doctrinae s. Pauli arte cohaeret cum iudicio de conversione eius ad fidem Christi. Critici omnia rationi tribuentes, qui hunc casum ab animo perturbato repetunt, doctrinam Pauli habitu divino plane exuere eamque doctrinae Christi eiusque proximis discipulis (apostolis) contraria ponere conantur. Defendendum igitur et explanandum fuit accurate et erudite divinitus factum esse illud, in quo tota Pauli vita vertebatur, divinitus edoctum eum Christum secutum esse, unde ulterior inquisitio proficisci possit.¹⁾

Contra rationalistam C. Holsten, qui (in libro, qui inscribitur Zum Evangelium des Paulus und Petrus. Rostock 1868) varias mutationis Pauli explicationes ad rationem revocavit et coniecturam, quam psychologicam vocant, exposuit, qua visus ille damascenus in vanae speciei loco habetur atque eodem modo, quo visum, etiam doctrinam Pauli ex sola contentione animi eius effectam esse, — necnon contra rationalistas, F. C. Bauer, E. Renan, A. Schweigler, A. Hilgenfeld, qui eandem tenent sententiam, quam Holsten, — contra hos omnes Glubokovskij docet: Saulum iam antequam Christianos vexare coepisset, res christianas cognovisse: nam ni ita esset, explicari non posse, quomodo odium in Christianos a natura Sauli moribusque non abhorruerit. Cognitis accuratius iis, qui invidia eius conflagranti essent, non potuisse eum, quin acrius fureret. Rationalistas opinione niti Saulum vexatorem multum et acriter disceptasse cum Christianis eorumque praecepta paulatim adamasse. Verum nihil aliud de illo vitae tempore traditum esse, nisi probationis genus Paulo fuisse vexationes, carceres, tormenta: hinc patere non fuisse eum ita affectum, ut cum Christianis concertaret.

¹⁾ Hoc opus accuratius explicabimus quia et fundamenta ibi posita sunt ulterioribus auctoris studiis omnino consentanea et catholicis litteris aliquid novi affertur alioquin aditu difficilium.

Quotquot psychologiceam introducunt interpretationem, fluctuasse ac dubitatione aestuasse dicunt Saulum, veraene essent perceptae legis divinae cognitiones. Verum quomodo dubitatione adductum fuisse, ut in Christianos saeviret, eum, cuius iustum candorem studiumque veritatis laudibus efferant? Cum s. Stephanus necaretur, Saulum re ipsa cum iis, qui virum sanctum ob ipsius argumenta et rationes lapidarent, consensisse. Sollicitudinem igitur illam religionis, quae in visum exierit, disputationesque cum Christianis habitas alienas esse a rebus gestis et humanum animum investiganti inexplicabiles atque improbables. Opinio O. Pfeleiderer (*Der Paulinismus, das Urchristentum*. Berlin 1887) qui demonstrare conatus est eandem esse probationem Christianorum, eandem imaginem Messiae, quam Pharisei Veteris Testamenti libros interpretantes proponebant, a Glubokovskio pariter refutatur ac diluitur. Id, in quo Saulus offensus est, fuit crucis supplicium, quo Christus interemptus erat. Sin verum est Dominum virtute divina de sepulcro insurrexisse — etiam Phariseo fatendum est cruci affixum fuisse Messiam. Itaque hoc caput est, num Christus ab inferis exstiterit. Sed quae Pharisei de mortuorum reditu in vitam sentiebant, repugnabant testimoniis Christi ab inferis revocati. In eorum sententia corpori reviviscenti non erat locus nisi die illo, qui finita hac lege mundi nos reponet in lucem; in intelligentiam eorum non cadebat corpus renasciturum nisi adiunctum ut conditio gloriae et felicitati futurae, nisi consecuturum (minime inchoaturum) regnum Messiae. Christum e sepulcro exiisse Judaei non magis cogitare potuerunt quam Nicodemus, litterarum divinarum interpres, renascendi necessitatem. Ne discipuli quidem Christi neque Maria Magdalena statim credidere Christum reducem in lucem factum esse. Quod Christianis de Christo redivivo persuasum erat, hoc theologi Judaei blasphemiam habebant. Idem Saulus sentiebat: Christianos Christum a se conspectum esse pro certo affirmantes, si quid eis dabat, facilius, utpote qui cum Judaeis staret, a daemone deceptos esse suspicabatur. Itaque quod a Christianis afferebatur, Saulo fidem non solum non fecit, sed etiam stimulos addebat. Descriptionem illius quasi cuiusdam pugnae animi, quae potissimum relicto ex morte Stephani pro Christo occubita in animo aculeo eruduerit, rationalistae apud ipsum s. Paulum Rom. 7 inveniri opinantur. Eo loco animus hominis nondum renati et lege pressi depingitur. Re exegetica pervestigatione comprehensa Glubokovskij concludit: illâ pugnâ animi potius auctum esse Judaei acerrimi legis studium; conflatos lege cruciatus animum ad eandem convertere legem; idem Paulo accidisse (Act. 22, 3: 23, 1; 26, 5; Gal. 1, 14; Philip. 3, 6); adductum eum esse, ut Christianos sibi esse vexandos persuasum haberet (Act. 26, 9). Apostolum factum nihil habere eum excusationis eorum, quae commisisset, nisi quod „ignorans fecerit in incredulitate“ (1 Tim. 1, 13). Si res naturae via processisset, Saulum futurum fuisse patriotam Judaeum acerrimum, fanaticum legis cultorem ac defensorem in mediis urbis sacrae ruinis extinguendum. Nullo epistolarum loco Paulus, admodum subtilis animi humani explorator, mutationem suam ullis animi motibus praeparatam fuisse dicit. In eum non cadebat nisi aut subito sententiam mutare

aut nunquam. Sententia examinata de „immanenti evolutione mentis indaicae“ (A. Hausrath) antinomiarum hegelianarum principio continetur et schema darwinianum imitatur. Verum ad hoc sententia darwiniana multo minus apta est quam ad animantia. Visum illum damascenum factum esse etiam a rationalistis conceditur; eorum explicatio naturalis et psychologica iis, quae facta esse constat, repugnat et psychologica portenta continet. Eadem explicatio cum doctrinae Pauli temperantia discrepat. Etenim si ex diversitate inter Christianos et Iudaeos placita eius profecta essent, Paulus desertor evasisset erga dissentientes Iudaeos non magis indulgens quam antea erga Christianos. Disciplina eius funditus antiindaica fuisset. Nec tamen quidquam eiusmodi apud Paulum invenitur. Iudaeos fratres appellat, evangelio legem consummari, traditam a Deo doctrinam absolvi docet. Mirificam in latebram qui dissentiunt se coniiciunt: christiana iudaicis admixta a Paulo esse, ne iudaica tollerentur. Quae confusio montium Sinai et Golgotha plane abhorret a Pauli doctrina. Fingunt Paulum aut Ebionitam fuisse aut Marcionitam, res inter se plane contrarias, quibus collatis opinio ruit. Ignorant summam praeceptorum Pauli, quibus lex perficitur, quibus lex subiecta est. Lege evangelium historice praeparatur, quibus reapse concurrentibus huic illa cedit. Christus finis est legis ac dominus (Rom. 10, 4. 98—116).

Quae cum ita sint — dicit Glubokovskij — dirempta hac opinione psychologica diversa priori posita est a M. Friedländer. Quae Saulum fert liberius sensisse de iudaicis rebus ac favisse Graecorum cultui. Christum ab eo ferri non potuisse, quod legi religiosissime ad dictum eum esse opinaretur. Oratione et morte Stephani iudicium eius supplantatum esse. Quae opinio discrepat cum testimoniis et ipsius Pauli et scriptoris rerum eius. Nec in Stephani oratione nec in ullo apostoli gentium loco quicquam inest, quod odium iudaicum aut studium graecum indicet; uterque utriusque testamenti doctrinam pro tradita a Deo habet.

His ultimum quoque rationalistarum subsidium videmus prostratum esse. Ratione colligere cogimur miraculo divinaeque gratiae vi Pauli animum mutatum esse. Sed nonne hoc posito conversio Pauli viribus quibusdam magicis tribui, neglectoque personae habitu ab arbitrio repeti videtur?

Subtili modo Glubokovskij gratiam neque in Paulo „destruxisse naturam, sed perfecisse“ comprobat. Sauli studium pharisaicum ad extrema pervenerat; legis onere sane premebatur; legis perfectionem anhelabat ad eam tamen pervenire non potuit. Animus intus ardebat, oculi impediabantur et furore pharisaico obeccatus contra stimulum veri christiani calcitrabat, cuius splendor aegrum eius oculum irritabat. Opus fuit liberatore ac medico; et „Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in corde eius ad illuminationem scientiae claritatis Dei in facie Jesu Christi“. 2 Cor. 4, 6. Similiter ac discipulis iannis clausis ei quoque Christi vultus aspiciendus erat, ut e servitute legis in libertatem filiorum Dei educeretur. Dignum se praestitit libertate iam diu desiderata; gratia supplevit, quod defuerat, ideo pietatis erga Deum plenus conclamavit: „Gratia Dei sum id quod sum“ (1 Cor. 15, 10). Visus igitur damascenus non fuit „magicus“ aut violentus; succurrisse

potius opemque tulisse viro acerrimo dici potest. Damasci non intelligebant quomodo novum Pauli studium christianum cum rebus ab eo antea gestis conciliaretur: quae cum ita essent, apostolus ipse sensit, sibi legem christianam penitus esse percipiendam. Quamobrem in Arabiam secessit. Ibi, dum in solitudine vivit et divino et rationis lumine congruenter erudiebatur. Hinc tantus ille vigor et calor apostoli scribentis; hinc consentaneus naturae Parsensis renati fervor ille, quo doctrina eius redundat. Unde patet Pauli mutationem non esse factam vi „magica“ nec Pauli indoli vim esse allatam. Sicut ope divina, non sponte sua ipse mutatus est, ita disciplina, quam tradebat, non fuit Pauli propria aut ex ipso nata, quia Paulus fuit „apostolus non ab hominibus neque per hominem, sed per Jesum Christum et Deum Patrem“ (Gal 1, 1); si ipsam rem spectes nihil aliud est quam evangelium Christi.

In extremo libro Glubokovskij ex Pauli vita animoque praeclara quaedam et religionis plena addit de eo, quid fides ad doctrinas valeat. Studiorum nostrorum agitationi signum quod sequatur illa apostoli verba esse iubet: „Fide intelligimus“ (Hebr. 11, 3).

Liber hic prae aliis parvus quidem sed rebus refertus elatione atque altitudine sermonis summoque ingenio insignitur.

Glubokovskij vix unquam cessat a suo genere studiorum. Etiam illa, qua summos doctoris honores petebat dissertatio in his studiis versatur: Blagověstie sv. ap. Pavla po ego proishoždeniu i suščestvu (De origine et genere evangelii s. Pauli apostoli: quaestio biblicothologica) Spb. 1897. Quod scio in mercaturam librariam non venit. Russi qui eadem studia profitentur in libri censura scripserunt tanta eum disputandi subtilitate excellere tantoque iudicio et adeo perfectam litterarum, quae ad rem pertinent, encyclopaediam continere, ut omnibus occidentis operibus similis argumenti anteat (Bog. Enciklopedia t. IV. st. 417). Haec dissertatio pars est magni operis, quod adhuc non est perfectum. Quaedam eius capita emittuntur in commentariis qui inscribuntur Christianskoe Čtenie, inde ab a. 1897. Hucusque in lucem edita sunt capita de Pauli doctrina de peccato, de mundi redemptione, de iustificatione, de novissimis, de angelis, de daemonibus, de comparatione Pauli doctrinae cum doctrina Philonis et libri Sapientiae. Accuratius examinari opus non poterit nisi postquam perfectum erit.

Verum Glubokovskij etiam interpretandis s. Pauli epistolis operam dat. Hucusque epistolae ad Galatas paraphrasis edita est sub hac inscriptione: Blagověstie christianskoj svobody v poslanii sv. Ap. Pavla k Galatam (De apostolo in ep. ad Gal. libertatis christianae praecone (Spb. 1902). In libri exordio epistolam ad septemtrionales Galatas (Galatae ethnographicae incolas), non ad incolas provinciae romanae, quae Galatia vocabatur, datam esse defendit (p. 11—31). Idem anno 57 vel incunte 58 p. Ch. n. conscriptam eam esse existimat; idque alicubi in Macedonia. Simul etiam alias sententias de his rebus controversis exponit.

Н. М. Соколовъ, Русскіе свѣтъ и русская интеллигенція С.-Петербургъ. 1904. N. M. Sokolov, Russkie svjatye i russkaja intelligencija. Russiae Sancti et classis eruditorum.

Qualis est in Russia classis eruditae relatio ad Russiae Sanctos? Nil minus quam benevola. Libri auctor explicationem hujus rei in illo infausto influxu quaerit, quem Occidens in litteratam Russiae partem exercet. Roma. — iuxta ipsius sententiam — dominii potestatisve studiosa, saec. IX. ab ecclesia se sejunxit ac hominum conscientiis potita ex liberis ecclesiae membris oboedientes subditos educavit, qui suae conscientiae moralisque vitae curam praesuli suo Romae plene reliquerunt. Infallibilitatis oraculum, in ecclesiam rationalismum suo modo conceptum inducens, non solum in homine christiano omnem iniciativam ac sui juris iudicium, omnem inquisitionis libertatem nec non omne struens studium in rebus fidei et in charitatis spiritu delevit, sed etiam fidem a vita prorsus disjungens hominem occidentalem in duas partes scidit. Haec infirmitas aliena opinione et aliena mente freta, adeo essentialis pars naturae occidentalis christiani evasit, ut etiam post illam magnam seditionem a Luthero inchoatam nationes infallibilitatem papalem simpliciter tantum infallibilitate professorum protestantium vel infallibilitate ad tempus illustrium diversorum luminum modernorum commutaverint. „Marx dixit haec“, ratio sescentis sufficiens.

Russiae pars erudita levi animo Occidentis ideas sugens, ecclesiasticaeque dependentiae quod reliquum restitit false prout libertatis progressusque ideas recipiens, ad eosdem tristes fines pervenit. Animum ab operibus, theoriam a vita separans, coram Occidentis ratione tamquam coram idolo se prosternit atque in deditionem ejusdem rationis, fortis et magnae in analysi et destructione, debilis vero in synthesisi, etiam ecclesiam orthodoxam subigere studet, quae aliis prorsus principiis (principiis fidei, libertatis, caritatis) fundata, auctoritatum infallibilitatem ignorat et unumquemque suae conscientiae et suae vitae rationem reddere jubet. Implacabilitas utriusque principii implacabile odium nutrit in Russiae eruditis erga ecclesiae orthodoxae Sanctos utpote russicae sanctitatis columina, quorum festa odio prosequuntur ac prorsus, nisi populum timerent, amovere malent. Fides, quae recte vivere docet, pax praeceptorum caritatis observatione obtinenda, dominium fraternalis unitatis in fide, en qualitates, quibus Russiae Sancti ab egoismo et turbulento animo infidelis russicae eruditionis distinguuntur. — Auctor praecipue erga ecclesiam occidentalem adeo succubuit, ut ipsius negotiis, in quibus non est singulariter versatus, maximam fere partem libri dedicaverit, haud ad libri emolumentum, cuius quaestionem in titulo libri positam obiter tantum tangit et certe longe non exhaurit.

Dr. *Lubomír Petr.*

Толкова Библиа или комментарий на всѣ книги св. Писания Ветхаго и Новаго завета. Подъ редакціей А. П. Лопучина. Пятикнижіе Моисеево. (Biblia commentata, seu Commentarius in omnes libros S. Scripturae Veteris et novi Testamenti. Dirigente A. P. Lopuchin, 1. Pentateuchus Moysis.) Petersburg 1904. 80 Pp. XVI + 669. — 2.50 rub.

Liber hic utilissimus ut additamentum (gratis) folii theologici „Strannik“ (Peregrinator) in lucem prodiit, ut „esset sacerdotibus-pastoribus et omnibus amatoribus lectionis verbi Dei adminiculum ad S. Scripturam recte intelligendam, ad veritatem probandam et defendendam insuper etiam dux ad multos locos obscuros S. Scripturae intelligendos“. Finis ergo est magis practicus quam scientificus, tamen liber non est destitutus omni momento scientifico, cum in eius editione collaborarent „professores Academicarum theologiarum (ДУХОВНЬИХЪ АКАДЕМІИ) et alii viri, qui studia theologica sublimiora absolverunt“. In I. tomo nomina horum doctorum collaboratorum non sunt indicata, quod aliquantum derogat auctoritati operis scientificae.

Brevis introductio generalis agit de „notione S. Scripturae“ de „idea fundamentali S. Scripturae“, de Vetere Testamento“ et de „Pentateucho“, continens brevem conspectum questionum gravissimarum. Haec pars composita est praecipue secundum „Mannuel biblique“ clarissimi Vigouroux in versione russica, quam curavit V. V. Voroncov (Руководство къ чтенію и изученію Библии, tomі I. II. Moskva 1897). P. VI., ubi de textu originali librorum deuterocanonicorum mentionem facit, auctor videtur nescire textum originale „Ecclesiastici“ fuisse hebraicum. Notandum est auctorem introductionis huius tenere de divisione librorum S. Scripturae in canonicos et deuterocanonicos doctrinam — ut videtur in scientia theologica russica communem — diversam a doctrina ecclesiae et scientiae catholicae. Dividit enim libros S. Scripturae in canonicos et non-canonicos: libri non-canonici non sunt inspirati, tamen utiles et aedificationi servientes, nihilominus non expertes opinionum subiectivarum scriptorum, quae etiam erroneae esse possunt.

Commentario singulorum librorum praemissae sunt notitiae brevissimae de nomine, origine et authentia eorundem librorum. „Commentarius“ ipse proprie est textus Scripturae russicus cum notis ad marginem. In commentario afferuntur omnia secundum statum scientiae biblicae hodiernae, etsi non in forma omnino scientifica, cum finis operis non sit scientificus sed practicus. Ex scriptoribus nonrussicis satis multi citantur, sed non satis accurate; inde a pg. 153. citatio est accuratior, indicantur enim non solum scriptores, sed etiam libri cum suis paginis. Citatio scriptorum russicorum est frequentior et accuratior. Saepissime allegatur egregius commentarius in Pentateuchum (nunc iam nonnihil obveteratus) conscriptus a professoře G. Vlastov, священная летопись первыхъ временъ Мира и человечества, какъ путеводная нить при наученіи къ историческимъ (Chronica Sancta primorum temporum mundi et hominis ut dux in exquisitionibus scientificis), 3 tomi, Peterburg 1878: in commentario ad Genesin non multo rarius allegatur commentarius metropolitae Philareti, Записки на бытіе (Notata ad Genesin) ut videtur ex allegationibus magis innisus exegesi patristicae (in allegando hunc auctorem commentarius noster saepe minus accuratus est.) Praeterea indicantur etiam nonnullae monographiae russicae, quibus auctor nostri commentarii usus est, e. g. A. Pokrovskij, Библиическое чтеніе о первобытной религии (Doctrina biblica de primaeva religione), J. Špasskij,

Библийская хронологя (Chronologia biblica), S. S. Glagolev, Происхождение человеческого рода (Origo generis humani), Th. G. Eleonskij, История израильскаго народа въ Египтѣ (Historia populi Israel in Aegypto).

Commentarius ad Genesin est relative amplius (una cum textu pg. 271) et continet claram explicationem etiam difficilium quaestionum exegeticarum, prudenti moderatione mediam viam tenens inter varias opiniones novissimas et veteres. In quaestione de hexaëmero theoriam „visionis“ suam facit (p. 6). Quaestionem de diluvio niuis parce tractat, varias theorias novas non explicat, sed tenet adhuc diluviium et geographice et ethnographice universale (p. 52—53), probabiliter ne lectores, quibus opiniones novae adhuc ignotae sunt, novitate opinionum nimis perturbet. Multo amplius et profundius secundum hodiernum statum scientiae, explanat sic dictam „tabulam populorum“ Gen. c. 10. (pg. 67—78): haec pars certe est una ex optimis. Etiam sequentia capita Gen., ubi multae occurrunt genealogiae et historia populorum orientalium saepe tangitur, praeclare et docte sunt explicata (praesertim c. 11—19 pg. 79—127). In historia Joseph et populi Israel in Aegypto satis respiciuntur antiquitates aegyptiacae (Gen. c. 37—50; Exod. c. 1—12; pg. 207—316). Ad c. 26. ssq. Exodi necessaria esset accuratior explicatio de constructione tabernaculi cum imaginibus melioribus (pg. 360 sqq.).

Commentarius in libros „Leviticum“, „Numeros“ et „Deuteronomium“ (pg. 409—669) iam non est tam accuratus et amplius. Verum est praesertim librum „Numerorum“ et „Deuteronomii“ (pg. 505—569) non exigere tam accuratam explicationem quam priores libri; tamen etiam huius circumstantiae ratione habita iam ex forma externa et ex proportione commentarii ad textum elucet explicationem hic iam non esse tam sollertem, quam ad priores libros. Perfectiorem et diligentiorum compositionem totius libri impedivit mors dirigentis A. P. Lopuchin (aestate 1904), libro quoad magnam partem nondum completo.

Opus hoc, fini suo quam optime adaptatum, certe omnibus bene inserviet et progressum scientiae biblicae conformiter cum veritatibus christianis quam latissime divulgabit. Loco tam multarum imaginum minus clararum multo melius esset addere nonnullas tabulas geographicas et schemata (praesertim de tabernaculo et postea de templo). Ad maiorem claritatem historiae sacrae utile esset saepius respicere chronologiam biblicam conformiter cum progressu historiographiae modernae. Ad valorem scientificum totius operis augendum in tomis sequentibus semper scriptores singularum partium commentarii indicentur et citatio aliorum auctorum accuratius et methodo hodierno scientifico respondens sit: hoc laborem non multo augebit, operi autem multum proderit.

F. G.

Ex apologia russica biblica. Ref. F. Grivec.

1. S. L. Kuljukin, Сущность христiанства А. Гарнака (Suščnost christianstva A. Harnacka. Essentia religionis christianae professoris A. Harnack). Peterburg 1902. Pg. 11 + 183. — 1 rub.

Prima pars (p. 4—82) continet versionem abbreviatam et analysim libri Harnack; secunda pars continet criticam. Kuljukin satis cognitam habet literaturam germanicam de hac quaestione: ceterum non se ostendit magnum theologum nec virum scientiae. Pg. 96—98 defendit opinionem: existentiam Dei non posse demonstrari, quod certe non convenit cum theologia ecclesiae orientalis. In fine dicit, librum Harnack immerito ferre titulum „Essentia religionis christianae“ cum potius sit eius destructio (p. 182).

2. А. П. Лопучин. Воскресение Христова (Voskresenie Christovo. „Resurrectio Christi tanquam miraculum magnificentissimum et fidei dignissimum“). Tractatus apologeticus. Peterburg 1903. Pg. 171. — 1 rub.

Tractatum de resurrectione Christi Lopuchin ipse (in ipso libro auctor non est indicatus, sed certum est ipsum Lopuchin esse auctorem, cf. „Strannik“ 1904 II. p. 302) pulchre et eleganter conscripsit. Auctor satis novit statum hodiernum scientiae biblicae. Explicando philosophice et theologiae notionem miraculi auctor nimis incidit in doctrinas protestanticas, quae cum doctrina ecclesiae orientalis certe componi non possunt; dicit enim, miraculum esse quidem effectum supernaturalem legum superiorum, nihilominus tamen ad ordinem mundanum pertinere (pg. 12—17): generaliter de hac re minus clare loquitur et parum tuetur characterem miraculi supernaturalem tanquam effectum omnipotentiae Dei. Hac in re videtur nimis confisum esse folio „Allgem. Evang. Kirchenzeitung 1903“, quod pg. 13 citat. In fine (p. 156—171) additus est pulcher et instructivus tractatus pictoris E. P. Voronee de descriptione Resurrectionis Christi in iconographia christiana, praesertim russica.

3. Библия и Вавилонъ (Biblia et Babylon). Prima pars: „Biblia et novae inventiones in Babylonia“ a prof. V. P. R[ybin]skij. Secunda pars: „Contentiones de S. Scriptura in Germania“ ab A. P. L[opuchin]n Peterburg 1904. Pg. 134. — 1 rub.

Prima pars (pg. 3—93) omnino scientifice tractat de novis inventionibus in Babylonia, de cosmogonia et variis mythis babylonicis eorumque relatione ad S. Scripturam, quam auctor contra rationalistas defendit. Praesertim pretiosa est pro nobis plena enumeratio totius sat magnae literaturae russicae de hac quaestione: literatura non russica — etiam catholica — saepe respicitur.

Omnes hi tres libri prodierunt ut additamenta folii „Strannik“ dirigente A. P. Lopuchin, habentque praepremis finem apologeticum.

De Russorum doctrina de moribus. Compositum ab A. Špaldák S. J. — Librorum commentationumque, quae in Russia de ratione rectae honestaeque vitae scriptae sunt, numero lustrato, haud ita inferiores hac re litteras Slavorum theologicas esse aliis indicare non dubitabimus. Solum aliquot recentia volumina de parte morali philosophiae et theologiae colligere libet: Archim. Platonov, Pravoslavnoe npravstvennoe bogoslovie² Moskva 1855. — Aleksěj Vnkolov, O sovětach evangelskich. Spb. 1858. — P. Slovjarskij, Zapiski po npravstven-

nomu pravoslavnomu bogoslovii I—III, 1860—63 Spb. — N. A. Favorov, Očerki nraavstvennago pravoslavno-christianskago učeniija. 1863. — J. Chalkolivanov, Pravosl. nraavstvennoe bogoslovie. Samara 1872. — A. N. Nadeždin, Prava i značenie ženščiny v christianstvě. Spb. 1873. — Th. Gusev, Izloženie i kritičeskij razbor nraavstvennago učeniija Schopenhauera M. 1877. — A. P. Malcev, Nraavstvennaja filosofija utilitarizma. Spb. 1879. — A. A. Bronzov, Aristotel i Thoma Akvinat v otnošenii k ich učeniiju o nraavstvennosti. Spb. 1884. — S. Zajcev, O predmetě etiki i eja oblasti. Kiev 1884. — A. Běljaev, Ljubov božestvennaja². M. 1884. — V. Mavrickij, Očerki osnovnyh položeniij christianskago nraavoučeniija. Voronež 1886. — D. J. Tichomirov, Sv. Grigorij Nisskij kak moralist. Mogilev na Dněprě 1886. — N. G. Lebofskij, O vysšem blagě ili verhovnoj čeli nraavstvennoj dějatelnosti. Spb. 1886. — J. Svěčin, Osnovy čelověčeskoi dějatelnosti. Spb. 1887. — S. Govorov, Moralnaja filosofija stoikov v otnošenii k christianstvu. Charkov 1887. — Jaroš, Voprosy sovremennoj morali. Charkov 1888. — A. Chrapovickij, Psihologičeskija dannija v polzu svobody voli i nraavstvennoj otvėtstvennosti². Spb. 1888. — Iv. Pjatnickij, Opyt pravoslavnago nraavstvennago bogoslovija. Stavropol 1890. — S. P. Nikitskij, Věra pravoslavnij vostočnoj greko-rossijskoj cerkvi, po eja simvoličeskim knigam. Tetrad vtoraja: učenie o nraavstvennosti. M. 1890. — N. Sokolovskij, Religija ljubvi i egoizm. M. 1891. — Archim. Gavriil, Pravoslavnoe nraavstvennoe bogoslovie². Tver 1891. — Al. Pokrovskij, Pravoslavno-christianskoe nraavstv. bogosl.² Samara 1892. — M. Olesnickij, Nraavstvennoe bogosl. Kiev 1892. — J. Nevzorov, Moral stoicizma i christianskoe nraavoučenie. Kazan 1892. — J. Berdnikov, O vospriemni čestvė pri kreščeniij i duchovnom rodstvě, kak prepjatstvii k braku. Kazan 1892. — N. P. Archangelskij, Zadača, soderženie i plan sistemy pravoslavno-christianskago nraavoučeniija. Simbirsk 1894. — Al. Gusev, Religioznost kak osnova nraavstvennosti² 1894. — M. Seleznev, Osnovy morali evolucionizma. Charkov 1894. — Ep. Nikanor, Pravoslavno-christianskoe nraavstvennoe bogoslovie². 1894. — N. Strachov, Brak razsmatrivaemyj v svoej prirodě i sosterony formy ego zaklučeniija². Charkov 1895. — S. Argamakov, K voprosam etiki v sovremennom brakě. Popock 1895. — N. Sokolovskij, Mysli ob osnovach žitejskoj nraavstvennosti i čelověčeskago sčastija. Irlbit 1895. — M. Olesnickij, Iz sistemy christianskago nraavoučeniija. Kiev. 1896. — Šapošnikov, Opyt matematičeskago vyraženiija ponjatij i vyvodov etiki. M. 1896. — J. V. Popov, Estestvennyj nraavstvennyj zakon. Sergiev Posad 1897. — T. J. Butkevič, Zlo, ego suščnost' i proischoždenie. Charkov 1897. — J. V. Popov, Samoubijstvo. Serg. Pos. 1898. — Zelepugin, Nraavstvennost raskryvaemaja po rukovodstvu tvoreniij svjatitelja Tichona Zadonskago. Astrachan 1900. — D. P. Mirtov, Nraavstvennoe učenie Klimenta Aleksandrijskago. Spb. 1900. — D. A. Dobrosmyslov, Postanovka i raskrytie zapovėdi o ljubvi v nraavstv. zakoně evangelskom sravnitelno s zakonom vetehozavětnym. Charkov 1900. — Idem, O cer-

kovno-kanoničeskom zakoně protiv brakov v rodstvě. Charkov 1900. — D. Thavoriskij, Pravoslavnoe christianskoe npravstvennoe učenie i sovremennaja estestvenno-naučnaja moral. Spb. 1900. — P. Smirnov, Učenie o ljubvi christianskoj. Spb. 1901. — A. Bronzov, O christianskoj semě. Spb. 1901. — P. Soljarskij, Npravstvennoe pravoslavnoe bogoslovie. Spb. 1901. — M. Olesnickij, Npravstvennoe bogoslovie. Kiev 1901. — Al. Gusev, Neobhodimost vnešnago bogopočtenija³. 1902. — N. G. Gorodenskij, Npravstvennoe soznanie čelověčestva. Šerg. Lavra 1903. — L. J. Petražickij, O motivach čelověčeskich postupkov. Spb. 1904. — A. Zamjatin, Pokajanie i ego značenie dlja npravstvennoj žizni. Kiev. 1904.

Saltem nonnullas commentationes quoque afferre in animo est in periodicis editas: Determinismum petunt N. N. Glubokovskij in Věra i Razum 1888; P. J. Linickij in Trudy kievskoj duch. akad. 1881; V. Golubinskij in Pravoslavnyj Šobesědnik 1877 etc. — De ss. patrum doctrina bene vivendi scripserunt A. Martynov (in Pribavlenija k izd. tvor. sv. Otc. 1889—90 de s. Clemente alex.), D. P. Mirtov (in Chr. Čt. 1900 de eodem), A. Derevičkij (in Věra i Raz. 1885 de s. Basilio), A. Leporskij (in Chr. Čt. 1898 de s. Jo. Chrys.), A. Bronzov (in Chr. Čt. 1900 de s. Macario aegypt. — De „duello“ exposuerunt Bronzov (Chr. Čt. 1897), D. Vvedenskij (in Věra i Cerkov 1899), N. Miseev (in Věra i Raz. 1900) etc.

Ultimos nominare libet libros, in quibus doctrina de officiis traditur mediarum scholarum tironibus: L. Bogdanovskij, Uroki christianskoj npravstvennosti. Spb. 1877; N. Thavorov, O christianskoj npravstvennosti. Kiev 1880; P. Gorodcev, Kratkie očerki pravosl. christianskago npravoučeniija⁸ Spb. 1895; V. Temnověrov, Npravstvennoe pravoslavnoe bogoslovie. Jurjev 1896; J. Bobrovnikov, Suščestvennyja čerty pravoslavnago npravoučeniija. Elisavetgrad 1897; A. Pokrovskij, Očerki pravoslavnochristianskago npravoučeniija. Samara 1897; P. A. Smirnov, Suščestvennyja čerty christianskago npravoučeniija. Spb. 1903.

In hac tanta librorum copia librum Iv. Pjatnickii (Tentamen theologiae moralis orthodoxae. Stavropol 1890 p. 343) accuratione et inventione praecipuum esse et secundum locum Nicanoris episcopi (al. Kamenskij) librum (Theologia moralis orthodoxa² Petrop. 1894 p. 156) obtinere theologi Russorum dicunt. Eos duo sequimur de discrepantia doctrinae de officiis inter theologos nostros et Russos agentes; quodsi deficient, A. Bronzov, virtutis magister, multorum scriptor librorum, academiae clericorum petropolitanae professor, nos docebit, quid in Russia tradatur. Quae P. Ozereckij (Istoričeskij očerk razvitija rimsko-katoličeskago npravoučeniija in Penzenskija Eparchialnyja Vědomosti 1873) de catholicae doctrinae de moribus initiis et quae incertus auctor in periodico Věra i Razum 1890 (Kazuistika i sudby eja v rimsko-katoličeskoj cerkvi) scripserunt, negligendum nobis esse statuimus.

Ne quis obstupefiat, re aliter ac speraverat cadente, monendi sunt lecturi mirum non esse, si pars moralis a Russis obscure et levitate incredibili tractatur et explicatur. Catholicas litteras reliquerunt, studia contemnuunt, in animum inducere nequeunt, ut se institutioni ecclesiae nostrae committant aequae saltem ac praeceptoribus protestanticis utantur. Sine magistris per se soli doctrinam de moribus veram et incorruptam moliantur. Rem dixerim magis ad famam temeritatis quam gloriae insignem. Ceterum Russi ipsi sentiunt hanc theologiae suae partem parum valere.

M. A. Olesnickij haec scribit (Isterija npravstvennosti i npravstvennyh učenij č. I. Kiev 1882 p. 110): Kto znakom s sostojaniem u nas etiki a komu, s drugoj storony, izvēstny uslovija postroenija nauki i vozmožnost strogo-naučnago izloženija učenija o npravstvennosti, tot bez malejšago kolebanija budet utverždat čto etika nahoditsja u nas v nastojaščee vremja v vesma neudovletvoritelnom sostojanii, čto ona ne postrojaetsja u nas na strogo-naučnyh načalah, na kotoryh dolžna postrojatsja, kak nauka. Cf. N. P. Archangelskij, Zadača, sodržanie i plan sistemy pravoslavno-christianskago npravoučenija. Simbirsk 1894.

Nicanoris episcopi liber non omnia continet, quae de officiis quaeri possunt, sed parvam dumtaxat partem, qua quid doctrina de moribus sit, quid mores ipsi, quid factorum conscientia, peccatum valeant, quid virtutem impediat, quid foveat etc. explicatur. Pjatnickij liber latius quidem patet, verum per se aestimatus aequae mancus est. Neque Nicanor neque Pjatnickij quaerit, num aut cur haec et haec actio sit improba; potius quae sit honesta; potius igitur virtutes quam officia, potius pars ascetica quam pars moralis ab eis explicantur. Quin etiam nos obiurgant non sufficere nobis illud ‚Furtum non facies‘ aut illud ‚Inimicum diliges‘ etc., et nimis diligenter inquirere nos, quid excusari possit. „quid furti licitum sit“ etc. At nescio an a nostris theologis non ita quaeratur furtum, quod permitti possit, sed quid sit furtum: nec puto adeo id omnibus notum esse, ut nullo modo sit explicandum.

(Finis sequetur.)

A. P. Lopuchin († 4. Septembris a. 1904). A. P. Lopuchin (natus a. 1892) a. 1878 in Academia theologica Petropolitana studia theologica absolvit. A. 1881 promotus est ad gradum magistri theologiae; inde ab a. 1885 fuit docens, ab. a. 1889 autem professor extraordinarius historiae universalis antiquae in academia theologica Petropolitana. Etsi ipse non pertinebat ad doctissimos professores theologiae russicos, tamen propter miram suam eruditionem universalem, magnam diligentiam et energiam coniunctam cum sensu practico, merito dicitur unus ex viris de magno progressu scientiae russicae theologiae ultimo decennio optime meritis. Tempore, quo litteratura theologica russica stagnare videbatur et folia periodica scientifica vix iam vegetabant, A. P. Lopuchin folium ecclesiasticum »Cerkovnyj Věstnik« et folium theologico-scientificum »Christianskoje Čtenie« dirigenda suscepit; eo dirigente (a. 1893—1903) ambo folia sub omni respectu florere coeperunt. A. 1899 folium practico-theologicum »Strannik« in eius dominium transiit. Lopuchin folium auxit et divulgavit et coepit eddere seriem addimentorum sub titulo »Bibliotheca theologica popularis« (Общедоступная богословская библиотека); ex 14 amplis tomis, qui iam prodierunt, pro scientia theologica maximi sunt momenti: »Historia ecclesiae christianae saec. XIX.« (Исторія Христіанскої Церкви въ XIX. вѣкѣ) 2 tomi, Peterburg 1900—1901; I. tomus, (de ecclesiis catholica et protestantica)

non est scriptus scientifice, II. tomus (oriens »orthodoxus«) conscriptus quoad maiorem partem a doctis professoribus J. J. Sokolov et St. G. Runkevič magni est momenti scientifici; Encyclopaedia theologica orthodoxa (Православная Богословская Энциклопедия) 5 tomi (usque ad literam rassicam II); »Commentarii s in omnes libros S. Scripturae«, I. Pentateuchus, Peterburg 1904. Praeterea ut addimentum folii »Strannik« inde ab a. 1902 prodierunt tres libri collectionis apologeticae (contra Essentiam religionis christianae Harnack, »Resurrectio Christi«, »Biblia et Babylon«), quae collectio continuabitur. Omnia haec et alia addimenta »Strannik« eo dirigente prodierunt et partim ab eo conscripta sunt. Ipse vertit in linguam rassicam varia opera theologi anglici Farrar (Vita J. Christi, Vita et opera S. Pauli ap., Vitae et opera ss. Patrum et Doctorum Ecclesiae), »Apologiam religionis christianae« Luthard, »Ethicam christianam« Martensen et a. Ex operibus, quae ipse conscripsit, multa carent momento scientifico, cum deesset auctori tempus ad profundiores inquisitiones scientificas instituendas. Maioris momenti sunt: »Historia biblica novis inventionibus collustrata« (Библейская исторія при свѣтѣ новѣйшихъ изслѣдованій и открытій) 2 tomi, Peterburg 1889—1890 ad N. T. Peterburg 1895; Manuale ad historiam biblicam (»Руководство къ библейской исторіи«) 2 tomi, Peterburg 1896; »Rex babilonicus Ammurabi eiusque legislatio comparata cum legislatione Moysis« (Вавилонскій царь правды Аммураби) Peterburg 1904; »Providentia Dei in historia generis humani« — philosophico-historica probatio doctrinae S. Augustini et Bossuet (Промыслъ Божій въ исторіи человечества) 1898. — Generaliter A. P. Lopuchin magis sollicitus erat ad progressum scientiae divulgandum, quam ad novas profundas exquisitiones scientificas, ad quam nec tempus ei superfuit instituenda, et ad impedimenta technica et practica scientiae rassicae theologicae removenda; hoc sub respectu vir vere admirandus videtur dicendus, cum plurima magno cum successu perfecit. Hinc inde nimium influxum scientiae theologiae protestanticae admittit nec scientiam resque catholicas aequitate scientifica aestimabat, sed saepe nimio impetu contra eas abreptus est.

F. G.

P. A. Palmieri de Russia. In periodico petropolitano Церковныя Вѣдомости n. 45 (6/19. Nov.) edita est epistola P. A. Palmieri O. S. A., qui vir doctissimus in Russia per aliquod tempus commorabatur missus a Vaticano. Is scribit ibi res memoria dignas: »Libri liberalium artium et theologiци Russorum in occidente incogniti sunt. Inter opinionum commenta occidentis est litteras Russorum parvi pretii esse. Qui facultates theologicas Italiae (etiam Romae) cum academiis rassicis comparat, ei fatendum est illas his et scholarum temperatione et ingenio professorum et librorum copia superari. Bibliotheca vaticana hucusque tali librorum rassicorum thesauro carebat, quales sunt librorum gallicorum, anglicorum, germanicorum. P. Ehrle, bibliothecae praefectus, commercio donisque doctorum Russiae collegiorum eam auxit. Numquam obliviscar liberalitatem comitatemque academiarum rassicarum, quam ipse expertus sum. Cognoscamus Russia, cognitam amabimus. Invitamus doctos Italiae aliarumque terrarum viros, ut magnorum operum rassicorum thesauri in Vaticano depositi scientiam consequantur. Invenient ibi ingenii rassicici argumentum, quod deesse opinabantur. Russia cognoscenda est non ex fabulis aut ex hostium calumniis, sed ex ipsius operibus«.

Oktoich ili osmoglasnik pravoslavnoi katholičeskoj vostočnoj cerkvi. — Oktoichos oder Paracletike der orthodox-katholischen Kirche des Morgenlandes. Deutsch und slavisch, unter Berücksichtigung der griechischen Urtexte, von Alexios von Maltzew, Mag. Theol., Propst an der Kirche der kaiserlich Russischen Botschaft zu Berlin u. s. w. Berlin, K. Siegismund 1903—1904. — I. tomus: Vox I—IV (XV, 1270) — II. tomus: Vox V—VIII (LXXXVI, 1192)

De hac aequae ac de prioribus similibus publicationibus auctoris mentionem honorificam fecit N. Nilles S. J. in »Zeitschr. f. k. Th.« 1905 pag. 137 sqq. Maltzew, ut ipse fatetur, ad magnificum et sanctum aedificium unionis contribuere vult, et quidem eodem modo, quem archiepiscopus Sarajevensis Jos. Stadler tamquam optimum recte statuit: »Primam veluti conditionem gratiae inter dissidentes componendae in eo collocandam esse censemus, ut ambae partes, sincera fide atque ex animo reconciliandae, ante omnia se inter se propius noscant et vicissim recte intelligant: ut altera alterius ritum et res omnes, quae eo spectant, dies festos, jejunia, caeremonias omnesque pietatis genus diligenter addiscat, benevole interpretetur, ex aequo aestimet meritoque honore prosequatur« (Lit. encycl. d. 2. Febr. 1895). Hunc finem mutuae melioris cognitionis prosecutus edidit Maltzew plura iam volumina, in quibus libros liturgicos Russorum una cum versione germanica edidit. Duo nuper edita volumina praebent celeberrimum librum »Oktoich« dictum, quo cantiones ad octo diversos tonos compositae continentur.

Новости богословской литературы (Novosti bogoslovskoj literatury). Sub hac inscriptione K. M. Popov, academiae spirit. moscov. bibliothecarius, edere coepit magni pretii nuntium bibliographicum indicantem titulos non solum librorum ac libellorum theologorum (sec. argumentum dispositorum), sed etiam singularum dissertationum, quae in maximo commentariorum theologorum russ. numero (216 ibi indicantur, inter quos tamen aliquot habent argumentum generalius) leguntur; praeter theologiam comprehenduntur ibi etiam philosophia, psychologia, paedagogica, historia Russorum profana, historia universalis. Primus libellus est 176 paginarum. Edetur sexies in anno.

In commentariis russ. **Strannik** 1904, 1. prof. Nicol. Glubokovskij, vir doctissimus, Kalendarium manuale P. Nicolai Nilles magnopere laudavit (p. 196—201). Memoriae digna sunt verba eius: »Schisma ecclesiasticum ortum est ex humanis dissensionibus et humana conservatur obstinatione, mutua suspicione ac diffidentia nutrita; ob eamque rem accurata cognitio, aequa confessio, ingenua agnitio optima via est ad removendum tristissimum impedimentum. Difficultates ab hominibus paratae praecipue honesto studio humano superantur«.

RUTHENICA.

Qualis sit status litterarum theologiarum apud Russos unitos. — Apud Russos unitos labores in litteris theologis in genere non possunt esse satis intensi jam propter paucitatem cleri. Quo fit, ut quaelibet editio libri theologici ne tantum quidem afferat editori, ut expensae tegantur, et editor — nisi aliunde subsidium obtinuerit — certo sciat, se tantum morale commodum sua editione, non vero lucrum materiale habiturum esse, vel potius se certo damnum materiale exspectare debere. Quare ejusmodi editiones apud Russos unitos satis raras sunt.

In operibus publicandis restringuntur Russi uniti tantum tribus ipsorum dioecibus Galiciensibus. Sunt quidem etiam in Hungaria tres dioeceses Russorum unitorum (Prešov, Munkač et Križevac in Croatia), at illae dioeceses ob infaustas res politicas in Hungaria prorsus ab ipsis separatae de ipsorum vita participare non possunt.

Praeter paucitatem cleri alia quoque adhuc causa adest sterilitatis litterariae: execrabilis daemon Slavorum — discordia, quae Ruthenos

in duas separat factiones. Quo fit, ut — dum etiam clerus in duas partes divisus sit — numerus lectorum alicuius libri eo magis restringatur. Nam asseclae unius factionis non libenter legunt, eo minus vero emunt librum scriptum in dialecto et scriptura factionis alterius. Accedit quod inter arma silent musae et multae vires absorbentur in pugna partium, quae alias proficue impendi possent in litteras theologicas.

Nunc apud Russos unites prodit scriptum periodicum, *Нива*, de qua inferius.

Praeterea jam per aliquot annos publicatur exegesis s. scripturae secundum textum palaeoslavicum (apud Russos unites liturgicum); jam Veteris Testamenti exegesis ad finem vergit, postea sequetur exegesis Novi Testamenti. Edit eam canonicus-praelatus capituli metropolitani Leopoliensis rit. gr. *Вачыўski*, notas vero exegeticas pro Vet. Test. comparat Dr. *Bartoszewskij*, professor theologiae pastoralis in universitate Leopoliensi. Quod opus plus habet valoris practici quam stricte scientifici. Idem canonicus *Вачыўski* nuper edidit psalterium in lingua palaeoslavica (liturgica) cum versione ruthena et adnotationibus pro usu practico populi. X.

НИВА. Часопісь посвячена справам церковним і суспільним. Red. *Jaroslav Levickij*. Leopoli. II., 1.—3. *Kirilo-Methodiïvska idea*. *Dlja* »Nivi« napisav o N. N. *Pereloživ z českogo C. C. C.* De idea Cyrillo-Methodiana. Pro »Niva« scripsit N. N., e bohémica lingua transtulit C. C. C. Ideam Cyrillo-Methodianam definit auctor qua conatus ad unionem Slavorum in cultura et religione adipiscendam. Dein uberius ideam hanc exponit et firmis ad probandum argumentis fulcit, animosque omnium inflammare studet ad indefessum laborem scientificum, quem optimum subsidium ad finem exoptatum assequendum jure meritoque esse putat. Monet Ruthenos, ipsos situ geographico necnon historia sua prae ceteris vocatos esse ad viam unioni parandam. Postremo methodum laboris adumbrat atque catalogum publicationum periodicarum ad subsidium laboris idonearum tradit. — *F. Grivec*: Probi zluki z greckuju cerkvoju po Sobori Florentijskim. (De unionis cum ecclesia graeca post concilium Florentinum conatibus). Initium eruditae dissertationis, de qua uberius disseremus, dum ad finem perducta sit.

SERBICA.

Publicationes periodicae res theologicas spectantes. Serbi cum partim in regno serbico partim in provinciis austriaco-hungaricis et in Turcia habitent, variis in provinciis varias habent publicationes periodicas res theologicas et ecclesiasticas spectantes. Publicationes hae satis sunt numerosas, quod vero scientiae theologicae apud Serbos magis obest quam prodest: disertationes theologicae scientificae in variis publicationibus sunt dispersae. Apud Serbos existunt iam tot viri, qui studia theologica vel in academiis theologis russicis vel in universitatibus germanicis (protestanticis) absolverunt, ut iam possint sustentare unam vel etiam duas publicationes theologicas scientificas satis amplas.

Maioris momenti sunt:

„Vesnik srbske crkve“ publicatio associationis cleri parochialis (mensura-Belgrad).

„Hrišćanski Vesnik“, publicatio cleri omnium provinciarum serbicarum associati (publicatio mensura, Belgrad).

„Istočnik“, publicatio pro ecclesiasticae culturae cleri et populi orthodoxi in Bosnia et Hercegovina necessitatibus „za crkveno--prosvjetne potrebe“ (bis singulis mensibus — Sarajevo).

Hae publicationes praeprimis tractant quaestiones practicas et rarius afferunt dissertationes omnino scientificas. Scientiae theologiae magis inserviunt:

„Glasnik pravoslavne crkve“, officialis publicatio (mensura) ecclesiae orthodoxae in regno serbico existentis (Belgrad). — Praeter partem officialem continet partem multo ampliorem non-officialem, ubi saepius quam in aliis publicationibus ecclesiasticis in regno Serbiae existentibus quaestiones theologiae scientificae tractantur.

„Bogoslovski Glasnik“, publicatio mensura dirigente professore Ilarione Zeremski, a professoribus seminarii clericalis Karlovcii (Karlovci-Karlovitz, Croatia-Slavonia) edita. Prodit inde ab anno 1902; fasciculi uniuscuiusque anni 2 tomos efformant, ita ut iam VI tomi completi prodierint. Publicatio certe inter omnes serbicas maxime scientiae theologiae inserviens. Finem sibi proposuit omnes quaestiones theologicas tractare, sed speciatim in historiam ecclesiae serbicae in Croatia et Hungaria inquirere. In singulis fasciculis occurrunt etiam recensiones et conspectus librorum recentium (praesertim serbicorum et russicorum), chronica et notitiae sat bonae de statu ecclesiae variorum populorum ritus graeci et ultimo loco conspectus publicationum periodicarum russicarum et serbicarum.

Praeter dissertationes pure scientificas afferuntur multi tractatus ex theologia practica et solutiones casuum et quaestionum practicarum; hincinde occurrunt etiam versiones dissertationum russicarum. — Ex dissertationibus, quae hucusque in „Bogoslovski Gl.“ prodierunt, notatu dignae sunt:

I. Z e r e m s k i: Beseda J. Hrista na gori (Oratio montana J. Christi) I. (1902). Zeremski diligenter tractat quaestiones biblicas; eius tractatus in singulas graviores pericopas Evangelii in unoquoque tomo inveniuntur. In literatura biblica tum catholica tum protestantica auctor bene est versatus. Fere semper solam exegesis in singulos versus tractat nec se in longas tractationes quaestionum occurrentium immitit. — Orationem montanam (Mt. c. 5—7) in quatuor partes dividit: 1. introductio et beatitudines (Mt. 5, 1—16); 2. legislatio N. T. in relatione ad V. T. (Mt. 5, 17—48); 3. media ad iustificationem in novo regno (Mt. 6—7, 12); 4. instructio de desiderio novi regni et conclusio (Mt. 7, 13—27). Explicando Mt. 5, 31, 32 tenet sententiam etiam apud catholicos communiorem, hic esse sermonem de dimissione uxoris in matrimonio vero legitimo; sententias etiam alias catholicorum commemorat, easque ideo excogitatas esse putat, ut doctrina catholica de indissolubilitate matrimonii facilius tueri possit. Quaestionem, num

adulterium omnino dirimat matrimonium, ita ut pars innocens aliud matrimonium inire possit, praetermittit et lectorem ad Glubokovskii de hac re tractatum remittit (Christ. Čtenie 1895).

I d e m: Šretenije (Purificatio B. M. V.) III (1903). Exegesis in Luc. 2, 22—28.

I d e m: Blagovest presv. Bogorodici (Annuntiatio B. M. V.) III. (1903). Commentarius in Luc. 1, 26—38. — In explicatione Luc. 1, 35 asserit, obumbrationem per Spiritum S. esse characteris praeparatorii, Spiritum S. enim debuisse praeventive purgare et sanctificare B. M. V. eamque liberare a peccato originali (p. 179), quae doctrina in eccl. non unita nunc communior esse videtur.

I d e m: Sanatio coeci III., 249—270. Nativitas et circumcisio S. Joannis Bapt. III., 329—342.

I d e m: Rodjenje J. Hrista (Nativitas J. Christi) IV. (1903), 273—292, 361—371. Exegesis in Luc. 2, 1—20. — De initio aerae christiane non tractat: fusius autem de censu Cyriui (Quirinii) disserit.

I d e m: Priča o milosrdnom Samarjaninu (Parabola de Samaritano) IV. (1903), 217—228.

I d e m: Presv. Bogorodica u poseti kod Zelisavete (Visitatio B. M. V. apud Elisabet) V., 89—97, 185—194.

I d e m: Blagovest Zahariji — (Annunciatio Zachariae) V. 345—354, 425—437.

M. Jakšić, Dva srbska sabora (Duae serbicae synodi) I. (1902), 26 etc.

Hae synodi celebratae sunt annis 1748 et 1749—1750 caeque coalescebant ex deputatis trium populi statuum, clericalis, militaris et civilis (ex unoquoque statu 25 deputati). Utraque in synodo metropolitana eligebatur. Insuper tractabatur de gravaminibus, a deputatis ex diversis regionibus synodo delatis, quae omnes versabantur de discriminibus populo ex parte graeco-unitorum illatis et inferendis (coactio ad sanctificanda festa catholica; presbytero cuidam sine licentia episcopi iussu magistratus barbam totonderunt). Anno 1750 a synodo vetitur matrimonium cum catholicis; sacerdotes, qui illud benedicerent, punientur; omnis episcopus noviter electus debet scripto se obligare, si „consilio diaboli“ ad unionem transiret, se nihil de bonis mobilibus sive immobilibus eparchiae (dioceseos) exigiturum. (Finis sequetur.)

SLOVENICA.

Zgodbe svetega pisma. 11. snopič. Spisal Dr. Janez Ev. Krek (**Historiae biblicae.** Fasciculus 11. Auctore Dr. Joanne Ev. Krek). V Celovcu 1904.

„Historiae biblicae“, quae sumptibus slovenicae societatis literariae „Družba sv. Mohorja“ („Societas s. Hermagorae“) inde ab 11 annis in lucem prodeunt, praeter versionem respectivae partis Scripturae Sacrae etiam eiusdem fusiorem explicationem et aptam applicationem continent,

Quae ad Vetus Testamentum pertinent historiae biblicae, iam absolutae sunt primumque tomum constituunt; modo in tomo secundo Novum Foedus pertractatur. Auctor, theologiae professor in seminario Labacensi Dr. Joannes Krek, qui a nonnullis annis in hacce publicatione labores defuncti professoris Dr. Francisci Lampe continuat, omnem navat operam, ut populo slovenico optima hoc respectu praebeat. Quam ob rem tum ex archeologia biblica, tum ex historia gentis iudaicae aliarumque gentium biblicarum, tum ex aliis quomodocumque ad rem spectantibus scientiis theologicis et profanis quam plurima haurit eaque magna dexteritate scopo, quem prae oculis habet, accomodat, cum maxima sane populi slovenici ac fidei catholicae utilitate. — „Societas s. Hermagorae“, ab anno 1860 existens atque Claudifori sedem suam habens, anno praeterito 84598 membra numeravit; sociis suis pro annua stipite 2 Coronarum (ad dies vitae solvuntur semel pro semper 30 Coronae) sex quotannis praebet libros tum religiosi tum profani argumenti.

Katoliški obzornik. (Redactore Dr. Aleš Ušeničnik. Lublaň, »Leonova družba«) IX, 1. Dr. Josip Gruden: Akvilejski patriarhi za dobe sv. Cirila in Metoda in njih razmerje do slovenskaga bogoslužjam (Patriarchae Aquilejenses tempore ss. Cyrilli et Methodii; quales se praebuerint liturgiae slavicae). — Dr. Jan E. v. Krek: Skrajnji struji v moderni etiki Tolstoj-Nietzsche (Extrema in ethica moderna). — Bogumil Remec: O sodobnem stanju descendenčne teorije (De hodierno statu s. d. theoriae descensionis). — Jožef Valjavec: Iz svetovne prazgodovine. Nekaj poglavij iz kozmogonije (De originibus mundi). — Dr. A. Ušeničnik: Konvertit (dr. Karel Krogh-Tonning) o protestantizmu.

Voditelj v bogoslovnih vedah (Redactore Fr. Kovačič. Maribor). VIII., 1. Dr. Jos. Somrek: Evharistična tvarina (De materia ss. Eucharistiae). Contra ad Harnack »Brot n. Wasser, die eucharistischen Elemente bei Justin«. — Fr. Tergeslav: Dogmatiški zistem Pavlov in nauk Kristusov (Redegeritne Paulus doctrinam Christi in systema dogmaticum). — Dr. Ant. Medved: Kako je krščanstvo odgajalo narode. (Quomodo religio christiana gentes educaverit). — Idem: Zgodovina cerkevnega govorništva. Novi vek. (Historia eloquentiae sacrae temporibus recentioribus). — Fr. Grivec: Vzhodna cerkev. Zedinjoni Rusini v Galiciji. (Ecclesia orientalis. Rutheni uniti in Gallicia).

EXTERNA, RES SLAVICAS SPECTANTIA.

Échos d'Orient. Revue bimestrielle de theologie, de droit canonique de liturgie, d'archéologie, d'histoire et de géographie orientales. Rédaction: Mission de l'Assomption Constantinople. Administration: Paris, Rue Bayard. 5. Prix de l'abonnement: 8 fr. VII., 6 et VIII., 1: J. Hamburger: Le Pape, la Russie et le socialisme. Auctor refert de articulo M. V. Sokolov in »Bogoslovskij Vestnik« inscripto »Papatus huius temporis et quaestio socialis«, in quo ostenditur, quaestionem sociale non posse nisi a religione et ecclesia solvi. Cum laude loquitur russicus auctor de Leone XIII., de cuius encyclica »Rerum Novarum« pluribus verbis disserit, necnon de Pio X. — M. Théarvic: Chez les Serbes orthodoxes de Hongrie. Patriarcha Carlovicensis cum sex episcopis praesunt ecclesiae Serborum orthodoxae in Hungaria (Croatia). Ecclesia haec est prorsus sui juris (αὐτοεξουσία). Praesules eius gaudent etiam non exigua autonomia in

rebus administrativis et civilibus. Quae autonomia autem excitat invidiam laicorum, qui eius participes esse volunt, ex quo haud exiguae difficultates oriuntur, quin etiam augentur, cum potestas civilis non raro se immisceat. Numerus sacerdotum in dioecesi patriarchali Carlovicensi sufficiens quidem est, at in dioecesibus caeteris non raro unus sacerdos duas vel tres parochias administrandas habet. Ad occurrendum huic necessitati consilium est, ut redditus cleri meliores reddantur, ut Carlovicii convictus puerorum condatur, utque denique in seminarium clericorum recipiantur adolescentes, qui sextam gymnasii cl. absolverunt. Opus quoque erat mores cleri corrigere, quod autem cum per s. d. regulas disciplinares factum esset, magna indignatio cleri in episcopos excitabatur. De reliquo religiosus zelus fidelium hisce temporibus apud Serbos orthodoxos valde languescit. Serbi orthodoxi in Hungaria habent unicum solummodo seminarium, et quidem Carlovicii. In hocce seminario erant a. 1902—1903 7 professores, 4 supplentes, 105 alumni. Patriarcha Georgius Branković (electus a. 1890) aedificavit magnificam domum patriarchalem, xenodochium nationale atque orphanotropheum. — J. H a m b e r g e r: La divorce en Russie. Licitum in Russia hucusque erat parti innocenti — divortio propter adulterium facto — novas contrahere nuptias, prohibitum autem hoc fuit parti adulterae. Nuperrime edicto imperatoris dato die 28. Maji 1904 etiam pars adultera novum matrimonium inire potest, attamen bis tantummodo atque persoluta prius poenitentia ecclesiastica ei iniuncta. — V. M i l o v i t c h: L'orthodoxie Bosno-Herzégovinienne. Auctor administrationem austriacam in terris occupatis vehementer laudat et defendit eam contra Serbos et Russos, qui hac de re opinionem prorsus contrariam habent. Catholicismus in terris occupatis magnos progressus facit. Catholici, quorum numerus est 340.000, habent quatuor dioeceses: Sarajevo, Trebinje, Banjaluka, Mostar. Orthodoxi, numero 673.000, etiam in quatuor dioeceses divisi sunt. Praesules dioecesium a patriarcha Constantinopolitano quidem e candidatis a regimine austriaco propositis eliguntur, attamen semper ad nutum ejusdem regiminis. Ita electi praesules parvi aestimantur a Serbis orthodoxis, qui pristinam autonomiam in rebus politicis atque ecclesiasticis anhelant. — G. B a r t a s: Un pèlerin de la science en Russie. De enuntiatione P. A. Palmieri quoad Russiam, de qua iam supra (pag. 32.) commemoravimus, Bartas minus benevolam fert sententiam.

Bessarione. Pubblicazione periodica di studi orientali. Mons. Niccolò Marini, Direttore-Proprietario. Roma. Direzione ed amministrazione Piazza S. Pantaleo Nr. 3. Pr. 20 fr. 1904: Giuseppe Ciardi-Dupré: Nazioni e lingue slave. — Mons. Marini L'Immacolata Concezione di Maria Vergine e la Chiesa orthodoxa dissidente. — P. Aurelio Palmieri O. S. A.: Il Divorzio in Russia. Fuscus explicat praesentem quaestionem Russorum, liceatne parti adulterae divortio facto denuo nubere necne; locum enim dant solutioni matrimonii. Controversiam hac de re exortam accurate refert; novam legem ecclesiasticam hoc concedentem a solo Cerkovnyj Věstnik defensam esse dicit. Palmieri censet, ecclesiae russicae potius defendendum fuisse ius morum christianorum et suarum traditionum. — A. P.: Corrispondenza dalla Russia (Necrologium A. P. Lopuchin cfr. pg. 31.).

Rassegna Giuridica Ecclesiastica. Periodico mensile di diritto e giurisprudenza. Roma, Via della Panetteria. Nr. 9.—10. Lire 2. 50. »La liturgia glagolito-romana nella sua origine e nel suo svolgimento storico giuridico«. Initium, continuabitur.

Archiv für slavische Philologie. XXVI. V. Jagić: Ein Prediger aus dem Ende des XVII. Jahrh. in Agram. De concionatore Juraj Habelić S. J., qui in sermonibus suis, praesertim in libro »Pervi oteza nassega Adama greh« (Primum patris nostri Adam peccatum) anno

1678 edito egregie describit mores sui temporis. — Pag. 123—126 Jagić valde laudat publicationem Josephi Vajs »Recensio croatico-glagolitici fragmenti Verbenicensis«, de qua praeter alia multa etiam haec verba scripsit: «Es hat sich in der Stadt Veglia, Dank dem Eifer des dortigen Bischofs, ein kleiner literarischer Verein, eine »Akademie« gebildet, die den löblichen Zweck verfolgt, literarische Alterthümer jener Insel und ihrer Umgebung allmählich herauszugeben. Das erste Heft liegt nun vor. Als Herausgeber tritt nicht etwa ein kroatischer Priester auf — das schöne Beispiel der beiden Veglenser Crnić und Parčić scheint nicht mehr zu wirken, — sondern ein aus Böhmen gekommener Priester, der in Prag slavische Studien gemacht und seinen böhmischen Eifer in das schläfrige Land des heißen Südens gebracht hat «

Byzantinische Zeitschrift. Unter Mitwirkung zahlreicher Fachgenossen herausgegeben von Karl Krumbacher, o. ö. Professor an der Universität zu München. Leipzig, B. G. Teubner. XIII. Band. Ex recensione mentionem facimus: 1) recensione Const. Jireček libri Georgii Gelzer »Der Patriarchat von Achrida«, de patriarchatu Archidensi, qui circa annum 1500 principatum in Serbia, in Bulgaria parte Donubio adiacenti necnon in Rumunia tenuit, ita ut in territorio ejus varia commercia inter Slavos, Graecos, Albanos atque Rumunos extiterint; 2) relationis, quam Branko Granič dat de libro St. Stanojevič a. 1903 edito, negotia Serborum cum regno byzantino pertractante, 3) relationis Ed. Kurtz de publicatione byzantino-slavicae sectionis societatis historico-philologicae in universitate Odessensi.

MISCELLANEA.

De apostolatu ss. Cyrilli et Methodii sub patrocinio B. M. V. Velehradii in Moravia anno 1892 erecta est canonice sodalitas sub titulo „Apostolatus ss. Cyrilli et Methodii“, cujus praecipuus finis est, ut fides salvifica promoveatur inter Slavos, qui adhuc a S. Matre ecclesia sunt abalienati. Sodalitas haec late divulgata est in dioecesibus Olomucensi, Brunensi atque in dioecesis Wratislawiensis parte ad Austriam pertinente; sodales arbitrantur ad quinquaginta milia. Opus sane sanctum, omni laude atque auxilio dignissimum.

De transscribendis formis litterarum cyrillicis. — Ut aliquando aequalitas induci possit transscribendi ea, quae litteris cyrillicis scripta sunt, consilia philologica proponenda sunt statui argumentis confirmata.

Duplex inprimis principium tenendum omnino esse videtur: a) ut elementa singula ita transscribantur, ut etiam ab eo, qui solum alpha et beta russicum novit, litterae cyrillicae pro eis restitui possint, itaque, cum Russi non scribant phonetice, etymologicae formae retineantur; et b) ut ratio constans appareat in omnibus formis transscribendis.

His suppositis patere videtur modum illum esse adhibendum, quem iam Miklosich adhibebat.

In specie 1. de signis diacriticis addendis ad efformanda latinis litteris elementa ч, ш, ж nullum potest esse dubium.

2. ѣ scribendum videtur cum Miklosich è, non je, cum etiam ѣ russicum sit forma etymologica, non phonetica; eodem enim modo sicut ѣ etiam е plerum que enuntiatur je.

3. ъ scribendum videtur cum Miklosich ju, non u cum signo diacritico; idque non solum ex rationibus practicis, sed etiam quia russicum et palaeoslavicum ъ est signum phoneticum = i + oy. Ab altero

modo facit sola unitas formae laque magis relate ad π quam ad μ , quae duo tamen aequali modo tractanda videntur.

4. X scribendum videtur cum Miklosich h. Ut enim rationes oeconomicas omnino taceam, a) non potest postulari ab omnibus Slavis ut scribant ch, praesertim cum b) hic modus ut anachronismus a temporis ratione aberret, cum iam non scribatur cum Romanis c = κ, sed c = μ ; Romanus vir certe scripsisset Charcov — sicut scripsit Cyrillus; sed si constantes esse velimus, scribentes in illo nomine k, scribere debemus etiam kh, ut Galli scribere solent — nisi Slavis alio modo consultum sit. Tamen non nego, si practicae rationes non obstarent, immutatam modice formam h (sive h supra rotundatum, sive linea transversa auctum) praestare simplici h, licet hoc in russica lingua omnino sufficiat.

5. ѣ, ѥ vel cum Miklosich retinenda in propria forma, vel quia, in russica lingua ѣ omitti potest salvo etiam principio a) supra posito, solum ѥ aut retinendum aut, si quis mavult, signis diacriticis exprimendum esse videtur, quae tamen litteris m, s, š, similibus non facile applicabuntur, nisi modus, quem Dušek (in Český Časopis historický X. [1904] 443) suadet (l', m') adhibeatur.

Restat, ut de transscribendis nominibus propriis anglicis vel germanicis vel similibus in lingua russica alio habitu occurrentibus aliquid proponam. Retinendum omnino modum esse existimo, quo Russi ea scribunt: cum ex rationibus practicis (cf. Bidlo in Český Časopis historický X. (1904) 443—4) — saepe enim dubia erit forma nominis prima et frustra tempus perdemus in ea investiganda — tum quia alius modus non esset vera transcriptio, cum sane etiam Russi, si vellent, scribere possent Делитъ loco Deličъ et Рн схл loco Ričлъ

Interim utique omnibus sociis concedenda videtur esse libertas donec haec aut refellantur aut saltem tacito consensu approbentur.

P. A. Špaldák S. J.



Slavorum litterae theologicae.

Conspectus periodicus.

Dirigentibus Dr. Jos. Tumpach et Dr. Ant. Podlaha.

1905.

Pragae Bohemorum.

Nr. 2.

BOHEMICA.

Vzdělavací knihovna katolická. Pořádají Dr. Jos. Tumpach a Dr. Ant. Podlaha. Nákladem a tiskem Cyrillo-Methodějské knihtiskárny v Praze. (**Bibliotheca eruditionis catholicae.** Dirigentibus Dr. Jos. Tumpach et Dr. Ant. Podlaha. Sumptibus et typis officinae typograficae Cyrillo-Methodianae Pragae). Singula volumina constant pluribus fasciculis, qui veneunt pretio 1 C.

Inter varias, quae apud Bohemos litteris theologis excolendis dicatae sunt bibliothecas locum sane haud ultimum occupat illa, cuius titulum modo adduximus. Inde ab anno 1896 cum permissione reverendissimi archiepiscopalis Ordinariatus Pragensis in lucem prodiens, usque modo 34 continet volumina diversi argumenti theologici, quae finem, ob quem publicatio haec periodica fundata est, cum sat magna, prout speramus, utilitate prosequuntur. Etenim non solum theologis ipsis inserviens, quin etiam laicis eruditis destinata, varias quaestiones theologicas stylo faciliiori ac (prouti possibile) simpliciori pertractat, quo fit, ut omnibus occasio detur, easdem quaestiones iuxta posse cognoscendi, unde simul doctrinae catholicae contra varios conatus et impetus hostiles defendendae optimum praestatur auxilium. Ideo non solum optima, quae in aliarum gentium inveniuntur litteratura, seligit eaque in linguam bohemicam translata (nonnunquam autem simul ita aucta, ut versio haec nova ac uberior dici possit originalis alieni editio) proponit, sed etiam — prouti in propatulo est — litteris theologis patria lingua excolendis inservit atque sat magnum iam de quaestionibus theologis attulit numerum librorum ac fasciculorum, linguâ bohemicâ in originali conscriptorum.

Quod libros „Bibliothecae“ huius attinet, qui ex aliis in bohemicam translati sunt linguis, sat est, nonnisi eorum titulos adducere, ut eorum tenor ac argumentum cuipiam litteraturae theologicae gnaro statim in mentem revocentur. Primum inter translationes hasce (etiam in voluminum serie) occupat locum *Apologie křesťanství na základě věd přírodních* (Apologia christianismi fundamento scientiarum naturalium superstructa), auctorem habens clarissimum Duilhé de Saint Projet (versio a. 1897 procurata est a Dr. Ant. Podlaha), quam anno 1898 secutum est opus *Podobizny svatých* (Physiognomiae Sanctorum), ab Ernesto Hello compositum et a Sigismundo Bouška in lin-

guam bohemicam translatum, quod opus simul multis ornatum est imaginibus, quae in originali desunt. Aliud volumen duas continet elucubraciones e sociologia sub titulo Soukromé vlastnictví (De dominio privato), quarum auctores sunt optime noti Patres e Societate Jesu: Henricus Pesch et Victor Cathrein: eadem a. 1898, praesertim etiam in usum auditorum sociologiae christianae in c. r. theologia facultate bohémica, bohémice edidit Dr. Jos. Tumpach. Quibus accessit a. 1899 laudati P. Cathrein „Socialismus“ in versione ab eodem Dr. Tumpach cooperante Emilio Dlouhý-Pokorný procurata, et a. 1900 P. Jos. Biederlack S. J. „Otázka sociální“ (Quaestio socialis) in versione Dris. Ferdinandi Beneš. Item notum opus sociologicum P. Augustini Rösler C. SS. R. „Pravá a nepravá emancipace žen“ (De vera et falsa foeminarum emancipatione) hic in translatione bohémica Dris. Tumpach a. 1900 in lucem prodiit. Adsunt insuper in eadem „Bibliotheca“ adhuc versiones sequentes: Dr. Josephi Bilczewski „Archaeologie křesťanská ve službách dějin církevních a věrouky“ (Archaeologia christiana historiae ecclesiasticae et dogmaticae inserviens) operâ Dr. Jos. Tumpach (1898): P. A. Lapôte S. J. „Moravané“ (Moravi), quod opusculum (operâ Dr. F. Ehrman a. 1898 editum) efformat proprie caput unum depromptum e citati auctoris majori opere „Europa et Sancta Sedes tempore Carolingorum“; episcopi Bougaud „Ježíš Kristus. Důkaz Jeho božství“ (Jesus Christus. Eiusdem divinitatis demonstratio), ab Antonio Melka a. 1898 e clarissimi auctoris vasto opere „Christianismus et tempora praesentia“ desumptum, prouti idem factum est a. 1903 cum alio huius „Apologiae“ capite: „O bolesti“ (De dolore); a. 1899 prodiit opus auctoris J. A. Zahm „Věda a učenci katoličtí“ (Scientiae earumque cultores catholici) operâ Venceslai Hazuka: a. 1899 Augustini Nicolas „Mimo církve není spásy“ (Extra ecclesiam non est salus), caput depromptum ab Adalberto Kameš ex eiusdem scriptoris opere „Studia philosophica de christianismo“; a. 1899 P. Leonis de Hammerstein S. J. „Edgar. Od ateismu k plné pravdě“ (Edgar. Ex atheismo ad plenam veritatem) operâ Aloisii Svojsík; a. 1900 Dr. Stephani Pawlicki „Mozek a duše“ (Cerebrum et anima) in versione Jos. Mergl; a. 1902 P. Bernardi Duhr S. J. „Bajky o jesuitech“ (Fabulae de jesuitis), quod opus (iuxta editionem tertiam translatum) a Dr. J. Tumpach et Dr. Ant. Podlaha novis amplificatum est capitibus, quae varias contra jesuitas in Bohemia proferri solitas calumnias respiciunt atque de „Jesuitarum defectu amoris patriae“, de „P. Koniáš“, de „Jesuitis atque catholica reformatione in Bohemia“ nec non de „Sermone generalis superioris jesuitarum ad congregatos jesuitas, redemptoristas et liguorianos“ agunt; insuper huic operi adnexa est elucubratio P. Josephi Svoboda S. J. „Co jsou jesuité“ (Quid proprie jesuitae sint), atque totum opus, continens etiam capita e primis duabus huius operis editionibus desumpta nec non illa, quae in opere „Sto bajek o jesuitech“ — „Centum fabulae de jesuitis“ inveniuntur, ornatum est imaginibus P. Jos. Stepling, P. Vydra, P. Balbín, P. Šturm nec non utriusque Plachý. Tandem adsunt adhuc: clarissimi

Ľ. Leroy „Katolická filosofie dějin“ (Catholica historiae philosophia) in versione Adalb. Kameš (a. 1901), P. Leonis de Hammerstein „Několik vynikajících katolických povah XIX. století“ (Aliquot excellentes characteri catholici saeculi XIX.) in vers. Joannis Kosina (a. 1901), P. Krose S. J. „Jak náboženské vyznání působí na mravnost“ (Qualem confessio religiosa in moralitatem exerceat influxum) in vers. Dr. Caroli Kašpar ex a. 1902, Fr. Thomae Cámara „Náboženství a věda“ (Religio et scientiae) in vers. Antonii Freer ex a. 1902, prof. Dr. Alberti Ehrhard „Východní církevní otázka a úkol Rakouska při jejím řešení“ (Quaenam sint partes Austriae in quaestione orientali ecclesiastica enucleanda) in vers. Dr. Caroli Kašpar (a. 1902) et Jacobi Bottan „Věra katolická dokázaná a obhájená slovy a důvody nepřátel“ (Fides catholica verbis ac rationibus inimicorum demonstrata) in vers. Dris. Josephi Mergl ex a. 1903.

Accedentes ad enumerationem operum, ab auctoribus lingua bohemica originetenus exaratorum, adducimus primo loco opus professoris Dr. Joannis Sýkora „Umučení a oslavení Pána našeho Ježíše Krista podle čtyř evangelii“ (Passio et clarificatio Domini nostri Jesu Christi iuxta quatuor evangelia), magna sagacitate, auctori propria, conscriptum variisque ad rem spectantibus imaginibus et cartis ornatum (a. 1896, p. 574), quod opus sane pleno iure ad optima, quae hac de re a scriptoribus catholicis praestita sunt, adnumerari debet, id quod dicendum est de alio quoque, in „Bibliotheca“ nostra a. 1902 edito eiusdem auctoris libro „Pravost, neporušenost, věrohodnost a příslušná vážnost knih novozákonních vůbec, evangelii pak zvlášť (De authenticitate, integritate, fide ac competente auctoritate librorum Novi Testamenti in genere, evangeliorum in specie). A. 1897 ibidem publici juris fecit Dr. Paulus Vychodil O. S. B. elucubrationem „Básnictví a mravouka“ (Poësia et doctrina moralis, pag. 74), ubi magni momenti themata de exclusivo artis caractere, de poësiae momento, de poësiae malo influxu, de morali ac immorali in poëmatibus, nec non de auctoris et lectoris morali ad rationem reddendam obligatione stylo facili ac perspicuo disceptantur. Accedit libellus professoris Dr. Eugenii Kadeřávek „O původu tvorstva na základě zpráv biblických“ (De creaturarum iuxta relationes biblicas origine, 1897, pag. 68), cuius quinque capita inscribuntur: De mundi ac terrae origine: De primorum generis humani parentum ortu: An totum genus humanum ab eisdem protoparentibus descendat: De generis humani aetate: An Deus pueros creaverit spiritus. Patet, dictum libellum de materiis tractare, quae omnium movent semperque movebunt animos. Notandum venit magnum, duos tomos continens opus historieum professoris Dr. Francisci Kryštáfek: „Dějiny církve katolické ve státech rakousko-uherských s obzvláštním zřetelem k zemím koruny české od r. 1740—1898“ (Historia ecclesiae catholicae in Austria-Hungaria eum speciali respectu ad terras coronae Bohemicae ab a. 1740—1898, I. tom. ex a. 1898, pag. 538; II. tom. ex a. 1899, pag. 1053). Quod opus,

imaginibus imperatorum Austriae inde a Maria Theresia nec non carta ecclesiastica imperii Austriaco-Hungarici exornatum magni est pretii ac momenti. cum a temporibus imperatricis Mariae Theresiae usque ad finem saeculi undevigesimi omnia, quae ad historiam ecclesiasticam in singulis imperii Austriaco-Hungarici regnis ac terris spectant, in unum collecta lectori ob oculos ponit sicque eundem de rebus, quae seorsus alibi nomisi magna cum difficultate inveniri possunt, instruit. Sane fatendum est. eiusmodi opus, historiam ecclesiasticam temporum modernorum exhibens, non tam facile in qualibet alia inveniri posse litteratura. Sequitur opus professoris Dr. Antonii Vřešťál „Lichva a úrok ve světle mravouky katolické“ (De usura ac foenore iuxta moralem doctrinam catholicam, a. 1899, pag. 135), quod non solum ob partes stricte moralis argumenti magni aestimandum est, sed etiam ob allegationes ex historia depromptas atque rem, ad quam pertinent, optime illustrantes summopere commendatur. Ad vastum sociologiae campum spectat opus Rudolphi Vrba ex a. 1900 „Stávký“ (Strikes, p. 94), quod revera hocce institutum, nostris praesertim temporibus tam saepe atque in dimensionibus olim haud usitatis ab operariis adamatum ac adhibitum, omnimode — tum ex parte iuris, tum ex parte historiae, tum ex parte oeconomiae politicae — illustrat. Item elucubratio Dr. Richardi Špaček „Práce ve světle zjevení Božího“ (Quid de labore doceat revelatio divina, 1901, pag. 75) ad idem ac opus praecedens pertinet scientiarum genus multaque continet, quae pro cognoscendo laboris in vita morali et oeconomica momento non sunt sine magna utilitate. A. 1903 in lucem prodiit liber Francisci Tischer „Heřman hr. Černín z Chudenic“ (Hermannus comes Černín de Chudenic, p. 314) exhibens monographiam historicam nobilis viri e prosapia Černínensi in Bohemia, qui saeculo XVI. et XVII. vivens, qua fidelis patriae suae atque regnantis familiae Habsburgicae servus varia publica munera obibat, atque in specie Constantinopolim ab imperatore bis qua legatus missus est, cuius legationis fata adumbravit. Eodem anno 1903 Dr. Antonius Podlaha publici iuris fecit opus „Bedřich Nietzsche a jeho filosofie“ (Fridericus Nietzsche eiusque philosophia, pag. 167), ubi huiusce moderni philosophi vita et systema delineantur. Adsunt insuper duo libri, qui a. 1904 in memorata „Bibliotheca“ prodierunt, scilicet P. Laurentii Winter O. S. B. „Odboj Broumovských“ (Seditio Braunavensium) et Dr. Josephi Kachník „Dějiny filosofie“ (Historia philosophiae); cum vero de utroque memorato libro iam in praecedenti fasciculo facta sit relatio, non est necesse dicta de novo repetere. Recentissimo tempore vero prodiit opus professoris Dr. Aloisii Musil „Od stvoření do potopy“ (A creatione ad diluvium), de quo plura inferius. Modo adhuc duo alii sub prelo inveniuntur libri: professoris Dr. Jaroslai Sedláček „Úvod do knih Starého Zákona“ (Introductio in libros Antiqui Testamenti) et opus Dr. Česlai M. Schneider „Základní nauky církve katolické, jak je podává a proti moderním bludům socialním hájí papež Lev XIII.“ (Fundamentales ecclesiae catholicae doctrinae, a Leone PP. XIII. traditae atque contra modernos errores sociales propugnatae)

in versione, a prof. Venceslao Müller procurata, de quibus suo tempore debita fiet mentio.

Dědictví sv. Prokopa v Praze. (Haereditas s. Procopii Pragae). — Inde ab a. 1860 existit Pragae societas litteraria sub titulo „Dědictví sv. Prokopa“, cuius scopus est, libros ex omni theologiae catholicae genere linguâ bohemicâ edere nec non scriptores in eiusmodi libris edendis adiuvari. Quae societas, sub episcoporum Bohemiae et Moraviae ac praesertim archiepiscopi Pragensis tutela constituta, fundata est instigante canonico Vyšehradensi Carolo Vinařický (qui etiam primus eiusdem praeses erat), cooperantibus praeprimis Dr. Fr. Průcha, Ed. Terš, Venc. Štule, Ben. Kulda, Vinc. Náhlovský, V. Bradáč aliisque. Statutis a. 1861 ab auctoritate ecclesiastica et politica approbatis et crescente in dies sociorum numero (modo jam ultra 1500 numerantur socii ---), societas a. 1863 ad scopum propositum realizandum accessit primumque librum edidit, id quod abhinc quotannis locum habet. (Socii semel pro semper 80 Coronis solutis omnes „Haereditatis“ publicationes gratis accipiunt. S. d. instituta immortalia, uti v. g. bibliothecae, solvunt semel pro semper 200 Coronas).

Seriem librorum theologicorum a Haereditate S. Procopii editorum apernerunt publicationes clarissimi ac doctissimi viri et sacerdotis, olim professoris theologiae in seminario Brunensi, Dr. Francisci Sušil. Quae publicationes, ad exegesim Scripturae Sacrae Novi Testamenti spectantes, certe inter primos eiusmodi commentarios numerandae sunt, utpote magna ingenii sagacitate exaratae. Anno 1863 „Evangelium sv. Matouše“ (Evangelium s. Matthaei) prodiit, dein a. 1864 „Evangelium sv. Marka“ (Ev. s. Marci), a. 1865 „Evangelium sv. Lukáše“ (Ev. s. Lucae), a. 1867 „Evangelium sv. Jana“ (Ev. s. Joannis), qui commentarii (in 4^o pag. 379, 75, 223, 309) summo cum cleri catholici bohemicus applausu suscepti, a. 1871, 1885 et 1886 iterata vice in lucem editi sunt. Quod reliquorum Novi Testamenti librorum commentarios attinet, iidem sane a Dr. Francisco Sušil exarati, post auctoris sui mortem curâ Dr. Clementis Borový et Dr. Joannis Velhartický prodierunt, et quidem a. 1869 „Skutky Apoštolské“ (Actus Apostolorum, pag. 295 in 4^o), a. 1870 et 1871 „Listové sv. Pavla Apoštola“ (Epistolae s. Pauli apostoli), duos tomos complectentes, quorum primus epistolam ad Romanos nec non I. et II. ad Corinthios, alter vero reliquas epistolas Paulinas, illa ad Hebraeos excepta, continet (pag. 404 et 447 in 4^o), adnexam habens insuper descriptionem vitae et laborum Francisci Sušil auctore prof. Matthia Procházka, et tandem a. 1872 „Písma sv. Nového Zákona“ (Scriptura sacra Novi Foederis, pag. 505 in 4^o), ubi praeter epistolam s. Pauli ad Hebraeos epistolae aliorum ss. Apostolorum una cum Apocalypsi s. Joannis inveniuntur. Doctissimum auctorem modo nominatum, cuius memoria apud clerum et populum bohemicum in benedictione est eritque semper, in excolendis scientiis biblicis in „Haereditate“ nostra alii secuti sunt viri, Dr. Melchior Mlčoch, olim studii biblici Veteris Testamenti in e. r. facultate theologica Olomucii professor (modo ibidem canonicus), Dr. Jaroslav Sedláček,

eiusdem studii biblici professor in c. r. theologica facultate bohemica Pragae, et Dr. Joannes Lad. Sýkora, studii biblici Novi Testamenti in eadem facultate professor. Auctore Dr. Melchiore Mlčoch prodiit a. 1888 „Starověda biblická“ (Antiquitates biblicae, pag. 259 in m. 8^o), liber multis imaginibus illustratus et stylo facili ac perspicuo exaratus. A. 1900 et 1901 a Dr. Jaroslao Sedláček ibidem publici iuris factum est opus „Výklad posvátných žalmů a biblických chvalo-zpěvů breviáře“ (Sacrorum psalmorum nec non hymnorum biblicorum in breviario occurrentium expositio, pag. 1284 in m. 8^o), quae publicatio omni attentione digna est, exhibens non solum versionem psalmorum in lingua bohemica c. q. tum ex latina Vulgata, tum ex originali hebraico, resp. etiam ex LXX, syr. Pešittâ et aram. targum, sed etiam singulorum psalmorum iuxta versus fusam explicationem. Tandem a. 1904 Dr. Joannes Sýkora primam publicari fecit operis sui „Úvod do Písma sv. Nového Zákona“ (Introductio in Scripturam sacram Novi Testamenti, pag. 471) partem, ubi doctissimus auctor partem „Introductionis“ generalem, omni apparatu critico conscientiosissime adhibito, exhibet tractans in ea de inspiratione, de Novi Testamenti canone, de librorum Novi Foederis authenticitate, integritate et fide. Singularem attentionem dignae sunt ibidem paragraphi de versionibus slavicis agentes, nec silentio praetereundum est, libro aliquot adnexas esse tabulas, in quibus arte phototypica singulae antiquorum codicum paginae ob oculos ponuntur.

Haud pauci sunt „Haereditatis“ libri historiam ecclesiasticam illustrantes. Quorsum pertinent primo duae monographiae, quae auctorem habent doctissimum Dr. Clementem Borový, olim in c. r. facultate theologica Pragae professorem: „Antonius Brus z Mohelnice, arcibiskup Pražský“ (Antonius Brus Mohelnicensis, archiepiscopus Pragensis, pag. 324 in m. 8^o) est titulus primae, quae a. 1873 publicata est: „Martin Medek, arcibiskup Pražský“ (Martinus Medek, archiepiscopus Pragensis, pag. 220 in m. 8^o) sonat inscriptio alterius, quae ex a. 1877 provenit. Quae monographiae, ab omnibus eruditissimis summo opere laudatae, exhibent vitam et activitatem, critice exaratam, primi et secundi archiepiscopi, qui post 140 annos, quibus sedes archiepiscopalis Pragae vacans exstiterat (inde ab a. 1421 usque ad a. 1561), ecclesiam catholicam in Bohemia regebant, ille ab a. 1561—1580, hic ab a. 1580—1590. Utrumque opus pro illius aevi historia ecclesiastica summi est momenti. Accedit opus „Poselkyně starých příběhův českých. Díl II.“ (Nuntia rerum olim in Bohemia gestarum. Pars II.) Joannis Francisci Beckovský, sacerdotis ex ordine Crucigerorum cum rubra stella (* 1658. † 1725); opus hoc, chronicae instar exaratum et res gestas Bohemiae ab a. 1526 usque ad a. 1715 (cum additamentis ex annis subsequentibus) continens, quamvis characterem operis omnino critice compositi non habeat, tamen haud exigui est pro historia momenti, maioriique gaudet pretio historico quam eiusdem „Nuntiae“ pars I., quae non est nisi nova, emendata chronica Hájecianae editio. Memoratam secundam „Nuntiae“ partem, quae est laboris 22 annorum opus, e manuscripto in tribus tomis edidit Dr. Ant. Rezek, olim in c. r. universitate Pragensi historiae austriacae

professor: tomus I. (pag. 441) prodiit a. 1878 continetque res gestas a. 1526—1607, tomus II. (pag. 432) in lucem editus est a. 1879 exhibetque ea, quae a. 1608—1624 evenerunt; tomus III. (pag. 606), a. 1880 publici iuris factus, annos 1625—1715 delineat.

Tertium, quod in „Haereditate Procopii editum est opus historicum, auctorem habet Dr. Franciscum Nav. Kryštůfek, modo professorem historiae ecclesiasticae in c. r. theologia facultate Pragae. Quod opus, in tres — iuxta totidem historiae aeva — divisum partes, titulum gerit: Všeobecný církevní dějepis“ (Historia ecclesiastica universalis), miramque diligentiam nec non magnum erga ecclesiam amorem prodit. In qua vastissima publicatione praesertim ecclesiae inter nationes slavicas historia fusissime pertractatur, quam ob rem sane optime est commendanda. Pars I., aevum antiquum continens (pag. 785), prodiit a. 1883; pars II., quae aevum medium exhibet, duobus tomis absoluta est, quorum primus (pag. 696), a. 1886 editus, de fundatione ecclesiarum apud Germanos et Slavos usque ad tempora Gregorii VII. agit, alter vero (pag. 818), a. 1889 publicatus, historiam medi aevi a Gregorio PP. VII. usque ad s. d. reformationem (1073 — 1517) pertractat; tandem pars III., aevum recens delineans, descendit ex a. 1892 (pag. 997).

Seriem publicationum historicarum continuat in „Haereditate Procopii“ Dr. Franciscus Krásel, modo episcopus Eleutheropolitanus et auxiliaris Pragensis, capituli Metropolitanani ad divum Vitum Pragae decanus, necnon simul in praesenti „Haereditatis“ nostrae praeses. Tres sunt, quas laudatus auctor in eadem publici iuris fecit monographias. Prima prodiit a. 1886, titulum gerens: „Arnošt hrabě Harrach, kardinál sv. Římské církve a kníže-arcibiskup Pražský“ (Ernestus e comitibus Harrach, S. Romanae Ecclesiae Cardinalis et princeps-archiepiscopus Pragensis, pag. 661); altera, cuius inscriptio sonat: „Sv. Prokop, jeho klášter a památka u lidu“ (S. Procopius, eiusque monasterium et in populo memoria, pag. 612), descendit ex a. 1895; tertia, „Sv. Vojtěch, druhý biskup Pražský, jeho klášter a úcta u lidu“ (S. Adalbertus, secundus episcopus Pragensis, eiusque monasterium et in populo cultus, pag. 795), cooperante professore Joanne Ježek exarata, edita est a. 1898 (monographiae de S. Procopio et de S. Adalberto imaginibus ornatae sunt). Sincere fatendum est, omnes memoratas publicationes cum magna esse pro historia ecclesiastica in Bohemia utilitate, etenim conscientiose et cum sana ac critica fontium adhibitione conscriptae optime dilucidant tempora, quibus illi tres de ecclesia catholica in Bohemia summopere meriti viri vixerunt, sel. saec. X., XI. et XVII.

Porro tres adhuc inter „Haereditatis“ publicationes reperiuntur libri, qui historiae ecclesiasticae campum excolunt simulque etiam artis christianae monumenta delineant. Quorsum pertinet praeclarum opus „Klášter blah. Anežky v Praze“ (Monasterium beatae Agnetis Pragae), quod respectu historico a c. r. universitatis bohemicae Pragae professore Venceslao Vlad. Tomek, respectu artistico ab architecto Jos. Mocker exaratum et a. 1892 (pag. 16 in 4^o) editum est, adnexas habens undecim tabulas lithographicas. — Accedit liber professoris

Caroli Konrád „Dějiny posvátného zpěvu staročeského od XV. věku do zrušení literátských bratrstev“ (Historia cantus sacri paleo-bohemici a saec. XV. usque ad sodalitatum literatorum extinctionem, pag. 502), editus a. 1893 et 26 varii generis supplementis additamentisque auctus. Qui liber continuat eiusdem auctoris publicationem ex a. 1881, ubi historia cantus sacri veteroboheimici ab antiquissimis temporibus usque ad illa bellorum hussiticorum descripta est, et proprie nonnisi primam huiusce alterius partis sectionem exhibet, cum e contra sectio altera ob inopinatam auctoris mortem in lucem edi non poterat, cum maximo rei detrimento. Id vero, quod in amplo hoc tomo editum est, haud exiguum est auctoris doctissimi monumentum. — Adest tandem opus: „Chrámový poklad u sv. Víta v Praze“ (Thesaurus ecclesiae s. Viti Pragae), auctores habens Dr. Antonium Podlaha, metropolitanae ecclesiae ad divum Vitum Pragae canonicum, et Eduardum Šittler, parochum in civitate Žižkov. Quod opus a. 1903 publicatum, non solum celeberrimi thesauri metropolitanae ecclesiae Pragensis historiam, sed etiam singulorum eiusdem thesauri objectorum accuratam descriptionem exhibet, quae descriptio ac historia plurimis (94) interpolata est imaginibus, ad quas insuper 80 tabulae accedunt, in quibus arte phototypica ac photographica singulae thesauri res depictae conspiciuntur. Porro in plus quam centum paginis (in 4^o) reproducta inveniuntur antiqua dicti thesauri inventaria ex a. 1354—1683 descendencia. Totum opus hocce absque dubio facile opus monumentale cognominari potest. Exaratum est enim magna cum diligentia, acribia, dexteritate, spiratque sincerum erga res, quas pertractat, amorem. Idem opus magni esse pro historia ecclesiastica ac praesertim etiam pro historia artis christianae momenti, non est qui neget.

Ad patrologiae devenientes campum primo loco adducimus librum „Spisy sv. Otečv apoštolských a Justina mučedníka“ (Opera ss. Patrum apostolicorum et Justini Martyris), qui a. 1874 in tertia, emendata et aucta editione prodit, auctore Dr. Francisco Sušil, saepius iam memorato, dirigente Dr. Clem. Borový (pag. 460 in 8^o). Liber hicce non solum operum SS. Patrum et Justini M. accuratam in linguam bohemiceam translationem, sed etiam eorundem explicationem exhibet, adnexas habens insuper partes in singulorum ss. Patrum opera introducentes. Secuta est a. 1876 publicatio „Sv. Otec Irenea, biskupa mučedníka, „Patero knih proti kacířstvím“, (S. Patris Irenaei, episcopi et martyris, Adversus haereses libri quinque, pag. 545), quod opus bohemice edidit, explicavit atque introductione exornavit Joannes Nep. Fr. Desolda O. Praem., gymnasii Pilsnensis professor, dirigente Dr. Francisco Bauer, tunc temporis in e. r. universitate Pragensi theologiae professore, modo archiepiscopo Olomucensi. Idem Dr. F. Bauer notis explicatoriis et indice instruxit opus „Q. Sept. Fl. Tertulliana Apologetikum“ (Q. Sept. Fl. Tertulliani Apologeticum, pag. 143), cuius versionem (adnexa introductione) a. 1877 procuravit professor gymnasii academici Pragae Venceslaus Vojáček, quo facto, a. 1878 introductionem, summaria nec non indicem adiunxit operi „Sv. Makaria Egyptského Padesát homilii duchovních (S. Macarii Aegyptiaci Quinquaginta homiliae spiri-

tuales, pag. 210), cuius versio bohémica a sacerdote Joanne Vlček procurata est. Tandem a. 1885 publici iuris facta est versio selectorum operum S. Joannis Chrysostomi, quam ex originali graeco procuravit memoratus iam Joannes Nep. Franc. Desolda, adiecta eiusdem S. Patris et Ecclesiae doctoris vita. Titulus libri sonat: Výbor ze spisů Sv. Otce a Učitele církve Jana Zlatoústa (pag. 216).

A patrologia ad theologiam pastoraalem transeuntes, exhibemus librum „Rukověť pro zpovědníky“ (Enchiridion poenitentiariorum), quod prodiit a. 1868 auctore Dr. Ruperto Smolík O. S. B., olim theologiae pastoralis in c. r. theologica facultate Pragensi professore, dein archisterii Břevnoviensis abbate. Quod opus usui practico cleri destinatum magno cum gaudio susceptum est. Cum autem omnino divenditum esset, novum eiusdem generis opus in „Haereditate Procopii“ a. 1896 sub titulo „Zpovědnice“ (Confessionale) publicavit Dr. Gabriel Pecháček, theologiae pastoralis in universitate Pragensi bohémica professor, quod opus sane valde practicum et perspicuum summo opere commendatur. Adest insuper in eadem „Haereditate“ praeclarum opus bipartitum Dris Antonii Škočdopole, qui in theologico instituto diocesano Bohemo-Budvicii theologiae pastoraalem tradit. Opus hoc, cuius inscriptio sonat: „Příručná kniha bohosloví pastýřského“ (Enchiridion theologiae pastoralis), prodiit a. 1890 et 1891 (pag. 551 et 841), clarissimum de auctoris sui scientia theoretica et practica exhibens testimonium et ducem atque consultorem omni fide dignum sese praebens omnibus, qui in cura animarum laborant. Porro a. 1899 Dr. Joseph Kupka, theologiae pastoralis Brunae professor, publici iuris fecit opus „O mši sv.“ (De s. missae sacrificio), quod materiam huic spectantem omni ex parte illustrat sicque sane haud exigui est manebitque pretii. Adiungimus tandem huic librorum seriei opus professoris Josephi Šauer de Augenburg „Paedagogika“, quod a. 1897 editum est, auctorem prodens in rebus paedagogicis optime versatum.

In excolenda theologia dogmatica initium factum est a. 1867 publicatione bohémicae versionis catechismi iussu concilii Tridentini editi, quam versionem Joannes Herčík procuravit: qui catechismus sub titulo „Katechismus z nařízení sněmu Tridentského k pastýřům duchovním“ (pag. 602) prodiit dirigente V. Zikmund. Secutum est a. 1875 celeberrimum opus „Učení Mistra Jana Husi. na základě latinských i českých spisův jeho, jakož i odsouzení Husovo na sněmu kostnickém“ (Doctrina magistri Joannis Hus, ex latinis ac bohémicis eiusdem scriptis hausta, nec non magistri Hus in concilio Constantiensi damnatio, pag. 361). Auctor operis, Dr. Antonius Lenz, olim theologiae dogmaticae in seminario Bohemo-Budvicensi professor, serius praepositus collegiati capituli Vyšehradensis Pragae, optimam doctrinae Joannis Hus cognitionem habuit, cum sane huic labori omnes vires suas totumque ingenium suum dicavit, explorandae doctrinae Hussitarum, Wiklefi aliarumque sectarum, quae tunc temporis erant in flore, omnem navans operam. Quam ob rem liber hic cupiam, qui magistri Hus vitam cognoscere eiusque activitatem intelligere in votis habet, omnino

est necessarius. Ab eodem auctore a. 1882 edita est „Anthropologie katolická“ (Anthropologia catholica, pag. 644), quae revera bonum dici meretur opus, partes theologiae dogmaticae illustrans.

E theologia morali unicum usquemodo publicavit „Haereditas s. Procopii“ librum, cum sel., qui inscribitur „Katolická mravověda“ (Scientia moralis catholica, pag. 642), auctorem habens Drem. Joannem Nep. Štárek, olim theologiae in seminario Reginae-Hradecensi professorem; opus hoc, a. 1884 dirigentibus Dr. Rup. Smolík et Dr. Francisco Krásl editum, grato animo a „Haereditatis“ sociis acceptum est.

Enumerationis publicationum „Haereditatis s. Procopii“ finem constituent libri agumentii philosophici. Quatuor iam adsunt. Primus prodiit a. 1885 sub titulo „Rozbor filosofie sv. Tomáše Akvinského“ (Philosophiae s. Thomae Aquinatis analysis, pag. 358), auctore prof. Dr. Venceslao Hlavatý, opus absque dubio valde bonum ac utile, cui apte praemissa est encyclica Leonis PP. XIII. „Aeterni Patris“ de philosophia christiana. Sequitur a. 1887 libellus „Sv. Tomáše Akvinského spisek ‚O hyti a bytnosti‘ a J. Eminenci sv. Ř. C. knížete kardinála Josefa Pecciho „Výklad vlašský“ (S. Thomae Aquinatis opusculum „De ente et essentia“ et Josephi Cardinalis Pecci „Explicatio itala“, pag. LXXXIX et 168), quod opus in linguam bohemicam transtulerunt P. Joannes Bapt. Votka S. J. et prof. Venceslaus Vojáček. Eodem anno 1887 in lucem prodiit liber „Logika formálná“ (Logica formalis, pag. 176), exarata a Ph. Dr. Eugenio Kaděrávek, olim Olomucii dein Praegae philosophiae christianae in c. r. facultate theologiae professore, et tandem a. 1894 eiusdem auctoris „Psychologie“ (pag. 388): utrumque opus omni laude et attentione dignum est.

Ut in publicationum „Haereditatis s. Procopii“ enumeratione ne unica quidem omittatur, commemorandum est, a. 1878 ab eadem editum esse „Generalem indicem rerum, quae in „Publicatione periodica cleri catholici bohemicii“ ab a. 1828—1878 continentur“ („Jenerální rejstřík věčný „Časopisu katolického duchovenstva“ od r. 1828—1878, pag. 152), auctoribus Dr. Clem. Borový et prof. Joanne Ježek.

Ex iis, quae dicta sunt, patet, „Haereditatem Procopii“ in excolenda litteratura theologia lingua bohemica maxima sibi comperasse merita atque primas inter similes societates tenere partes. Quadraginta et sex edidit iam libros, qui scientias biblicas, historiam, patrologiam, theologiam dogmaticam et pastoraalem, artem christianam, philosophiam felici cum successu tractant. Quis ergo est, qui — theologiae sacrae fautor et amicus — eidem meritas denegare velit gratias?

Dr. Jos. Tumpach.

Prof. Dr. Alois Musil: **Od stvořeni do potopy (A creatione ad diluvium)**. Vzdělavací knihovny katolické sv. XXXVI. Praegae 1905, p. 176.

Prof. Musil, regionum moabitarum, edomiticarum et Arabiae septentrionalis explorator celeberrimus, disserit in opere hoc de iis Veteris Testamenti quaestionibus summi momenti, quae ad epocam primitivam spectant. Dissertationes enim instituit: 1. De ecclesia et s. Scriptura; 2. de tempore creationis mundi; 3. de cosmogonia biblica;

4. de creatione hominis: 5. de situ paradisi: 6. de origine deorum gentilium: 7. de creatione mundi iuxta Babylonios: 8. de creatione hominis iuxta Babylonios: 9. de Babyloniorum conceptu mundi; 10. de eorundem narrationibus de paradiso; 11. de lapsu protoparentum; 12. de redemptione: 13. de hebdomada veterum orientalium; 14. quomodo conservata sit traditio de antiquissimis hominum eventis: 15. de Benê Adam et de Benê Elohim: 16. de genealogiis Arabum et de genealogiis biblicis: 17. de iis, quae diluvium immediate praecesserunt; 18. num aquae diluvii totam terram operuerint; 19. num omnes homines in diluvio perierint: 20. quomodo conservata sit traditio de diluvio: 21. de baby Ionica narratione de diluvio: 22. de iis, quae diluvium secuta sunt.

Quia auctor clarissimus non solum lectores doctos prae oculis habet, sed etiam omnes illos, qui in huiusmodi rebus non sunt versati, non est mirum, si argumentum suum non semper omni ex parte pertractet, sed tantum res summas attingat. Omnino recte doctissimus vir asserit, Scripturam tam de rebus naturalibus quam de historicis modum loquendi popularem adhibere. Problemata exegetica optime sunt ei nota, et haud pauca affert ad eorum solutionem, inter quae summi pretii ea sunt, quae auctor ipse cum Arabibus degens expertus est.

In praefatione sua auctor promittit, se simili modo etiam reliquas partes Veteris Testamenti tractaturum esse, id quod grati accipimus, quia ex eius generis dissertationibus magnas utilitates capere poterimus.

Friburgi Helv.

Dr. V. Zapletal, O. P.

BOHEMO-SLOVACICA.

Slovenské Pohl'ady. Časopis zábavno-poučný. Red. Josef Škultéty XXV., 1905, 1. a 2. Turčiansky Sv Martin.

Haecc' periodica publicatio ad conservativas in Slovenia pertinet. Tota sua indole fines fere exclusive profanos prosequitur, si excipias eius polemicam anno praeterito cum alia slovenica publicatione periodica »Hlas«, in qua pantheistico-materialistica placita propagabantur, quae supra laudata publicatio refutabat et cum entusiasmo fidem in Deum defendebat.

BULGARICA.

Publicationes periodicae theologicae et ecclesiasticae. M. Karavelov a. 1901 in „sobranie“ bulgarico declaravit, „clerum bulgaricum esse massam ignorantium“. Varia sunt, quae ostendunt, hocce effatum non esse nimis exaggeratum. Quamdiu Bulgaria quoad res ecclesiasticas patriarchatui Constantinopolitano subiecta erat (usque ad a. 1870), tota hierarchia erat graeca, sacerdotes bulgarici vero ad studia theologica sublimiora non admittebantur. Cum Bulgaria a iugo Turcarum liberata esset, gubernium civile res ecclesiasticas sibi subiecit, similiter ac in Russia „s. synodum“ tanquam potestatem ecclesiasticam supremam instituens. Gubernium civile omnia, quae ad studia theologica, eruditionem et educationem clericorum spectant, sibi reservavit, nec de eruditione clericorum nimis sollicitum erat. Cum classis eruditorum et partim etiam populus Bulgarorum indifferentismo religioso indulgeat, numerus sacer-

dotum relative exiguus est. Rebus sic stantibus nec scientia theologica florere potest. Libri theologici scientifici a Bulgaris conscripti fere nulli existunt; tota litteratura bulgarica theologica fere solum versionibus librorum russicorum constat. „Litterae bulgaricae theologico-philosophicae in tristissimis conditionibus versantur. Inveniebantur revera nonnulli, qui has quaestiones tractare conati sunt, sed a nemine sufficienter adiuti continuerunt. Eadem ex causa etiam folia theologico-philosophica „Věra i Razum“, „Hristianski učitel“, „Religiozni razkazi“ e. a. interierunt“ („Cърkoven Věstnik“ 1905, pg. 71).

Nunc apud Bulgaros sequentes publicationes periodicae res theologicas et ecclesiasticas tractantes existunt:

„Světnik“, publicatio officialis exarchatus bulgarici (Sophia).

„Pravoslaven misioner“, publicatio menstrua „scientifico-spiritualis“. Prodit in urbe Sliven: pro terris exteris 4 fr. per annum.

„Blagověstitel“, folium (menstruum) „religioso-morale et ecclesiastico-socialē“. Prodit in T. Pazardžik: 3.50 fr. per annum.

„Cърkoven Věstnik“, de quo inferius.

Praeterea etiam periodica scientifica profana res theologicas hic inde tractant, praesertim quaestiones ecclesiastico-historicas et apologetico-philosophicas: inter quae praecipua sunt „Zadružen Trud“ et „Periodičesko Spisanje“, quae ceterum prae omnibus publicationibus bulgaricis excellunt.

„Cърkoven Věstnik“, folium hebdomadarium; prodit Sophiae, pretio 12 fr. (extra Bulgariam) per annum. — Folium hoc, ut videtur, amplissimum et nobilissimum est omnium bulgaricorum theologico-ecclesiasticorum. Characterem et indolem omnino similem habet ac russicum folium »Cerkovnyj Věstnik«. Nihilominus etiam hoc folium tōto caractere suo ostendit, statum litterarum theologiarum apud Bulgaros revera esse tristem. In capite singulorum fasciculorum afferuntur breves elucubrationes, quaestiones actuales (politicas, sociales, religiosas) attingentes (sed fere omnes auctore non subscripto). Tractatus characterem scientificum prae se ferentes raro occurrunt et rarissime pleno auctoris nomine subscribuntur; pars bibliographica et critica pauca notatu digna affert. »Epistolae ex occidente« res ecclesiastico-politicas breviter et obiter, sed sat objective tractant. »Conceptus ecclesiasticus« in calce uniuscuiusque fasciculi accurate de statu ecclesiae bulgaricae refert, tamen multa praebere non potest, cum vita ecclesiastica in Bulgaria non floreat; de ecclesiis aliis pauca praebet, saepissime modo enthusiastico de ecclesia russica et de Russia »liberatrice Bulgarorum« narrat, qua in re nimis quaestionibus politicis se immiscet, quod ad tale folium nec pertinet nec eius valorem auget.

In numeris 1—11 1905 huius folii haec inveniuntur notatu digna: G Novi reformatorski stremeži (Novi conatus reformatorii) pg. 73—75. Periculosissimae illae recentis aetatis ideae iam apud Bulgaros radices agunt, quod anonymus G. hocce articulo cum moerore ostendit. Etenim sunt, qui doctrinam ecclesiae orthodoxae resultatis scientificis accomodandam esse dicunt, ad quem finem assequendum quidquid in ecclesiae doctrina characterem dogmaticum prae se ferat removendum esse, in scholis vero historicam tantum religionis christianae evolutionem tradendam esse. Reformatores conatus suos eo comprobare conantur, quod ubique progressus cernitur, ergo, ita concludunt, neque religio in eodem statu manere potest. Dicunt porro, sacerdotibus in studenda theologia plenam libertatem relinquendam esse, superioribusque (episcopis) studia sacerdotum dirigere minime licere. At bene

auctor advertit horum conatum finem alium non esse nisi religionis christianae perniciem atque adversus Bulgarorum gentem crimen pessimum. — D. M.: Utěitelno broženie meždu bulgarskitě rimokatolici (De consolabili inter bulgaricos romano-catholicos motu) pg. 100—102. Prius catholicos territorii Mikopolensis et Svištovensis animo bulgarico non abundasse: libros bulgaricos non lectos esse nec cantica bulgarica audiri potuisse, catholicos fratres suos orthodoxos odio habuisse, sed hodie iam omnia mutata esse, cum laetitia D. M. contestatur. Unicum adhuc desiderium habet, ut etiam Bulgari-catholici loco latinae in lingua bulgarica precibus Deum colere possint, ergo loco ‚Pater noster‘ ‚Otče naš‘ etc. recitare possint, sed intelligitur, — ita auctor — hoc eatenus tantum fieri posse, quatenus Sedes apostolica concedere potest, quae certe id, quod aliis nationibus concessit, etiam Bulgaris concessura est. Concludit, sustentationi sacerdotum catholicorum eodem modo ac parochorum orthodoxorum providendum esse (hucusque catholici sacerdotes decimas accipiebant).

De Bulgaris catholicis cum magno scientifico apparatu agit dissertatio „Bulgaritě katolici vь Svištovsko i těhnata čerkovna borba (de Bulgaris catholicis in Svištovsko eorumque contentione ecclesiastica)“ auctore dr. A. Teodorov (Lětopis na bulgarskoto knižovno družestvo II. 1900—1901. — Sophiae 1902. pag. 99—207). Auctor demonstrat hodiernos catholicos conversos esse ex veteri haeresi paulicano-bogomiliana (Patareni) pg. 108—114: religionem catholicam nunquam fuisse religionem status bulgarici (dържавна věra) pg. 114 sqq; hanc conversionem coepisse post annum 1565 (Missionarius fra Petrus Solinat O. F. M.) pg. 123 sqq.; cfr. E. Fermendžija: Acta Bulgariae eccl., Zagrabiae 1887. Similiter ac elucubratio super laudata etiam dr. Teodorov tractans de contentione Bulgarorum-catholicorum pro adipiscendo sacerdotio nationali (pg. 174 sqq) desiderat, ut patriae amor inter catholicos crescat, quod secundum indicia temporis recentioris sperari possit. gubernio civili tolerantiam erga catholicos commendat desideratque, ut catholicorum tendentiae nationales (praesertim ut obtineant sacerdotes natione Bulgaros) a gubernio adiuventur et iuvenes catholici bulg. in seminaria slavica romano-catholica educationis causa mittantur (pg. 206).

De eadem re scientifice tractat Dr. L. Miletič, Našitě Pavlikjani (Nostri Paulikani) in „Sbornik za narodni umotvorenija, nauka i knjižnina. Izdava Bulgarskoto knižovno družestvo“ pg. 1—369, Sofija 1903.

G. R.

CROATICA.

Hrvatska Straža. Red. Dr. Ante Alfreviđ. Veglae. God. III. svaz. I. — Sloboda umjetničkog stvaranja (Libertas productionis artificiosae). — Istok i Zapad. V. Rusi (Oriens et occident. V. Russi). Auctor e multis documentis historicis et auctoribus hac in quaestione versatissimis culturam et characterem ecclesiae russicae lectoribus describit. Quae ecclesia potestati imperatorum subjacens, quorum libidines et crudelitates describuntur, non potest nisi in deterius converti. Clerus de nobili statu suo minus edoctus atque ad nutritionem populo sibi concredito suppeditandam minus eruditus delapsus est in infelicem formalismum, qui onus intolerabile et mater tam multarum sectarum evasit. Ex intimo nexu inter ecclesiam hanc atque rem publicam prodit gravissimum odium contra eos, qui sibi aliam confessionem elegerant. Praeprimis catholici, de quibus permultae

fabulae atque praesumptiones etiam inter eruditos circumferuntur, tanquam acerbissimi contrarii caesaropapismi assignantur atque omnibus licitis illicitisque mediis ad ecclesiam russicam perducendi putantur. Denique in specie describitur status miserrimus catholicorum polonicorum in Russia. Tractatus scriptus est eum in finem, ut tristissimas condiciones ecclesiae russicae depingeret nobisque clarum intuitum vitae internae ecclesiae huius praeberet (Exoptandum quidem esset, ne tali modo status Orientis populo describeretur nimis inimicae praesumptionis exoriendae causa contra Russos). — Nova estetica evolutionizma (Nova aethetica evolutionismi). — Katolici — inferiorna rasa? (Catholici — inferior rasa?). — U znaku kršćanske demokracije (De signo democratismi christiani). — Reminiscencije hrvatskog spiritista (Reminiscenciae spiritistae croatici). — Relatio de croatica versione magni momenti libri dr. I. Marković »Gli Slavi e gli Papi« (»Slaveni i Pape napisao dr. Ivan Marković, preveo s talianskog O. Petar Perković. Zagreb, Dionička Tiskara 1903—4). K—ý (O.).

LUSATICO-SORABICA.

Gens Slavorum ad Albim olim viventium in fluctibus maris Germanici demersa est, servatis solummodo ruinis. Quae reliquiae Sorabi Lusatici sen Venedi a Germanis dicti (bohemice Lužičtí Srbové, vendice Serbja) sunt. Reformatio infausta maximam partem Soraborum Lusaticorum germanisavit. Sorabi revera infelices dici possunt, quia non solum in duas confessiones, sed etiam in duas dialectos divisi sunt et in duabus terris vivunt. Sorabi superioris Lusatae secundum subtilem privatam statisticam dris. Ernesti Muka anno 1880—84 in Saxonia 56.354, in Borussia autem 37.303, omnino 93.657 numerum efficiunt: Sorabi inferioris Lusatae autem 72.410 animas habent: summatim Soraborum utriusque Lusatae numerus 166.067 esse videtur. Extra territorium hoc natio haec numero circiter 10.000 invenitur; omnium Soraborum numerus igitur 175.969 statuitur.

Ex quibus tantummodo circiter 12.000 Soraborum superioris Lusatae catholicae fidei adhaerent, cum omnes alii protestantes sint, confessionem augsburgicam sequentes. Centrum Soraborum superioris Lusatae est Budyšin, oppidum quidem germanicum, sed Sorabis non nocens, in quo domum nationalem (Serbski mačićny dom) et ecclesiam sorabica (serbska cyrkej) ad S. Mariam Virginem possident.

Quia sacerdotes catholici deerant, Martinus et Georgius Šimon, fratres, anno 1706 seminarium vendicum (bohemice: lužický seminář, vendice: serbski seminar) Pragae Bohemorum educationis sacerdotum Lusaticorum causa suis sumptibus condiderunt. Seminarium hoc usque ad nostra tempora viget et multos optimos sacerdotes, bene meritos de ecclesia et natione sorabica, excoluit. Qui sacerdotes linguam bohemicam bene callent et nationi suae, sicuti iustum est, adhaerent.

Capitulum Budissinense tria membra numerat, et quidem decanum, canonicum seniore et scholasticum. Munere decani episcopus Dr. Ludovicus Wahl nomine tantum, non autem revera fungitur, quia a longiori tempore aegrotat. Munus episcopale in dioecesi Budissinensi ac Dresdensi qua vicarius apostolicus et administrator ecclesiasticus Dr. Georgius Lusčanski implet. Jurij Lusčanski natus est die 8. no-

venbris 1839, studiis omnibus optimo eventu vacavit et die 22. septembris 1866 ordinatus est. Sicuti capellanus Ralbicii quinque annos devixit, dein anno 1871 capellanus sorabicus Budissinensis factus et anno 1877 seminarii vendici Pragae praeses electus est. in quo honorabili munere totam generationem cleri saxonici optime educavit. Michaelē Hórník, canonico et duce nationis sorabicae optime merito mortuo anno 1894 in urbem Budissinensem reversus est, ut canonicatum scholasticum capituli s. Petri obtineret. Quia rex Saxoniae piaē memoriae administratorem dioecesium nominatarum fidelissimum, piū et studiosissimum habere volebat et Georgium sicuti virum talem noverat, elegit eum vicarium apostolicum regni Saxoniae 1. januarii 1904, consensu s. apostolicae sedis adhibito. In festo s. Josephi Vratislavii ab eminentissimo cardinale Kopp in praesentia reverendissimorum episcoporum Krásl et Frind episcopus ordinatus est. Qui origine et animo Sorabus semper pietati et nationalitati sorabicae servandae operam dedit. Catechismum idiomate sorabico eddidit. Novum Testamentum (Nowy Zakoń) in linguam maternam vertit et alia scripta in lucem edidit. Curiositatem europaeicam hac occasione adducimus: Georgius Lusčanski, quando episcopus nondum erat, potestatem sacramentum s. confirmationis conferendi habuit, quod certissime in Europa rarissime evenit.

Die 23. februarii anni currentis canonicus scholasticus *Jacobus Skala*, Sorabus et bohemicae nationis magnus amicus, priori tempore diuturnus redactor ephemeridis catholici sorabici, ab R. episcopo Dr. Lusčanski nominatus est, qui absentem decanum et episcopum substitueret. Canonicatum scholasticum *Franciscus Löbmann*, director seminarii ludimagistrorum, obtinuit.

Organisationis librorum sorabitorum catholicorum edendorum causa auctore praecipuo Michaelē Hórník anno 1863 Unio ss. Cyrilli et Methodii (Towaństwo ss. Cyrilla a Methodija) instituta est.

Praecipuum opus huius unionis erat editio mensilis organi, quod nomen sibi dedit „Katholski Posoľ, cyrkwinski časopis, wudawany wot towaństwa SS. Cyrilla a Methodija w Budyšinje“. Redigebat eum Michael Hórník, Georgius Lusčanski, Michael Róla, Jacobus Skala, Nicolaus Andricki et nunc temporis Nikolaus Žur, parochus ecclesiae sorabicae Budissinensis. „Katholski Posoľ“ (Nuntius catholicus) iam XLIII. annum inchoavit et e periodico mensili post multa discrimina rerum omni hebdomade editur atque in omni numero articulos quaestiones catholicas spectantes, epistulas de Lusatia et Saxonia, res politicas totius mundi et varia populari modo lectoribus suis praebere consuevit.

„Messis quidem multa, operarii autem pauci“, de vinea Domini in Lusatia ac de scriptoribus dicere possumus.

„Katholski Posoľ“ et omnia scripta catholica orthographia sic dicta catholica, quam Michael Hórník secundum fracturam germanicam linguae slavicae accomodavit, componuntur.

Protestantes aliam, sic dictam evangelicam orthographiam, quae fracturae germanicae sicut ovum ovo similis est, habent.

Attamen adhuc tertia orthographia adest, sic nominata analogica, quae latinis litteris secundum orthographiam partim bohemicam, partim polonicam accommodata est; quae optima nobis videtur et talis etiam ab aliis Slavis ac primis Lusatiae filiis proclamata est. Et omnes conatus horum virorum patriam amantium in hoc vertuntur, ut orthographia analogica etiam in scholis et in populo radicetur.

In scholis Lusaticis solummodo religio et ars legendi linguâ sorabicâ in Saxonia traditur; cetera germanicâ linguâ docentur.

Quia autem scholae in Saxonia confessionales sunt, ludimagistri in scholis catholicis optimo animo religioso liberos educant atque unionem efficiunt: „Swobodne Zjednoćenstwo katholskich wučerjow serbskeje Lužicy“ (Ludimagistrorum catholicorum Lusatiae sorabicae unio), quae die 25. januarii 1905 ultimum coetum in Khrósćicy sub praeside Symank habuit.

Protestantes edunt „Serbske Nowiny“ omni hebdomade, „Missionski Posol“ (Missionum nuncius) et alia scripta „Unione litterali evangelica“ duce.

Orthographiâ analogicâ una vice per mensem exit „Lužica“ (Lusatia) Phil. Dr. Ernesto Muka et sacerdote Jacobo Bart redigentibus. sumptibus catholici parochi Jacobi Herrmann in Wotrow. „Maćica Serbska“ edit autem „Časopis Maćice Serbskeje“ etiam orthographia analogica. Ambabus in litteris etiam articuli catholicas res spectantes in lucem eduntur.

Franciscus H. Žundálek.

POLONICA.

Wład. Abraham: Powstanie Organizacyi Kościoła Lacińskiego na Rusi. (De origine organisationis ecclesiae latinae in Russia.) Tom I. Kraków 1904.

Liber hic est pars magni partim iam completi, partim complendi operis, quod auctor „Organizacya Kościoła w Polsce“ appellavit. Ut ex titulo patet, narrantur prima fata ecclesiae cath. in Russia, et quidem primo studia ecclesiae ibi radices condendi (Pars I.), deinde historia organisationis latinae usque ad tempus Jagiellonis (Pars II.). Propter perspicuitatem dividemus brevem hanc de opere hoc relationem nostram in tres partes secundum totidem factores politicos in christianisatione gentium Slavorum maxime eminentes.

Primus talis factor erat regnum Byzantinum, quod Slavos adhuc incultos attraxit praeprimis sua excellenti cultura. Nam haec tamquam compositum ex tribus efficacissimis elementis: simplicitate evangeliorum, traditionibus antiquae Helladis et gloria Romae, excellebat magno splendore, cui sincerus spiritus Slavorum resistere non potuit. Propterea hi statim in principio vitae suae historicae tam firmum vinculum religiosum et politicum cum Graecis inierunt, ut neque conversationes principissae Olgae (circ. a. 960) cum Occidente, neque praesentia latini archiepiscopi Brunonis de Querfurt in sede Wladimiri, neque conamina legatorum Romanorum, qui post excommunicationem Michaëlis Caerularii in Russiam venerunt, coniunctionem eius religiosam cum Roma servaturi,

illud solvere potuerint. Graeci sacerdotes et metropolitae summa cum diligentia invidiam erga Romam propagaverunt affirmantes fidem catholicam esse per Germanos, qui Romam occupaverant, falsatam et effecerunt tandem, praepriis merito Kijoviensis metropolitae Nicefori, ut princeps Svjatopolk Izaslavič a. 1104. omnem nexum cum Roma tolleret.

Interea studebat etiam regnum occidentale ex parte opposita propagationem religionis christianae inter Slavos accelerare, eo magis, quod tamquam succedens imperio Romano, corona Carolo M. Romae imposita, munus custodis et defensoris totius mundi christiani acceperat. Sed munus hoc sublime totaliter implere non poterat; nam cultura eius inferior erat cultura Graeca; deinde vis, per quam Slavos in religionem christianam convertere solebat, et finis politicus, quem cum fine religioso coniungebat, frustraverunt spem Romae in Carolo M. positam. Hoc bene notum est ex historia baptismationis Slavorum ad Baltum degentium et praepriis ex propagatione fidei nostrae inter Litphanos, ubi Ordo Teutonicus tristissimum in historia christiana nomen sibi meruit. Ut enim terram Litphanorum imperio suo subiiceret, non dubitabat se cum Litphanis ipsis contra Casimirum M. coniungere, qui eos punire volebat, cum promissa sua Pontifici data non implevissent.

Non est propterea mirandum, quod talis per vim et dolum peractus modus hac in re impediabat etiam labores et desideria tertii factoris, qui est Sedes apostolica. Pontifices Romani valorem suum in crescentem ecclesiam russicam iam tempore Vladimiri M. omnibus mediis adhibitis confortare studebant, nepotem Vladimiri, Izaslavum, Kijovia expulsum adiuverant et alios quoque principes Slavorum, qui ad unionem inclinabant, beneficiis affecerunt. Sic ex. gr. Danieli, principi Russiae Rubrae, Innocentius IV. praeter alia bona materialia a. 1253 coronam regiam donavit, quia unionem cum ecclesia cath. inierat. A. 1317 exhortatus est iterum Joannes XXII. epistolâ duces Ruthenorum, Andream et Leonem, ut se cum Roma coniungerent. Idem scripsit pontifex etiam Gedymino. Et Kjejstuto, cum a. 1349 in Strava devictus fidem cath. accipere pollicitus esset, Clemens VI. statim auxilium et coronam promisit.

Cum hac diplomatica operatione Pontificum artissime connexi erant labores ordinum praepriis praedicantium, sicuti erat ordo Dominicanorum et Franciscanorum. Ille introductus erat in Poloniam a. 1228 eum in finem, ut missiones in Russia curaret. Monachis autem claustris latini, quod a. 1222 Jazecho Odrowonziensis Kijoviae condiderat, a Vladimiro Rurikovič a. 1233 expulsis, consederunt Dominicani in Russia Rubra et utentes privilegiis a Gregorio IX., Innocentio IV. et Alexandro IV. acceptis excellentissime fidem propagabant. Ordo Franciscanus a. 1237 in Polonia conditus crescente influxu suo usque in sedem principum Litphanorum venit, ubi excelluit tamquam intercessor inter Gedyminum et Joannem XXII.

Melioris organisationis causa condebant Pontifices in regionibus ad religionem cath. conversis varia centra administrativa, uti episcopatus cathedrales, titulares, missionarios et alia. Magnus auxiliator eorum hac in re erat rex Casimirus M., qui clementia sua corda omnium,

etiam schismaticorum, sibi conciliavit et ita viam propagationi latinae praeparavit. Impletionem desiderii sui autem non vidit, quia mortuus est a. 1372 et demum post tres annos edita est a Gregorio XI. bulla decernens erectionem cathedrae metropolitanae in urbe Halicz et independentiam ecclesiae Galiciensis.

Certe magnus est valor scientificus libri pertractati in historia initiorum religionis christianae inter gentes Slavorum. Continet enim multa nova ex optimis fontibus hausta, praepriis ex epistolis Pontificum in bibliotheca Vaticana ab auctore ipso repertis, ostenditque nobis antiquas inter Romanam et Russiam conversationes, quae nostris temporibus iterum appetuntur.

G—j— (O.)

Przegląd powszechny. Red. ks. Jan Pawelski T. J. Kraków. XXII, 3 et 4. Ks. J. Rostworowski: Z nowych kierunków myśli katolickiej. Na tle broszury prof. M. Zdziechowskiego »Pestis perniciosissima.« De novis viis ideae catholicae. Critico-polemica disquisitio libelli professoris M. Zdziechowski »Pestis perniciosissima« intitulati. — Dr. Korneli Heck: Spór o »Bogurodzicę.« Controversia de cantico »Bogurodzicę«; dr. Heck demonstrare conatur, antiquissimum hoc canticum polonicum (»primum arte factum opus polonicum«) quoad primas duas strophas exortum esse Gnesnae medio saec. XIV, quum tamen dr. Brückner canticum illud in Polonia Minori circa a. 1280 exortum esse contendat. — E criticis recensionibus mentionem meretur recensio, quam ks. Jan Urban scripsit de libro »Dr. Georgius B. Matulewicz: Doctrina Russorum de statu iustitiae originalis. Cracoviae 1903.«

Przegląd kościelny. Red. X. Stanisław Okoniewski. Poznań. IV, 2. X. Dr. Stanisław Trzeciak: Chrystus Pan a współczesni mu ludzie. Christus atque homines qui eadem aetate vivebant. — X. Jan Wiśniewski: O misyach i rekolekcyach ludowych. De missionibus atque recollectionibus popularibus.

RUSSICA.

Кондаковъ Н. П., Археологическое путешествие по Сирии и Палестинѣ. Съ 78 рисунками въ текстѣ и 72 отдѣльными таблицами. Изданіе Императорской Академіи Наукъ. Санктпетербургъ 1904. Текстъ 308 стр. Pretium: 6 Rub. vel 15 marchae. (**Iter archaeologicum per Syriam et Palaestinam.**)

Liber praebet laborem bene deliberatum. Delineat fructus scienti-
ficae expeditionis susceptae fovente caesarea societate russico-palaesticensi (orthodoxa) annis 1891 et 1892. Auctor operis iter suscepit simul cum duobus eruditissimis magistris, A. Olesnickij et J. Smirnov, cum duobus pictoribus et magistro imaginum luce productarum (photographo).

Iter duxit eos a littore Mediterraneo, Beryto per locum Baalbek Damascus, exinde versus regionem Hauran in terra Transjordanensi, ubi visitarunt praepriis vestigia Rabbat-Ammon; trajecto Jordane studiis se dederunt Jerichunte et postremo Hierosolymis.

Cum in Syria et Palaestina permulta adhuc inexplorata remaneant, quivis magister archaeologiae studio serio prodesse potest. Opus Kondakov praecellit plures similes expositiones magnificis et fidelibus

tabulis, quae clare et vivide singula objecta artis Orientalis ante oculos lectoris ponunt. Importancia hujus libri crescit, dum conducit lectorem in regiones, communiter minus pervias, uti in Hauran et trans Jordanem.

Speciali prooemio de antiqua et antiquissima arte effectiva in Oriente et de ejusdem in Occidentem influxu inducit Kondakov lectorem in materiam libri.

Ad explicandas aequalitates vel similitudines ornamentorum in ecclesiis antiquis adhibet comparationes cum basilica Chersonesi (proxima Sebastopoli), nominata a viro Uvarov, provocat ad celeberrima opera de artibus effectivis Orientis, uti sunt opera Strzygowski (Orient und Rom), Riegel (Die spätrömische Kunstindustrie 1901 et ejusdem Stilfragen, 1893).

In introductione elucidat formas capiteli orientalis, quae exhibent imagines texturae tessulatae, dein vero praeprimis imitationes folii plantae „acanthus spinosus“ (paznehtník bodlavý). Explicat originem hujus ornamenti pluribus imaginibus desumptis e capitelis columnarum moscheae Omari, el-Aksa, Davidis domus, aureae portae Hierosolymis. Descriptio singulorum monumentorum urbis Sanctae praeclare proposita respectu archeologiae occupat majorem partem libri (pag. 143—271).

Pauca referuntur de objectis Constantinopoli asservatis (in palatio, in museo Činili-Kiosk, in porticu monasterii); mentio fit monumentorum christianorum montis Athos, basilicae in vicinitate Ečmiadzin a. 1902 inventae (descriptio hujus occurrit in itinerario per Asiam centralem et Caucasum a. 1904 in periodico „Vlast“ publicato). Imaginem in rupe vallis Wadi-l-Habîs (eremitae) coelatam putat esse monumentum Sassanidarum; feminam ibi figuratam Symbolum Syriae(?).

De ruinis loci Baalbek (Heliopolis) disquisitio locupletior et instructiva fit, item de moschea Omajjadorum Damasci.

In regione Hauran visitarunt ruinas loci Sanamen, ubi et templum *Τύχης* (Sortis felicitis et felicitatis) stabat; prosequabantur iter ad amplas ruinas Ezra, ubi rotundum aedificium templi martyris Georgii et aliud Eliae extraordinariam investigationem provocat. In loco Saccaea (Šakka) basilica, ruinae monasterii, in vico el-Chit, Kenawat, Atil et Bosra christiana monumenta et vestigia paganorum magno numero inveniuntur.

Per Pellam (urbs nota e temporibus obsidionis Hierosolymorum) pervenerunt ad Gerasam, ubi sex basilicae memoriam gloriosi christiani temporis praedicant; monumenta et reliquiae earum in opere hoc sollicite depinguntur.

Arak-el-Emir, ubi Joannes Hyrcanus palatium sibi extruxit, ubi et antiquissima inscriptio litteris quadratis facta inventa est (a. 176 a. Chr.), praebuit in ruinis, in necropoli et in cavernis pauca, magis vero importans fuit studium in loco Rabbath Ammon, famosa capitali Ammonitarum, ornata a Ptolemaeo Philadelpho (285—247 a. Chr.) nomine Philadelpiae. Ruinae ejus nil praebent e temporibus Romanum aevum praecedentibus.

Postquam notum fecit auctor lectori laborem societatis russico-palaestiniensis Jerichunte praestitam, amplius describit antiquitates Hierosolymorum et basilicae Sancti Sepulcri.

Catalogus thesauri ejusdem templi exhibet evangelia graeca e saec. XII. et al., nec non singulas res ad liturgicum usum destinatas. Simili modo et bibliotheca patriarchalis et thesaurus patriarchae Armenorum describuntur.

In appendice refertur de repraesentatione crucis in arte christiana et de repraesentatione crucifixi. Crux simplex occurrit in sarcophagis et alibi jam saec. III. Imago crucifixi in cruce potest certe demonstrari demum ex imagine saeculi VI. et VII.

Litterae vocis *Χριστός*, nempe Chi et Rho (temporis Constantini), occurrunt in argenteo nummo Valentis (364—375) in labaro vel vexillo caesareo (☩). Pars Signi hujus ☩ significat in nummis Herodis I. (37—4 a. Chr.) vocem *τοίχαίλων*. In monetis Phrygiae et Lydiae utebantur signo ☩ quâ abbreviatione vocis *ἄροχοντος* (British Museum, *Early Christian and Byzantin Antiquities*).

Opus Kondakov studet materiis, quae jam prius a compluribus aliis modo diligenti tractabantur. Quia hic auctor lucide, pluribus argumentis fretus, sententias suas perspicaces facit, laudandus est et cuius Orientalis artis et archaeologiae christianae studioso opus ejus commendandum est.

Dr. Jar. Sedláček.

М. О. Кержоловичъ, Миръ таинственныхъ явленій. Издание второе. С. Петербургъ. 1904. (*Veržbolovič, De mundo rerum arcanorum*. Ed. alt. Petropoli 1904.)

Hic liber selecta phaenomena complectitur, quae communi voce (quantum viribus humanis sunt explicanda) a Vl. Solov'ev, inclutissimo philosopho, psychurgica appellata sunt. Eorum vim in variis theologiae quaestionibus Russi bene cognoverunt. Nominare hic placet librum A. Šiltov, „Sensus de Deo homine“, anno superiore tertio editum, et caput eius accuratissimum de resurrectione Domini (p. 30—69). Veržbolovič argumentum libri hac ratione disposuit: 1^o de divinationibus narrat (de praesagiis, somniorum admonitionibus, vaticiniis (clairvoyance): 2^o de phaenomenis telepathicis; 3^o de disciplina magica; 4^o de domibus inquietatis. Suis locis addit explicationes factorum hucusque propositas et quamquam nihil ipse disceptat, nisi quod vitia quaedam opinionum ostendit, tamen persuasum habet non posse omnes illas res repeti a causis, quae supra hominem sint.

In universum aestimanti exempla optime collecta sunt. Praecipua laude dignum est, quod „experimentis“ spiritisticis diffidebat. Solov'ev (in commentariis Quaestiones philosophicae et psycholog. 1894, p. spec. p. 436) ostendit bene, ea in illis condicionibus, in quibus fieri soleant, carere omnino vi verorum experimentorum; idem addidit, qua ratione condiciones statuendae essent.

Š.

Г. А. Котляревскій, Ламеннэ и новѣйшіи католицизмъ. Москва, 1904. S. A. Kotljarevskij, Lamennais et recentior catholicismus. Moscovia, 1904. Pag. 627.

Liber multo plura continet quam solam biographiam sacerdotis, qui in studio suo Ecclesiam cum novo temporis genio conciliandi, justos licitosque limites egressus, apostata a recta fide factus est. Philosophia de Lamennais (1782—1854), ejus sententiae religiosae, politicae, sociales magis nempe cum universali Galliae statu ecclesiastico, politico ac sociali cohaerent, quam ut absque eiusdem status accurata descriptione possint intelligi. Hanc ob rem auctor apte cum biographia de Lamennais historiam recentioris catholicismi iunxit, in qua non solum ostendit, quomodo nova rerum post magnam Revolutionem conditio evolutionem Lamennaisii idearum formarit, sed etiam, quomodo vice versa ideae de Lamennais in actatē suam atque in posteriorem catholicismi progressum tam intra quam extra Galliae fines vim suam exercuerint.

Tempore sic dictae Restaurationis in Gallia (initio saec. XIX.), tristis conditio Ecclesiae organicis articulis subjectae ac sub despotica et diffidente potestate saeculari positae, non solum pristini gallicanismi inanitatem oblivioni dedit, sed etiam sinceram in diesque maiorem adhaesionem ad ecclesiastici regiminis centrum genuit, a cuius solius auctoritate cautio et conservatio socialis ac internationalis ordinis sperabatur. Ex tali mentium constitutione orta est idea Lamennaisii de absoluta theocratia romana. Indifferentismi, qui animae mors est, amovendi studiosus certitudinisque criterium quaerens, illud in **COMMUNICONSU** invenit, quem cum Ecclesiae auctoritate identificat. Huic auctoritati, ipsius veritatis absolutismo, secundum Lamennais omnia sunt subjienda, societas, gubernium, legislatio, cultura; ipsi soli plena libertas est adjudicanda. (*Essai sur l'indifférence en matière de la religion*, tom. I. et II., a. 1817 et 1820.)

Romae ejusmodi sententiae benigne acceptae sunt. Cum tamen quam potestas civilis tam episcopi gallicani novos conflictus cum regimine evitare studentes, ideas de Lamennais de absoluta theocratia romana reiecessent, Lamennais novam notionum phasim ingressus est, quae **CATHOLICIS MUS AC LIBERTAS** vocari potest. Liberales catholicismo propiores sunt quam potestas civilis, quae nunquam in catholicam poterit transformari sub fallaci externa specie saecularis tutelae dissimulatur semper subaectio: veritas et coactio sibi hostiles sunt. (*Des progrès de la révolution et de la guerre contre l'Église*, 1829.) Catholicismus libertatem non metuens, catholicismus illuminatus, omnibus quaestionibus atque indigentis novae aetatis consulens, non est possibilis nisi perfecta separatione Ecclesiae ac status. Habeant omnes suam libertatem, quā utatur et Ecclesia eum in finem, ut omnium libertati religionem supponat, sicque omnem libertatem in limitibus ordinis et pacis teneat. Libertas preli, libertas doctrinae, libertas associationis, libertas confessionis, universale ius suffragii, activum et passivum, etc., haec erant tesseræ, quas publicatio periodica *L' Avenir* anno 1830 redactione Lamennaisii vexillo suo inscripsit. Reprobatio quarundam nimiositatum in *L' Avenir* pronuntiarum ex parte Sedis apostolicae (*Enc. Mirari vos*, 15. 8. 1832) novae periodo vitae de Lamennais initium dedit; Lamennais a parte liberali ad nationem se convertens, non libertatem fictam, chartis tantum inscriptam, sed libertatem realem totius generis

humani et prae ceteris classis oppressorum, classis operariorum, desiderat, quos premit dominium opes ac potestatem habentium, necnon plenam totalemque licet pacatam ac progressivam conditionum revolutionem in societate humana, inaugurationem regni iustitiae et solidaritatis. (Les Paroles d'un croyant par un catholique 1834.) Encyclica „Singulari nos“ (1834) in hoc libro illas praesertim paginas condemnat, ubi auctor dissolvere intendit ligamina fidei et oboedientiae, ubi inter singulas partes injicere studet faces seditiois, ubi anarchiam praedicat legumque contemptum, ubi ipsas radices omnis auctoritatis religiosae ac civilis subvertit.

Exinde Lamennais usque ad vitae suae finem (1834—1854) extra Ecclesiam vixit.

Nulli dubio subest, Lamennaisium in pluribus recte iudicasse ac providisse, ideasque Lamennaisii maximam habuisse vim in evolutionem recentioris catholicismi Europae occidentalis. Historia ultimorum decenniorum admirabile morale incrementum auctoritatis apostolicae testatur, ecclesia catholica modis politicae et civilis libertatis de facto se accommodat et non obstante progrediente studio Ecclesiam a statu separandi, indefesse et nova cum energia tam individuaalem quam collectivam vitam dirigit. Et denique illud exemplar perfectae socialis iustitiae ac democratiae, quod finxit Lamennais, nonne resurgit coram oculis nostris in historia catholici socialismi, in historia omnium illarum rerum, quae ab ecclesia catholica actae et institutae erant ad imbecillitates hodiernae societatis sanandas? Sequitur-ne ecclesia testamentum Lamennaisii, sympathiam ac curam suam prae aliis classi operariorum praestans? Oratoriani A. Molien et Duine in libro „Lamennais sa vie, ses idées“ inscripto. (Lyon, 1899) fateri non haesitant, papam Leonem XIII. ecclesiam via per Lamennaisium ratefacta reformare, et Roussel in libro „Lamennais intime“ (1897) contendit, Lamennais hodie certe non haberet ansam Sedi apostolicae neglectioem quoad libertatem et democratiam objiciendi. Certe! Valde tamen a veritate alienum esset, ideas sic dicti modernis catholicismi cum ideis Lamennaisii identificare vel historiam hujus catholicismi tanquam approbationem ideis Lamennaisii addendam explicare. Ecclesia nunquam erat nescia, rationibus ac iudiciis Lamennais multum sani et veri inesse, et procul erat ab ea omnia condemnare, quae Lamennais docuit. Jam vitae Lamennaisii tempore alia expresse alia tacite comprobavit. Ex principiis tamen Lamennaisii per encyclicas reprobatis nunquam erat aliquid in recentioribus quaestionibus novisque officiis solvendis tanquam licitum ab Ecclesia reapprobatum vel receptum. Auctor ceterum sat et sat probus est, ut haec palam confiteatur; nec id ignorat, quod fundamenta idearum, quarum vi Lamennais movebatur, Ecclesiae a diebus ipsius constitutionis non erant ignota. In genere laudari meretur auctoris non solum historiae ecclesiasticae religiosorumque motum Occidentis saec. XIX. egregia peritia, sed etiam irae et studii expertum iudicium in materia tractata. Ipsius subjectiva opinio raro auditur; ubi vero hoc evenit, principia ecclesiae catholicae non negligit. Eo potius vero omnia ab auctore in libro relata testimoniis eorum, qui participes sunt, abun-

danter probantur. Si auctoris intentio erat, uti in prolegomenis notatur, opere suo domi faciliorem reddere intellectionem contemporaneae vitae occidentalis Europae, merito dici potest, auctorem proposito suo optime satisfecisse.

L. Petr.

De Russorum doctrina de moribus. Compositum ab *A. Špaldák* S. J. (Pars reliqua.) Sed evolvamus et cognoscamus Pjatnickii librum. Ne haeremus in capite de natura doctrinae romanae de moribus (p. 63—67), quo certe doleret scriptorem, si ignorantiam suam cognovisset — repetitum — sive ab ipso sive per alios — a depravationibus calumniisque protestanticarum contentionum adversus Romam; neve in capite de Jesuitarum morali pharisaeos et fanaticos redolente (71—73) eiusdem generis eiusdemque originis*) — verum caput de probabilismo (73—74) sine dubio maioris momenti est, quam quod praeteriri possit. Num auctor tutiorismum profiteatur non discimus quidem: certe autem eum a probabilismo abhorrere. hac ratione permotum, quod singularis homo privatus non possit ipse discernere utrum id. quod agit, peccatum sit necne: opus enim esse veritate in natura sita, ab opinionis arbitrio remota; si actionis honestas iudicio privato committatur, a gravibus quoque peccatis excusationem patere. Fusius, non consultius, Barsov hac de re exponit in *Hrist. Čt.* 1902, I. (g. 82 Maj) 648—653. II., 52.

Is probabilismum non esse moralem sed »immoralem« docet. Rectae rationi perspicuum esse moralium quaestionum non posse duplicem aut triplicem esse solutionem; a probabilismo eodem loco haberi opinionem veram ac falsam; atque adeo tolli discrimen inter honestum et inhonestum. —

Quomodo Russi se gerent, miror, cum perturbati dubii fuerint agendumne sit an actio omittenda. Pjatnickij, qui totum caput de »collisione officiorum« (247—250) scripsit, ad nostram quaestionem non respondet, potius negat unquam posse evenire, ut homo christianus dubius sit, quid facere debeat. Cum duo naufragi tabulam unamprehendunt, manifestum esse quid christiani sit, nimirum ut vitam ponat pro altero. Nicanor (p. 120) tres proponit regulas — in locum totius doctrinae nostrae, quae in exemplis exponendis versatur, sufficiens — ad pugnam officiorum, at de nostra aequae tacet quaestione.

In capite de peccatis »mortiferis et non mortiferis« magna apparet obscuritas. Pjatnickij, »Peccatum, inquit, mortiferum est, si quis manifestum praeceptum Dei non servat cum desiderio ac voluptate, cum sui et turpitudinis rei sensu. („Grěh smrtěn, esli kto prestupaet jasnuju zapověd Božiju s želaniem i uslaždeniem, s soznaniem sebja i grěhovnosti děla“). Quis inde non colligat et peccata cetera levia esse et peccata, quae levia sint propter solam »parvitatē materiae« nulla omnino esse (ut Bronzov vult l. c. I., 655: 769). Sed quid idem addiderit, audiamus: „In Confessione Orthodoxa singula peccata morti-

*) Id quidem, quod res iam pridem revictae etiam atque etiam repetuntur a doctissimis quoque viris protestanticis (theologis Mosheim, Stäudlin, de Wette, Harless, Baur, Martensen, Tholuck, Harnack etc.; historicis: Hänsser, Ranke, Leo, Dreysen, Lauprecht; philosophis Th. Ziegler, K. Fischer; iuris peritis Dove, Wagener etc.) maxime progressus tarditatem ignorantiamque prodit; quam utinam Russi iam cognoverint! Cf. Reichmann, *Der Zweck heiligt die Mittel.* Freiburg 1903. *Historisch-polit. Blätter* Bd. 132 (1903) S. 869—872.

fera promuntur. In tres classes divisa sunt. Ad primam ea pertinent, quae aliorum peccatorum fontes sunt et capita. Ad secundam peccata contra Spiritum s. Ad tertiam peccata caelum clamantia („V Pravoslavnom Ispovédanii podrobno opisany smertnye gréhi. Oni razdéljajutsja na tri klassa. K pervomu odnosjatsja gréhi, sluzasšie istočnikom dlja drugih gréhov; ko vtoromu gréhi protiv Duha Svjatego K tretemu gréhi vopijuščie na nebo“). Quae Nicanor haec de re habet, facilius cum veritate componuntur; rem tamen aperte distincte esse expressam dici non potest.

Ceterum, si Bronzov audiendus est, nobis nihil auquirendum esse de alieno, sed nostrum negotium agendum docebimur: nostra enim sententia, scribit l. c. I., 654, omnia peccata levia esse, quae ad ipsum patrantem solum referuntur neque alium tangunt „obektom kotoryh javljaetsja tol'ko sam že soveršajuščij ih subekt, kotorye nikogo drugogo ne kasajutsja“ velut (p. 655) desideria (želanija i voždělenija), quae non perducuntur ad effectum. Tantum quod non dicit, unde haec hauserit!

In capite de actionibus adiaphoris (242—7) dogma ecclesiae romanae esse (contra Hus) docet esse actiones, quae neque honestae sint neque inhonestae; deinde paulo post doctrinam de actionibus indifferentibus maxima ex parte a mente honestatis christianae parum percepta repetendam esse dicit („Zavisit glavnym obrazom ot nedostatočnago ponimanija duha christianskoj npravstvennosti“). Patet eum non intelligere quid sit actio indifferens „in concreto“ seu definite et „in abstracto“ seu separatim. quamquam hanc (cuiusdam) monachi s. Domini („Dominikance“) distinctionem annotavit.

Haec ex ea parte libri auctoris nostri, quae de principiis ethice agit, observatione nostra digna esse videbantur.

Bronzov praeterea negat axiomata et iudicia haec: l. c. I. 645: »lex afficit territorium« (cf. de eo Noldin, Summa theol. mor. De principiis³ n. 119. 124); p. 646: »A lege naturae affirmativa datur excusatio« (cf. Noldin n. 150; p. 760: »Desiderium inefficax peccatum non est, si condicio apposita aufert malitiam actus« (cf. Noldin n. 295); p. 762: »Per se licitum est gaudere de bono effectu operis mali« (cf. Noldin n. 298); p. 774: »Omnis electio mali medii est mala« (contra Gury, Comp. I, n. 29).

De praeceptis nec Pjatnickij agit nec Nicanor, acsi ne ad cognoscendi quidem vim rationemque referantur. Itaque contenti simus oportet, si obiter locisque disiectis expromant quid sentiant.

Ex doctrina de officiis iustitiae (praecc. 7. decal.) a Pjatnickij discimus (p. 75), peccatum grave esse rei ademptionem domino invito „quoad modum tantum“ et rem adeptam restituendam esse. Bronzov negat unquam licere damnum sibi illatum occulte compensare (I., 769. 780): ne uxori quidem permittit, ut iuribus suis consulat helluante marito (780): e summis angustiis re aliena se liberare furtum improbum esse ducit (769): negotiantes putat omnia, etiam levioris momenti vitia mercium indicare debere, etsi non interrogentur (768): qui puellam corrumpit, ei corruptam ducendam esse, alia re nulla damnum illi illatum posse resarciri (767): matri, quae nescit, quis ex illis, quos admisit,

infantis sui pater sit, ab iis omnibus pro infante sustinendo solvendum esse (II., 58). Rationem „restrictionis“ Bronzov acriter impugnat (I., 761. 769; II., 55). Rationem profert hanc (II., 55): omnibus esse ius audiendae sinceræ veritatis; aut igitur aliis dicendum esse nihil aut verum sine fuco ac fallaciis. Mendacium ipsum in numero gravium peccatorum habet (II., 54). Formulam illam, hominem se ipsum magis diligere debere quam alios, Bronzov omnino reprobatur ut a proposito legis christianæ abhorrentem (I., 758. 778; II., 60); simile est Pjatnickii iudicium (249). Bronzov amore communi erga inimicum contentus non est. „specialem“ requirit (I., 758). Liberos oboedire iubet etiam tum, cum matrimonium capessunt: vetat eos in matrimonium ire nisi parentes consentiant (I., 780) Per Pjatnickii regulam idem licere videtur (308). Dierum dominicorum quietem Pjatnickij nihil aliud esse existimat nisi operum solitorum intermissionem (277).

Ex doctrinae de sacramentis parte morali Pjatnickij capita exhibet de poenitentia (251—9), de ss. Eucharistiae sacramento (259—264), de matrimonio (290—298). Non ideo opus esse confessione docet, „ut cuiquam peccata nostra patefaciamus, sed ideo, ut ipsi ea sincere cognoscamus et cognita doleamus.“ Ea de causa, opinor accidit, ut catholice sententiae, confessionem non valere, nisi numerus peccatorum (saltem plus minusve) indicetur, adversetur (p. 71).

Matrimonium adulterio ab alterutro commisso dirimitur: divortium (licitum) „non est matrimonii nondum soluti solutio, sed externum et sollemne repudium matrimonio interius ipso adulterio iam dirempto (295). Vitam caelibem (dĕvstvo ili bezbračie) contra alios (Rozaŋov, Dolivo-Dobrovskij, Miroljubov, Dobrynin, VI. Uspenskij al.) sanctiorem ducit quam matrimonium.

His rebus cognitis indiligentiam veri profecto iusto maiorem in Russis morum magistris atque errorum satis superque invenimus; et labore multo assiduoque opus erit, donec consensionem eorum, qui in utraque ecclesia de moribus praecipunt, adipiscamur. Agite, ne impensae parcamus neve labori! —

Hucusque ea consideravimus, quae inter Russos et romanae ecclesiae theologos de ratione vivendi disserentes in controversiam cadunt et deteriora adumbranda fuisse Russorum doctrinae exempla dolemus. Ne autem acusemur crimine rei ex parte improbanda tantum pertentatae, placet nobis ex eadem theologiae parte morali laetiora aliqua promere, sive res controversas tangentia sive non tangentia.

Quaestio, in qua solvenda Russi reapse non sine fructu laborarunt et quae nata est veram probabilismi doctrinam illustrare ideoque nobis accuratius tractanda, est de notione obligationis seu debiti enucleanda. VI. Solov'ëv ea de re scribit haec (Opravdanie dobra² p. 41—45).

„Homo honeste agere potest praeter et contra omnes lucri rationes, propter solam ideam honesti, ex sola consideratione debiti seu legis moralis. Ecce culmen honesti, quod tamen plane convenit cum quodam determinismo nec libertate voluntatis indiget. Qui contrarium statuunt iis ante alia omnia e mentibus et linguis expellenda esset ipsa

vox ‚moralis necessitatis‘: quae est contradictio in adiecto si honeste agi non potest nisi voluntate ad arbitrium eligente. Sensus tamen, qui hac voce exprimitur, non solum ab omnibus facile intelligitur, sed etiam ex rei essentia fluit. Necessitas in genere est plena effectus dependentia a ratione, quae eum determinat, quaeque idecirco sufficiens vocatur. Quae ratio, si est ictus pulsusve physicus, necessitas est mechanica, si est impulsus animi, psychologica, si est idea boni honesti, moralis.

Ad hoc, ut idea boni in forma debiti vim rationis sufficientis seu causae moventis acquirat duae res coniungantur oportet: claritas et plenitudo sufficiens ipsius ideae honesti in cognitione et sufficiens recipiendi vis moralis in natura subiecti. . Bonum honestum non potest esse directum electionis arbitrariae obiectum [i. e. bonum quae tale odisse non possumus].

Cum bonum eligo, non ideo id eligo, quia ita volo, sed ideo quia est bonum; sed quid est illud, quo actus contrarius determinatur, cum bonum abicio et malum eligo. . Cum nulla sit ratio obiectiva malum quae tale diligendi, voluntas id solum sponte sua eligere potest, si modo cognitio [ideae honesti] sit clara et plena: alias sane causa rei sufficiens ab errore iudicii repeti potest*).

*) Čelovek mozet delat' dobro pomimo i vopreki vsjakih korystnyh sobraženij, radi samoj idei dobra, iz odnogo uvaženija k dolgu ili nraŭstvennomu zakonu. Vot kul'minacionnaja točka nraŭstvennosti i odnakože, ona vpolně sovměstima s determinismom i vovse ne trebuet tak nazывaemoj svobody voli. Utverždajuščim protivnoe, slědovalo by prežde vsego izgnat' iz unov i jazykov čelovečeskikh samyj termin: „nraŭstvennaja neobhodimost'“, ibo on est contradictio in adiecto, esli nraŭstvennost' vozmožna tol'ko pod uslovijem svobodnago vybora. Meždu tēm mysl' vyražae maja etim terminom, ne tol'ko vsjakomu ponjatna, no i vytekaet iz sušenosti děla. Neobhodimost' voobščee est polnaja zavisimost' dějstvija (v širokom smysle — effectus) ot osnovanija, ego opreděljajuščago, kotoroe po etomu i nazывaetsja dostatočnym. Kogda eto osnovanie est fizičeskij udar ili tolčok, to neobhodimost' est mehaničeskaja; kogda duševnoe vozbuždenie — to psihologičeskaja, a kogda ideja dobra, to neobhodimost' nraŭstvennaja. . . Dlja togo, čto by ideja dobra v formě dolžnago polučila silu dostatočnago osnovanija ili motiva, nužno soedinenie dvuh faktorov: dostatočnoj jasnosti i polnoty samoj etoj idei v soznanii i dostatočnoj nraŭstvennoj vospriimčivosti v nature subektu. Kogda nraŭstvennyj motiv s toj ili drugoj iz ukazannyh storon nedostatečen, to on i ne dějstvuet s neobhodimost'ju, kak i vsjakaja drugaja pričina“. Quae postea addit minus clara sunt: „Kogda ja vybiraju dobro, to vovse ne po tomu, čto mně tak hočetsja a potomu, čto ono horošo, čto ono est položitel'noe i čto ja sposoben ocěnit' ego značenie. No čem opreděljaetsja protivupoložnyj akt, kogda ja otvergaju dobro i vybiraju zlo? . . . Esli dostatočnoe znanie dobra v soedinenii s dostatočnoju k nemu vospriimčivost'ju, neobhodimo opreděljaet našu volju v nraŭstvennom smysle, to ostaetsja eščee vopros: nedostatočnaja vospriimčivost' k dobru i vospriimčivost' k zlu, est'li ona neobhodimo fakt prirody tol'ko, — ne možetli ona takže zavisět' i ot voli, kotoraja v etom slučae ne iměja racionalnyh osnovanij, opreděljajuščih ee v etom durnom napravlenii (ibo podčinjat'sja zlu vměsto dobra protivno razumu), mozet dějstvitel'no

Vix ullum aliud verbum in theologiae et philosophiae parte morali frequentius occurrit quam ‚licet‘, ‚debet‘; circa illam quaestionem omnis disceptatio de moribus movetur, liceatne, oporteatne necne. Eius igitur notionis explicatio ac definitio inutilis profecto non est. Obligatio definiri solet „moralis quaedam necessitas, quae verbo debere exprimitur“ vel accuratius „necessitas quaedam mente cognita, cui voluntas per libertatis abusum resistere potest“ (Cathrein, *Moralphilosophie*³ S. 305; Schiffini, *Eth.* I, n. 118.), quaeque obiecto morali-que ordine, ad quem refertur, ab aliis necessitatibus determinatur. Obligatio est effectus mandati et hac efficientia differt mandatum a consilio, quod voluntatem non cogit, sed tantum allicit.

Notio necessitatis, cuius species utique obligatio est, partim intuitiva, partim abstracta est. Intuitiva est, quatenus dependentiam causalem actuum voluntatis nostrae a voluntate ipsa cognoscimus: qualis igitur nihil aliud est nisi notio nexus causalis. Abstracta est, quatenus per se latius patet et necessitatem quoque, quam in nexu logico concipimus, comprehendit. Notio necessitatis ne concipi quidem potest sine notione causalitatis. Itaque necessitas actus voluntatis nihil aliud significare potest nisi actus illius a causa finali dependentiam, cum nulli alii causalitati hic locus sit.

Quae causalitas duplex est: alias voluntas actum ponere cogitur seu ponit actum necessarium, alias nihilominus libertate uti potest actu libero. Quomodo haec duo differant, ex voluntatis natura cognoscendum est: Voluntas obiecto finali moveri potest ita, ut libertate uti possit — si indicium mentis de obiecto finali liberum est, i. e. si convenientia actus ponendi cum subiecto, quae obiective adest, non ea evidentia menti se manifestat, quae omne omnino dubium excludit*). Verum ubi eiusmodi evidentia est, actus voluntatis necessario fit.

Ad necessitatis notionem, quam generis loco habuimus differentia specifica addenda est, ut notio obligationis conflatur. Nam profecto etiam ad omnem actum inhonestum causa finalis movet. Quidquid enim voluntas ponit, alicuius boni appetibilis causa ponit. Tamen non semper honestos actus ponit. Voluntas enim non vult necessario id, quod mens propter rationes obiectivas melius esse cognoscit: sed potest mentem movere, ut neglectis his rationibus indicet

javljat'sja sobstvennoju i okončatel'noju pričinoju svoego samoopredelenija. Tak kak nēt nikakogo obektivnago osnovanija ljubit' zlo, kak takoe (dlja razumnago suščestva), to volja mozet izbrat' ego tol'ko proizvol'no, — razuměetsja pod uslovijem jasnago i polnago soznanija, ibo v polusoznatel'nom sostojanii dēlo dostatočno objasnjaetsja ošibkoju suždenija“.

Haec ultima sententia, quam tegere nolumus, iam apud Scotum Erigenam invenitur, *De divisione naturae* V., 36.

*) Solet dici convenientia absoluta, a qua omnis disconvenientia absit, opus esse, ut actus necessario ponatur. Haec ratio considerandi rem est subiectiva. Si res obiective concipitur, potest id quidem evenire, ut aliquid partim conveniat partim disconveniat; sed tunc aut saltem pars obiecti compositi absolute convenit aut totum obiectum absolute disconvenit.

tamen melius esse aliud eligere — unice ideo, quia sic placet voluntati sive voluptate sive superbia vel arbitrii cupiditate impulsae et ita actum inhonestum ponere; semper autem malum cognitum qua tale possumus solum nolle — bonum cognitum qua tale solum velle. Qua igitur re obligatio ab omni alio causae finalis influxu in voluntatem liberam qua talem differt? Num eo solo, quod modo aliquid inhonesti, modo aliquid honesti appetitur? Ea nulla esset explicatio. Internum discrimen positum est in certitudine iudicii de bono appetendo vel defectu huius certitudinis. Solum bonum honestum convenire nobis, subiecto appetenti, certum habere possumus: bonum inhonestum nobis convenire non possumus habere certum, quia hoc falsum est. Quoad bonum moraliter indifferens vel utile vel delectabile voluntas in periculo est, ne quid simpliciter inconveniens velit. Itaque certitudo est nota essentialis in notione obligationis.

Hic locus videtur esse dubitationi cuidam tollendae. De obligatione — dicat aliquis forte — errari potest: ergo obligatio certitudine distingui non videtur. Respondemus cum Mendive: „Quaedam Deus praecipit aut prohibet per se, secluso omni errore et ignorantia ex parte hominis: quaedam vero praecipit aut prohibet per accidens seu supposito errore aut ignorantia individui.“ Cf. Thom. De ver. q. 17, a. 4. Semper igitur in concreto iudicium obligationis verum ac certum est, etsi in abstracto i. e. abstrahendo a cognitione agentis error sit (velut conscientia inculpabiliter erronea).

Verum certitudinis nota sola non sufficit ad notionem obligationis perfecte determinandam. Etiam actuum perfectionis convenientiam exploratam habemus, nec tamen ad eos ponendos obligati sumus. Discrimen in eo est, quod obligatio ad ea sola pertinet, quorum neglectus simpliciter disconvenit, i. e. disconvenit non solum si res adaequate spectatur, sed neque in abstracto rationem ullam convenientiae in se continet. Certe nec omissio actus perfectionis adaequate spectata convenit, quatenus actum ponere praestitisset; tamen si haec omissio inhonesta non est, potest in ea absolute considerata — non comparata cum alio actu — ratio convenientiae inveniri. At peccatum subiecto nullo modo convenit. Ergo actus perfectionis obligationem non parit, parit autem illud bonum, cuius neglectus simpliciter disconvenit, seu cuius neglectus peccatum est.

Hoc discrimen, dixerit fortasse quispiam, esse externum tantum, non internum. Sed reapse hoc discrimen in ipsa convenientia cum subiecto positum est, quae vel talis est (in actu praecepto), ut etiamsi non consideretur adaequate i. e. comparate ad actum perfectiorem, convenientiam contradictorii excludat vel (in actu perfectiore) talis, quae hanc non excludat, nec positum est hoc discrimen demum in diversitate obiectorum finalium speciem convenientiae nescio quo nexu determinante ita, ut esset solum discrimen externum.

His rebus expositis obligatio facile definiri potest: obligatio in actu secundo est influxus finalis boni certo cogniti ut voluntati unice convenientis: hinc obligationem in actu primo patet esse bonum certo cognoscibile ut voluntati unice convenientis.

Illud „unice conveniens“ idem sibi vult atque „ita conveniens, ut contradictorium nullo modo sit conveniens“ secundum ea quae supra explicavimus.*)

Quam explicationem si cum ea, quam apud Solov'ev invenimus, comparamus, mirum quantum non solum cum ea convenit sed et lucem ei affert. Agesis quid inde de probabilismi systemate, quod Russos — tutioristas — exhorrescere diximus, sequatur, quaeramus**).

Probabilismi principium est illud axioma: lex dubia non obligat. Obligationis notione explicata de hoc axiomate dubitari nequit. Ipsa enim certitudine iudicii de convenientia boni appetendi obligationem ab omni alia necessitatis moralis specie differre ostendimus. Cognitio obligationis resolvi potest in syllogismum, cuius conclusio est: hanc actionem voluntati unice convenire certum est***). Propositio maior pro diversis de fundamento obligationis sententiis, de quibus hic iudicare non vacat, vel est: „quod ita conforme est cum natura rationali ut contradictorium sit difforme, voluntati unice convenit“ vel: „quod Deus praecipit (addita sanctione), voluntati unice convenit“. Quodsi respondens huic propositioni maiori propositio minor („atqui hanc actionem Deus praecipit“) certa non est — nec conclusio („ergo haec actio voluntati unice convenit“) certa esse aut obligationem parere potest. Ergo principium probabilismi: „lex dubia non obligat“ reapse in numero axiomatum evidentium est.

I. Гоголокъ, Аѳонское монашество къ его прошлому и современному состоянию (Monachi Athonis eorumque status praeteritus et hodiernus). Petersburg 1904. Pg. 98. — 40 Kop.

J. Sokolov, unus e doctis byzantinistis russicis, multos iam tractatus ex historia byzantina et graeca (sensu stricto) ecclesiastica conscripsit. De Athone auctor iam antea exaraverat dissertationem scientificam in russica „Encyclopaedia theologica“ (I. t.) publicatam. Opusculum praesens non est stricte scientificum, sed potius generatim eruditus destinatum nihilominus valore scientifico non caret, cum ostendat, auctorem in omnibus etiam difficilioribus quaestionibus huc pertinentibus bene versatum esse. — Initio auctor breviter, sed eleganter de momento ecclesiastico-historico et de situ geographico Athonis disserit (p. 3—9) brevemque conspectum historiae vitae monasticae in Athone addit (9—14). Initia vitae monasticae in Athone iam inde a saec. IV. inveniuntur; initio solum anachoretae solitarii hic degebant, prima monasteria versus finem saec. VII. erecta sunt. Numerus monachorum auctus est praesertim saec. X. sub protectione imperatorum et sub

*) Haud scio an non sit inutile monere nos definire obligationem quae est effectus legis, non quatenus est effectus eius, sive fieri potest, ut eadem necessitas aliunde oriatur, sive non potest.

**) Omittimus conceptus obligationis explicationem pertinere etiam ad quaestionem de fundamento obligationis solvendam, ad explicandam notionem iuris, entium moralium etc.

***) „Duo requiruntur: 1^o ut ratio iudicet aliquem finem absolute non posse a voluntate non appeti; 2^o ut ratio exhibeat necessariam alicuius actionis cum hoc fine connexionem“. Tongiorgi, Instit. phil. mor. n. 209.

regimine monachi Athanasii Athonensis († 1001), qui primus magnum monasterium in Athone proprie dicto crexit et regulas vitae monasticae communis definivit. Saec. XI. primum occurrit nomen „Mons Sanctus“ — ἄγιος ὄρος. Tempore unionis Lugdunensis (1274) monachi Athonenses acerrimi adversarii unionis ecclesiasticae fuerunt. Inde ab invasione Turcarum iura monasteriorum quidem illaesa manserunt, tamen monachi persecutiones turcicas non semper effugere potuerunt: acerrimae erant persecutiones tempore insurrectionis graecae, cum milites turcici monasteria Athonis occupaverunt (a. 1821—29). Post a. 1829. monachi Athonis liberi et independentes sunt tum a potestate civili tum a potestate ecclesiastica (patriarchatus) et autonomam rempublicam repraesentant (p. 40). Praecipua occupatio monachorum est oratio, ascesis et sollemnes functiones liturgicae: insuper etiam laboribus physicis et intellectualibus occupantur. Inter monachos inveniuntur nonnulli in scientiis theologicis et profanis profundius eruditi (p. 47). Auctor accurate describit varia genera monasteriorum, quae in Athone inveniuntur, de eorumque organizatione et disciplina monastica multa narrat (p. 14—50). Athos omnibus saeculis fuit refugium monachorum, qui perfectionem christianam et vitae genus severius serio et constanter prosequuntur. Etsi etiam tempore recentiore in Athone vita monastica severa floreat, tamen in nonnulla monasteria disciplinae minus arctae perniciosi abusos irrepserunt: nonnulli monachi mundum non serio reliquerunt, vitam omnino laxam agunt, ab esu carnis non abstinent et multam pecuniam possident.

Monachi russici iam saec. XI. in Athone inveniuntur. Saec. XII. iam floruit monasterium russicum (s. Panteleimonis). Postea usque ad finem saec. XV. (cum Russi iugo Mongolorum premerentur) pauciores erant monachi russici et solum a Serbis eorumque regibus adiuvabantur (p. 54). Saeculis XVI—XVIII., praesertim vero saec. XIX. monasteria russica in Athone florere coeperant et nunc in omni genere omnia alia superant. Propter progressum monasteriorum et monachorum russicorum inde ab a. 1870 magnae discordiae inter Russos et Graecos exortae sunt et adhuc perdurant, cum Graeci talem regressum monasteriorum et relativi numeri monachorum graecorum aegre ferrent. Auctor omnia haec accurate et obiective describit, nec reticet, nonnullos monachos russicos, qui extra monasteria proprie dicta vivunt, vitam parum monasticam agere, quod concordiam inter Graecos et Russos certe promovere non potest (p. 92—95). A. 1902. inter 7.521 monachos Athonis erant 3.207 Graeci, 3.615 Rusi; reliqui sunt Bulgari, Rumuni, Grusini et Serbi (p. 30). — Quoad monachos Russos auctor qua Russus nonnulla „pia desideria“ profert. Prae omnibus auctor desiderat, ut monachi russici monachos graecos priorum saeculorum imitentur, cum Athos sedes non solum studii perfectionis christianae, sed etiam scientiarum et artium esset, quod praeclara monumenta historica et magnus numerus codicum pretiosorum ostendunt (p. 95—96). Quae „pia desideria“ auctoris occasionem dederunt, ut in foliis russicis multa de hac re scriberentur. (Cf. etiam Stimmen a. Maria L. 61, 446—8. Red.)

Opusculum praesens certe est ex optimis, quae de Athone existunt; breviter, sed praeclare tum historiam tum statum hodiernum huius

„reipublicae monasticae“ describit. Auctorem etiam quoad controversias inter monachos russicos et graecos esse obiectivum clare apparet comparanti hoc opusculum cum descriptionibus docti historici Gelzer, qui de Athone et monachis russicis pulchre scribit in libro „Vom heiligen Berge und aus Makedonien“ Leipzig (1904). Gelzer (protestans, tamen etiam a catholicis qua historicus et observator obiectivus laudatus) monachos russos multo maioribus laudibus effert (p. 46 ss.) quam auctor noster*). Monachi russici graecos ingenio, sensu religioso, musica et cantu liturgico aliisque rebus longe superant; propterea non est mirum Russos tantos progressus fecisse in damnum Graecorum. Russi revera a patria sua omni modo adiuvantur, tamen falsissimum est, monasterium russicum praesidium munitum esse ad fines politicos; monachi russici solum finem religiosum prosequuntur (Gelzer p. 53.).

F. G.

Б. П. Келитко, „Владиміръ Головкѣвъ жизнь и твореніа“. (С. Петербургъ 1904. — Opus hoc pretiosum et summa attentione dignum brevi iterum editum est. Auctor, Solov'evii amicus familiarissimus, non solum conspectum biographicum, sed biographiam plurimis iisque pulcherrimis episodis ex ingenua eius vita privata, tantummodo veritati et spirituali sui populi commodo consecrata, ornatam tradit. Cognoscere veritatem, semetipsum totum quaestionibus religiosis, ad quas via naturalis est philosophia, dedere, hic est finis vitae eius.

Praecipuum eius propositum erat: In ratione fundamentum invenire, quo fides inniteretur latamque ad eam viam aliis manifesto ostendere; cuius rei gratia Solov'ev praeconem religiosarum atque moralium idearum se dncebat. Qua idea omnis eius opera ad plurimas disciplinas se extendens dirigebatur, quam auctor secundum singulas vitae Vladimiri Solov'evi phases dividit, non solum proprium et aliorum iudicium proferens, sed etiam, si aptum ei videtur, locos ex libris a Solov'vio scriptis allegans. Solov'ev describitur tamquam poëta, cuius poëticorum operum magna pars coelesti radio illuminata, multa testimonia ad eius biographiam praebet. Summi momenti sunt etiam conclusiones Solov'evi — philosophi, exemplaris omnis verae philosophiae — Christum atque prima tempora christianismi intuentis; e doctrina eius unusquisque aliquid lucrari potest. De ingenio eius clarissimo ea, quae scripsit, cum pugnaret pro conscientiae et vocis libertate ea, quae in lege christiana fundata est, testantur. Voluntas autem eius, quae omnibus prodesse voluit, ut ipse auctor ad finem operis subdit, numquam tanti aestimata est, quanti fuit, neque satis intellecta. — „міръ меня ловлять, — по не поіималъ“ —

P n.—(O.)

Ел. Рыбинскій, О Библии. Кіевъ 1902. (**De Bibliis. Oratio, quam auctor habuit in religiosa societate cultus Kijoviae.**) — Refert, in quanta aestimatione Sacra Scriptura fuerit apud Iudaeos et

*) Eiusdem Gelzeri liber „Geistliches und Weltliches aus dem türkisch-griechischen Orient“ (Leipzig 1900) multa praeclara de hodierno statu ecclesiae orientalis continet, missionarios catholicos (praesertim Assumptionistas) et conamina Leonis XIII. laudat.

christianos primis saeculis. Biblia brevi tempore translata sunt in omnes, quibus tunc scribebatur, linguas et „per totum orbem terrae“ diffusa. Iniuste auctor in ecclesiam catholicam invehitur, quasi non faverit legendis divinis litteris, quia canones, quibus S. Scriptura legi vetabatur, erant solummodo locales, iique salubres; nam haereses impediebant*). Loquitur dein de origine Briticae societatis biblicae et de propagatione bibliorum in Russia, ubi tres societates propagant S. Scripturam: Britica societas biblica condita a Peterson Petropoli a. 1812., Evangelica (= protestantica) societas biblica ab a. 1831. et Societas propagandae S. Scripturae in Russia ab a. 1869. (a S. Synodo). Summis laudibus extollit biblia et, ut ita dicam, interpretatur sententias prolatas in celeberrima encyclica „Providentissimus Deus“; sub finem adhortatus auditores ad diligenter legendam lateque divulgandam S. Scripturam, dicit: „Verus sensus et spiritus S. Scripturae quaerendus et petendus est in ecclesia, quae semper diligenter eam servabat et ab hostibus defendebat: ecclesia, prouti patet ex natura eius, est optima interpres sensus S. Scripturae.“

I-š—(O.)

Къ вопросу о литературномъ наследіи свв. Кирилла и Методіа въ глаголическихъ хорватскихъ миссалахъ и бревиаріяхъ. А. Б. Михайловъ. Варшава 1904 (*Quaestio de litteraria haereditate Ss. Apostolorum Cyrilli et Methodii in libris glagoliticis. A. V. Michajlov. Varsoviae 1904.*)

Auctor ex analysi libri Genesis concludit, antiquiores textus in breviariis glagoliticis, qui archetypum graecum sequuntur, eosdem esse atque in Lectionario ecclesiae orientalis (Pariminik); posteriores textus glagoliticos ad normam Vulgatae compilatos esse. Hinc haeret, reliquerint-ne nobis SS. Fratres etiam alios textus praeter eos, qui excepto Evangelio, Apostolo nec non Psalterio, Lectionario ecclesiae orientalis (Pariminik) continentur?

J. V.

Kijew-Pečerskij Monastyr kak Kulturnyj Centr Domongolskoj Rossiji. L. K. Gëc. Das Kiever Höhlenkloster als Kulturzentrum des vormongolischen Russlands von Dr. *Leopold Karl Goetz*, a. o. Universitäts-Professor in Bonn. — De libro, qui sub titulo hoc anno proxime elapso (1904) Passoviae typis prodiit, scripsit dominus quidam F. T. in „Trudy Kijevskoj Duhovnoj Akademii“ mense Decembri eodem anno relationem criticam, quam sub fine sequentibus verbis perstrinxit:

„На основаній всего сказаннаго, мы съ своеіи стороны, книгу проф. Геца признаемъ весьма цѣннымъ приобрьтеніемъ для русской церковно-исторической литературы и желаемъ ей возможно далѣе широкаго распространенія средь образованнаго русскаго общества“.

*) Cfr.: Dr. Jan Lad. Sýkora, *Zlatá bible klasikův. I. Dr. Jac. Hofmann, Die heil. Schrift ein Volks- und Schulbuch in der Vergangenheit. Malou, Lecture de la Bible.*

Hac relatione perlecta eo ardentius volumen prof. Goetz adgressus sum, sed iam ab initio mihi confitendum est, mihi librum istum non adeo omni ex parte satisfacisse et admiratione me implevisse ut id Domino F. T. factum videtur.

Cognitiones Europae occidentalis et — proh dolor! — etiam Slavorum occidentalium de historia, vita et cultu gentis Russicae adeo sunt exigui momenti, ut omne studium has cognitiones augmentandi et perficiendi grato animo sit accipiendum. Hac ex parte etiam opus professoris Goetz laudandum et praesertim clero gentis Slavorum occidentalium, sed et laicis — commendandum est. Nam licet professor Goetz nullum novum fontem ad historiam coenobii Kioviensis pertinentem attulerit et cognitiones et notitias iam aliunde sumptas nulla nova luce circumfuderit, — nihilominus tamen cognitiones praesentes et exitus litterarum adeo clare composuit et breviter perstrinxit, ut liber eius unicuique, qui de re tanta, quantum est vetus coenobium Kioviense, nullam habet cognitionem, ad primarias et summarias notitias suppeditandas perutilis esse possit.

Auctor divisit volumen in duas partes, quae iam ipso titulo totius operis indicantur. In prima parte loquitur de origine et historia coenobii, qui tractatus iterum in tres sectiones dividitur. In prima sectione loquitur de origine vitae monasticae in vetere regno Russorum generaliter, in secunda de coenobio in „cavernis“ urbis Kioviensis (μοναστήριον Πετρεσκίου) usque ad mortem sancti Theodosii, in tertia de historia eiusdem usque ad adventum Tatarorum.

Iam quod primam quaestionem attinet — quando orta sit apud Russos vita monastica? — eam e temporibus conversionem gentis russicae generalem, quae temporibus Vladimiri eventum habuit, praecedentibus repetendam esse puto — et incidere in tempus introductionis religionis christianae in Russia.

Propagatio religionis christianae in gentibus barbaris omnibus temporibus quam maxime monachis et ordinibus religiosis debebatur, et in ecclesia orientali eo magis, ex quo a concilio Trullano matrimonia sacerdotum aliquo modo obligatoria evaserunt.

Gens russica temporibus Vladimiri praecedentibus apud Graecos famam habuit gentis ferocissimae et crudelissimae.

In vita sancti Georgii Amustridensis (scripta in prima parte saeculi IX.) scribitur: *Ἐφοδος ἦν βαρβάρων τῶν Ρῶς, ἔθνος ὡς πίντες ἴσασιν, ὠμοτάτου καὶ ἀπηνοῦς καὶ μηδὲν ἐπιφερομένου φιλελευθροπίας λευρανόν.*

In vita sancti Stephani Sugdensis describitur horrenda devastatio, quam perfecit gens russica in Ponto sub fine saeculi VIII. De eadem gente scribit patriarcha Photius anno 860: *„γένος τὸ παρὰ πολλοῖς πολλάκις θρολούμενον καὶ εἰς ὠμότητα καὶ μαιφρονίαν πάντας δειτέρους ταπόμενον.“*

Quam minime ergo credendum, primos nuntios religionis apud gentem, quae apud Graecos in tanta infamia erat sacerdotes fuisse saeculares atque maritatos!

Religio vero christiana in Russia propagari coeperat iam multum ante Vladimirus, ad minimum temporibus mythici illius Askoldi. Nam expeditio Constantinopolitana Askoldo et Diro ducibus indubitanter vera et graecis aliisque fontibus confirmata est. Tenendum ergo etiam est, „ducem“ illum Constantinopoli baptizatum et episcopum Kioviam missum fuisse, qui episcopus certe monachus fuit. — Nam haec omnia iisdem fontibus graecis, — Photii ep. ed. Valettes p. 178; biographia imp. Basilii, corpus script. Byz. XXVII, c. 97 — comprobantur.

Sequentibus iam temporibus usque ad Vladimirus religio christiana in urbe et regno Kioviensi quam latissime propagata est. In exercitu et in comitatu Igori quam plurimi fuerunt christiani, — Olga ad id infidelis, cum Constantinopolim proficisitur, sacerdotem in comitatu habet etc. Addatur etiam testimonium geographi Arabi Ibn Chordad-bey, qui scripsit in secunda parte saeculi noni. De Russis ita habet: „Ils pretendent être chretiens et payent la capitation comme tels“. Hoc est, mercatores Russi in regno chalifarum (De Goeje. Bibl. geogr Arab. VI. 115).

Ubi ergo quam plurimi religionis christianae asseclae, ubi episcopus et sacerdotes monachi, — ibi profecto et monasteria esse debuerunt.

Verum itaque non est, religionem christianam in Russia e tempore Vladimiri ortum ducere et prima coenobia a Vladimiro vel a filio eius Jaroslao exstructa esse. Verba ergo Hilarionis: *Монастыреве на горахъ сташа, черноризцы явнѣтся*“ et *Лав. Лjet.: У черноризцы богата множитися, и монастыреве погнаху быти*“, sensu aliquo latiore de vita monastica latius et uberius propagata et de monasteriis perfectioribus et amplioribus exstructis accipienda sunt. Hoc modo evanescit etiam controversia de concordantia testimonii Hilarionis cum auctore chronicae russicae primordiali (quae falso adscribitur monacho Nestori).

Deinde mihi exaggeratum esse videtur id, quod auctor nostri libri de introductione et propagatione religionis christianae a Vladimiro dicit. Religio christiana fuit in Russia iam ante Vladimirus introducta et sat ample propagata. Conversio Vladimiri erat actus magna ex parte politicus. Eius intentio erat, ideam, quam pater eius, fortis et bellicosus Svjatoslav, vi physica perficere non potuit, — erigendi imperii magni et splendidi ex gentibus slavicae Europae orientalis et meridionalis — ad verum perducere opibus, quibus imperium byzantinum pollere videbat — per artes et scientias et per omnem cultum ingenii et consortii humani. Sed primus gressus et necessaria conditio ad condendum regnum forte et ordinatum omnibusque artibus ad instar imperii byzantini splendens erat — introductio religionis christianae tamquam religionis imperii et universae nationis. Vladimirus reddidit imperium suum imperium christianum, sed inter privatos habuit religio christiana iam pridem plurimos asseclas. Minime ergo tenendum est cum professore Goetz multisque aliis, Vladimirus ex inopinato et absque ulla praeparatione populum suum inssisse descendere in flumen et suscipere baptisma. Processus, qui locum habuit in Russia

tempore Vladimiri, persimilis fuit illi, qui praecessit in imperio romano tempore Constantini.

Prouti religio christiana paulatim propagabatur in imperio russo, donec tandem a Vladimiro ex motivis imprimis politicis, ut concludendum est ex eiusdem expeditione contra Chersonesum et rationibus cum imperatore byzantino. — quibus vero non excluduntur etiam motiva persuasionis et conscientiae — producta est ad conditionem sacrorum publicorum, ita paulatim ortus est in eo etiam status monasticus.

Inter monachos in primordiis vitae religiosae in Russia magnas partes tenuisse advenas graecos negandum non est, quamquam et hunc influxum a prof. Goetz iusto plus exaggerari persuasum habeo.

Quod attinet conditores et primos inhabitatores coenobii „in cavernis“, omnino certum est Hilarionem, Antonium et Theodosium fuisse natione Russos, quoad Jacobum hypothesis, eum fuisse Graecum, mihi non satis fundata esse videtur, de Nikone nihil positive notum est, Leontii neque origo graeca adeo inconcussa est. — nam historia docet, non omnes monachos et clericos, qui ex imperio Byzantino in Russiam venerant, fuisse natione Graecos, sed fuisse inter ipsos etiam Slavos meridionales. — In aliis monasteriis russicis, praesertim a principibus conditis, plures fuerunt, saltem initio, Graeci, sed etiam hic iudicium temperandum est, non fuisse ibi nisi alienigenas.

Generatim vero traditur ab auctore historia ortus et evolutionis monasterii Kioviensis „in cavernis“ sat lucide et iuxta fontes scriptos, quos affert in numerosis allegationibus. Nihilominus desiderabam hinc inde tractationem abundantiore et profundiore. Multum iuvaret lectorem, si auctor tradidisset descriptionem topographicam urbis Kiev et monasterii, — deinde potuit uti abundantius fontibus, qui licet in se secundarii sunt, cum rem tantum obiter tangant vel posterioris aetatis sint, tamen vero aliquam lucem novam afferre possunt in rem tam obscuram, — ut sunt epistolae et instructiones (in quantum sunt authenticae) Cyrilli Turovensis, noviter reconstructa epistola Clementis Smoljatič, (de quo in Zapiski Tovarištva imeni Ševčenka), — recentiores compilationes chronicae primordialis, praesertim Novgorodenses, — et last not least historia monasteriorum in imperio Byzantino — praesertim monasteriorum Studinensis et in monte Athos, unde monasterium nostrum exemplar et regulas sumpsit.

Minus absoluta et perfecta apparet mihi secunda pars operis, — quae tractat de influxu monasterii in cultum veteris imperii russici. Hae ex parte impediverunt eum etiam eius praecudicia — auctor est sacerdos sectae, quae dicitur neocatholica — quominus plene perspiceret et describeret magnitudinem et vim influxus, quem exerevit monasterium in vitam publicam et privatam, religiosam et civilem nationis russicae temporibus antemongolicis.

Auctor saepius innuit discordias et dissensiones fors ortas inter monachos ipsos, vel inter monachos interque principes vel episcopos, loquitur de eorum credulitate aliisque malis artibus et propensionibus,

ideam vero. quam sibi proposuit exponere — de influxu coenobii eiusque meritis de gente russica, parum excolit et elucidat.

Iam quod in primo capite verbis proponit: „Man kann mit Recht darauf hinweisen, daß derartige Kulturbetätigung an sich nicht mehr dem ursprünglichen Ideal des Mönchtums entspricht, das nur religiöses Leben außer der Welt, Askese kennt, und dessen Hauptzweck sein soll, die eigene Seele des Mönches zu retten“ — non est verum. Historia teste etiam in ecclesia orientali iam a temporibus antiquioribus in statu religioso vita interna et externa, sanctificatio sui ipsius et labor pro ecclesia militanti iungebantur et splendidissima lumina ecclesiae — ut e. gr. Basilius, Gregorius Naz., Chrysosth. aliique ex monachis fuerunt, et in maxime agitatibus quaestionibus ecclesiae orientalis monachi omni tempore primas partes habuerunt.

Tandem posterioribus temporibus, cum ecclesia orientalis magnam partem vitae et activitatis suae amisisset, etiam status religiosus hanc activitatem suam dereliquit, qui recessus a vita publica haeresi omphalopsychistarum completus est. Contrarium ergo in hac quaestione verum est, quam quod professor Goetz affirmat.

Hanc secundam partem distinxit auctor in duas subdivisiones, quarum prima tractat de vita monachorum interna, secunda de actione eorum ad extra. Etiam in his dissertationibus parum res conferuntur cum graecis et proinde non traditur imago completa et clara monasterii eiusque influxus, sed aliquae tantum notitiae abruptae et imperfectae. Ad reddendam ideam perfectam et claram auctor imprimis describere debuit monasterium, eiusque monachorum vitam et studia, prout exhibentur in exemplaribus graecis et in fontibus historicis ecclesiae veteris Russiae et prout resplendent in monasteriis russicis aevi post-mongolici, et deinde ex hac descriptione deducere conclusiones, quomodo et quem influxum exercuerit monasterium ad extra. Exempli gratia, quomodo influxum exercuerit in sacram liturgiam in ecclesiis cathedralibus et episcopalibus, quae merita sibi acquisierit de arte sacra — de architectura, de ornamentis ecclesiarum, de libris sacris, — quem progressum fecerit ars ornamentica in Russia a conscriptione libri „АБОРИНЪ СВЯТОСЛАВА И ПИЛИПЪ СВАТЦЕЧЕ“ usque ad tempora recentiora et quomodo pervenerit ornamentica haec e libris in monasteriis conscriptis in vitam populi quotidianam, in vestes, domus, supellectiles etc.

Quod attinet divisionem libri in supra dictas partes, ea quidem generatim sat simplex et lucida est, illud autem habet incommodum, quod eadem materia similibus verbis saepius repetitur, quod auctor maiore studio adhibito facile evitare potuit.

Licet ergo liber professoris Goetz omni ex parte perfectus atque absolutus dici nequeat, tamen, quia de hac materia non exstat liber alius, unicuique, qui de monasterio „in cavernis“ Kioviensi primas notitias sibi acquirere vult, commendandus est. L.

Izvēstija otdĕlenija russkago jazyka i slovesnosti Imperatorskoj Akademii Nauk, god 9, 1904 Spb. 6 r. (Caesareae liberalium artium academiae partis linguam et litteras russicas spectantis nuntius) rursus afferunt Slovo (orationem) s. Clementis, episcopi Velicensis, quod ab eo scriptum esse, dubium esse non potest. Inscribitur:

Slovo o svjatej Troicě, o tvari i o sudě — Klimenta slovenskago (Sermo de ss. Trinitate, de creatione, de iudicio — Clementis slavici). Editum est a Tunickij sec. manuscr. monast. Michajl. Kijoviae No. 490. Praeterea exscriptum hic est per Al. Sobolevskij »Slovo na srětenie Kristovo« (in occursum Christi), quod eidem s. Clementi tribuendum videtur esse. Hucusque igitur 14 orationes habemus, quas ille certo conscripsit; ex quibus demum 1898 a P. Lavrov editum est (in Izvěstia academiae petropol.) »Pohvalnoe (slovo) svety m 40 mučenikam Klimentom spisano« (Laudatio sanctor. 40 mart. a Clemente conscripta). Etiam numerus illarum orationum, quae cum probabilitate ei tribuuntur, certe auctus est ultimis annis.

In iisdem Izvěstija 1904 Golubinskij, historiae ecclesiasticae scriptor Russorum celeberrimus, recentis libri V. Vondrák (Studie Praegae 1903) censuram scripsit p. 343—349 et contendit, non esse exploratum, s. Clementem ss. Cyrilli et Methodii reapse fuisse discipulum totque scripta reliquisse, quot Vondrák opinatur.

Certe, si tenendum esset, quod Vondrák et Snopek ut exploratum proponunt, auctorem legendarum panonicarum fuisse Clementem, episcopum Velicensem, hunc neque discipulum ss. Cyrilli et Methodii (quod refert Vita Clementis, unicus fons de ss. 5 discipulis horum apostolorum), nec sanctum, qui iam in evang. Assem. ad 27. Julii appellatur »světago Pantelejmona mučenika i světago světitelja otca naš. Klimenta episkopa velič'skago«, nec dogmatis de Filioque defensorem (quod nihil referre cf. K. Potkański in Przegląd powszechny 1905, 205; J. Hendrich in Vlast 1905, 441*) fuisse, a Snopek (in Hlídka 1904—5; 1904, 833. 911—12. 913; 1905, 118), ut opinor, demonstratum esset. — De vita s. Clementis a N. Tunickij conscripta cf. Bogosl. Věstnik 1904, II. otd. 4 str. 212—216.

Христіанскоє Чтеніє. 1904. Ampla Smirnovii commentatio O perstosložennii dlja krestnago znamenija (De digitorum compositione) (p. I., 24—44; 214—237; 378—405; II., 36—58; 173—186; 281—303) in controversiam inter orthodoxos et palaeodoxos (starověrci) inquiri. Orthodoxi alio signo crucem conscribunt, alio benedicunt; cruce se signant tribus dexterarum coniunctis digitis (signum ss. Trinitatis), digitis primas ss. nominis Jesu Christi litteras conscribunt benedicentes. Palaeodoxi utrumque eodem exprimunt signo adhibitis solum duobus digitis (»dvuperstie«). De modo digitos componendi in signo crucis exhibendo ecclesiam latinam obiurgavit auctor libelli »Prenie Panagiota s Azimatom« (Certamen Panagiotae cum Azymato; de 72 erroribus latinis), de quo cf. A. N. Popov, Istoričesko-literaturnyj obzor drevne-russkikh polemickih sočinenij protiv latinjan. M. 1875 et hic p. 231. — V. V. Uspenskij in dissertatione sua Izučenie pastyrstva etc. (I., 197—213) queritur, quod theologia pastoralis »apud nos et in doctrina catholica« laborat rei diffusionē (»razplyvčatosťju a neulovimostju«), quam in ecclesia catholica necessario manare docet ex eius de se doctrina; eam ibi solere esse totam protestantium theologiam practicam. — Προζωμίζή i. e. praeparatio panis et vini in altari titulus est commentationis liturgicae ab A. V. Petrovskij 406—431 conscriptae. — J. J. Sokolov sub inscriptione »Vizantologičeskija tradicija« conspectum praebet contributionum professorum academiae spiritualis petropolitanae relate ad

*) Photio mortuo a. 891 etiam schisma exspirasse et Graecos romanae ecclesiae unitos mansisse usque ad Michaelē Caerularium (1043—54) probat J. Pelesz, Geschichte der Union Wien 1878, 627. Cf. N. Nilles, Kalendarium manuale² Oenip. 1896 t. I., p. 212; Acta sanctor. Julii t. I. Ephemerid. graeco-mosc. praefat. n. 11 (Papebrochius); Septembr. t. 1 De conversione et fide Russorum (Stiltingus). Quid sit de Agathone = Gorazdo, Moravorum metropolita, in synodo Photiana a. 879 v. Acta ss. Octob. t. XI., Annus eccl. gr.-sl., 17. Julii (Martyrov).

byzantologiam. Refertur hic de dissertationibus, quas ad lectores nostros pertinere putamus: Jo. Leont. Janyšev, Istoričeskij vzgljad na postepennoe otdělenie zapadnoj cerkvi od pravoslavnoj vostočnoj (Hr. Čt. 1854, A. II., str. 14—64; 209—256. Historia processus separationis eccl. occid. ab orthod. or.); Iv. Vasil Čelčov, Vněšnee sostojanie grečeskoj cerkvi s 1054 do 1204 goda. (Hr. Čt. 1857. II., 354—402. De condicionibus externis ecclesiae graecae ab a. 1054 1204); Evgr. Iv. Lovagin, Sudba pravoslavnoj cerkvi na Jonijskih ostrovah. (Hr. Čt. 1876, II., 431—491 De ecclesiae orthodoxae in insulis Jonicis vicissitudinibus); Idem. O formě grečeskich cerkovnyh pěsnopěnij (De forma hymnorum graecorum ecclesiasticorum); Idem, Dvě besědy Fotia po slučaju našestvija Rossov na Konstantinopol (Hr. Čt. 1882, II., 413—443. Duae Photii homiliae de incurso Russorum contra Cp.); Al. Lv. Katański, Istorija popytok k soedineniju cerkvev grečeskoj i latinskoj v pervye četyre věka po ih razdělenii; Historia conatuum ad ecclesias graecam et latinam uniendas factorum primis quatuor saeculis post schisma exortum. (Spb. 1868 p. 245 Hr. Čt. 1867 II.; 1868, I.; hucusque unicus liber Russorum, in quo haec res via ac ratione traditur.) — Ger. Ared (ierom.), Otzyvy o sv. Fotii, p. kp., ego sovremennikov, v svjazi s istoriej poličičeskich partij vizantijskoj imperii. (Spb. 1874, p. 257 = Hr. Čt. 1872—3. De Photio eiusque aetatis viris); Tim. Vas Barsov, Konstantinopolskij patriarh i ego vlast nad russkoju cerkoviju (Spb. 1878 p. 578. De patriarchae Cp in ecclesiam Russorum potestate; Idem, Različnyja sistemy vzaimnyh otnošenij cerkvi i gosudarstva (Strannik 1872, I., 50—82; 141—178). De diversis rationibus mutuarum inter ecclesiam et potestatem civilem relationum); Iv. Egor Troickij, Imperatoris Michaelis Palaeol. de vita sua opusculum necnon regulae, quam ipse monasterio s. Demetrii praecripit, fragmentum. Petropoli 1885 = Hr. Čt. 1885 II., 529—570); Idem, Skazanie vkratcé o gorodah i stranah ot Antiolii do Jerusalima, takže Syrii, Finikii i o svjatyh městah Palestiny (Pravoslavnyj Palestinskij Sbornik vyp. 23 [tom 8, vyp. 2] Spb. 1889. Brevis relatio de oppidis et provinciis ab Antiochia usque ad Hierosol etc [XII. saec.]). Idem, K istorii sporov po voprosu ob ishoždenii Svjatago Duha (Hr. Čt. 1889, I., 338—378. 581—605; II., 280—352. Contributiones ad historiam controversiae de processione Sp. s.); Idem, Arsenij, patriarh nikejskij i konstantinopolskij i arsenity. (Spb. 1873 p. 534 = Hr. Čt. 1867—72. De Arsenio patr. nicaeno et cp^o, et de arsenitis). Idem, Izloženie věry cerkvi armjanskija (Spb. 1875 p. 339. Expositio dogmatum ecclesiae Armenorum). Qui libri accuratiore cognitione nostra digni videntur esse. — A. A. Bronzov in commentatione de victu sine carne »Vopros o bezubojnom pitanii demonstrare conatur, perfectam speciem doctrinae christianae abhorrere a carnibus; solum sui cuiusque amorem impedire, ne hoc agnoscat. Tenet nos, quod inclitus ille N. N. Glubokovskij in suis »Zaměčanija o l. m. poslanii sv. Apostola Joanna Bogoslova (I., 857—877. Notae ad 1. Jo) p. 867 existimat, ubi nunc legitur comma Joanneum, ibi in autographo verba similia fuisse («v originale bylo čto-to podobnoe»): connexu id exigi. Praeterea eius index eorum, quae de 1. Io scripta sunt, magni pretii est (p. 873—877). — Quae Zarin de rebus asceticis disserit magna lectionis ss. Patrum copia haud scio an in nostris recentibus litteris theologicis multa sui similia habeant. Tertiae commentationis (De spiritualibus passionibus II. 76—95; 204—221) argumentum est: de essentia et natura avaritiae (φιλαργυρία), iracundiae (ὀργή), tristitiae (λύπη), negligentiae (ἀκηδία), vanae gloriae (κενοδοξία), superbiae (ὕπερηφανία); de communi omnium passionum fundamento: sui cupiditate (φιλαυτία); de indolentia (ἀπάθεια) ut negativa solum ascetismi parte. — P. J. Leporskij »39 členov Cerkvi Anglijskoj« (II., 447—468; 613—638) exponit articulos: 17 de gratia et praedestinatione; non posse eum exponi ex sententia Calvinianorum), 19—21, 23, 26 (de ecclesia, de infallibilitate concilio-

rum et interpretatione s. scripturae, de hierarchia), 25, 27—29, 31 (de sacramentis: de falso sacramentorum — exceptis baptismo et eucharistia — conceptu, acsi merae ceremoniae essent, de ablato unctionis infirmorum sacramento, de ambigua saltem doctrina de eucharistia et sacrificio (a. 28, 29, 31). Praeter haec sane etiam in 5. articulo discrepantiam invenit (»filioque«); ibi verba eius notentur: »Slěduet vpročem, iměť v vidu, čto zapadnye bogoslovy pridajut Filioque totže samyj smysl, čto i formulě δὲ τῷ Ἰῶῶ, vstrěčajuščejsja u mnogih otcev vostočnoj cerkvi, tak čto različie meždu vostočnym pravoslaviem i zapadnymi ispovědanijami v dannom punktě terjaet harakter kakogo-nibud suščestvennago raznoglasija« i. e. »Ceterum prae oculis habendum est theologos occidentales illi »Filioque« eundem tribuere sensum, quem formulae δὲ τ. Ἰ. quae apud multos ecclesiae orientalis patres occurrit, ita ut discrepantia inter orthodoxiam orientalem et confessiones occidentales in illo puncto vi cuiusvis dissensionis essentialis careat. Diversitates alias animadvertit in a. 27 (invocatio sanctorum, cultus imaginum), et (non dogmaticam) in a. 32 (nuptiae post ordinationem presbyteratus. Cf. aliam de his rebus dissertationem in Cerkovnyj Věstnik 1904, col. 1194—1198; 1228—32). N. N. Glubokovskij in commentatione sua Učenie sv. ap. Pavla... (II, 3—35; 145—172) de praedestinationis doctrina Paulina opinionem diluit s. Paulum ex libro Sapientiae doctrinam calvinianam de praedestinatione hausisse; docet nec Pseudo-Salomonem nec s. Paulum eam tradidisse; idem tamen diversitatem quandam introducit in doctrina utriusque scriptoris, nimirum contra librum Sapientiae. — Quaestio V. D. P o p o v: Ezdra Neemia ili N.-E.? occupat in p. II. pagg. 554 570 et 835 852. De quo Artaxerxe I. Esdr 7, 1 et Nehem. 2, 1 agatur et fuerint missio Esdrae prior quam Nehemiae diligenter scrutatur. Sententiam Hoonackeri (Nehemie et Esdras in Museon 1890) eiusque sociorum (Kosters, Sellin etc.) transferre ait theoriam evolutionis in populum electum; sed eum theocraticum fuisse organismum. Argumentis eorum igitur nihil demonstrari. Dein positivas rationes affert pro sententia antiquitus tradita: a) 1. Esdr. 4, 7—23 refutatis adversariorum interpretationibus; b) comparisonem I. Esdr. 8 cum Neh 3; denique c) quod Esdras cum advenisset, non invenit Iudaeum administratorem. De Artaxerxe I. Longim. agi existimat. — Vas. Uspenskij, Vopr. o dogmat. razvitii (II, 597—612; 757—786) diversas theologorum russicorum de relatione dogmatum ad revelationem sententias nos docet.

— l —

„Богословскій Вѣстникъ“ 1904. (**Bogoslovskij Věstnik**) издаваемый Московскою Духовною Академіею. Redactor professor J. P o p o v: prodit singulis mensibus; fasciculi uniuscuiusque anni 3 tomos eformant.

»Moskovskaja Duchovnaja Akademija«, prout aliae academiae clero orthodoxo erudiendo inservientes, habet officialem periodicam publicationem menstruam, quae nunc anaum iam XIV. agere incepit. Fundata est haecce publicatio a nuper mortuo professore Pavel Ivanovič G o r s k i j - P l a t o n o v, eiusdem Academiae membro ex honore, † 21. Octobris 1904 secundum orthodox. Calendarii computation.) anno 1892, qui etiam primus fuit ejus redactor (a. 1. Januarii 1892. — 5. Aprilis 93). Ei contigit, priores litteras »Pribavlenie k tvorenijam svjatyh Otcov« (Adnotationes ad ss. Patrum scripta) usquedum quater tantum anno decurrente ab Academia edi solitas in menstruas transmutare, adjuvante praepriis archimandrita Antonij Chrapovickij, tunc temporis Academiae rectore (nunc. episc. Volynensi).

Dirigente nunc professore J. P o p o v prodeunt menstrui fasciculi semper cum approbatione Academiae rectoris, episcopi Eudokimi.

Publicatio haec, cui adduntur russicae versiones operum ss Patrum, modo s. Theodreti, ep. Cyrrensis, complectitur tractatus

disciplinae theologiae, philosophicae et historicae potissimum a professoribus Academiae Moseoviensis elucubratos, conspectum graviorum eventuum vitae ecclesiasticae quam in Russia et orthodoxo Oriente tam in regionibus occidentalibus praesertim slavicis, relatione Academiae, recensioni librorum, bibliographiam theologicam etc. In additamento secundo publicantur varia scripta, praesertim protocolla Consilii Academiae e. a.

P. Тихомиров: Каноническое достоинство реформы Петра Великаго по церковному управлению (Valor canonicus reformationis Petri M. concernentis potestatem ecclesiasticam) I, 75—107, 217—248. Tichomirov subicit analysi opus a Petro M. peractum, — ad quod utitur tum documentis ad hoc spectantibus tum auctoribus, qui de hac re scripserunt. Dividit suum thema in duas partes: prima est, quomodo reformatio Petri peracta fuerit; — secunda, qualis sit haec reformatio in se tum secundum decreta tum in praxi.

Petrus M volens ecclesiam in Russia reformare, usus est hunc in finem solo Th. Prokopovič, ep. ex Pskovsk, qui composuit »Лиховный Регламентъ (eccles. Regulamentum), et probabiliter etiam »decretum« de constitutione »s. synodi«. Per centurionem jussit imperator colligere episcoporum subscriptiones mandans, ut si quis episcopus renueret, causam scripto explicaret. Decembri 1720 finita est subscriptio, 25. Jan. 1721 editum est decretum »s. synodum« constituens. Et sic sine episcoporum consultatione »reformavit« ecclesiam (p. 83). »Episcoporum tunc tantum recordatus est, cum de subscriptione constitutionis ageretur« . . . »quo pacto ii, qui potestatem legislativam habent, deprimuntur ad conditionem consiliariorum« . . . »Sed et hoc solum apparenter iis reliquit. Petrus indigebat solum illorum subscriptione« . . . »Ideo mittit centurionem colligere subscriptiones. Demonstratione autem opus non est, illam peractam esse non sine vi: exigentia declarationis in scripto, si subscribere quis nollet, aequabat minas iudicii« (p. 84). Quod ultimum comprobatur poenis, quas perpessi sunt ii, qui Petri M. consiliis contrariabantur. »Immo nulla synodus approbavit Petri M. reformationem . . . Restat igitur: introductam ab eo reformationem »подвести подъ категорию ,посягательства на права церкви' (nihil aliud esse nisi rebellionem contra ecclesiae jura)«. Nec subscriptione quid obtinuit, quia episcopi non libere subscribebant, »s. synodus« apud majorem hierarchiae partem per longum tempus non reputabatur legitima potestas. Clerus et monachi non raro debitam denegabant reverentiam. »Magnus numerus fuit eorum, qui contenti non erant ,s. synodi, constitutione« (p. 89.). Ideo Prokopovič coactus est scripto defendere suum opus. Immo quod Patriarcharum Orientalium approbationem attinet, solum Constantinopolit. et Antioch. approbarunt idque post duos demum annos a »s. synodi« constitutione; alii nihil responderunt.

Deinde analysi subicit decreta, quae ad hanc reformationem spectant: Causa hujus reformationis, inquit, fuit bonum temporale regni; argumenta, quibus Prokopovič hanc stabilire vult, non habent vim canonicam: »dignitas hujus reformationis dijudicatur ex ejus pro regno utilitate« (p. 92); ecclesiam subjecit Petrus M. imperatori; in tertio enim puncto decreti sic legitur: »haec (synodus) autem tunc praeprimis fortis est, quando collegium (supremum ecclesiasticum) est sub imperatore et ab eo constitutum . . . illud constituitur voluntate imperatoris, ad illud designantur ab eo (imperatore), consilio inito cum ceteris, electae personae« (p. 97). Membra »s. synodi« omnino non sunt dioecesium repraesentantes, sed, ut dicit »Reglament«: »personae ab superiore potestate electae« (p. 223); verbo: non sunt »regimen ecclesiasticum«, sed »regni officiales« (чиновничество) (p. 223), officiaque eorum »policojskimi« (coactiva). Omnino consentimus, si legislationem Petri M. respicimus, regimen nostrae ecclesiae appellandum esse »caesaro-papismum« (p. 233). In decreto de »s. synodi« constitutione

legimus: »Imperatorem Russiae habere supremam divinitus datam potestatem in rebus ecclesiasticae disciplinae et regiminis« (p. 234). Quod et juramentum membrorum »s. synodi« demonstrat: »Confiteor cum juramento supremum iudicem hujus collegii esse Imperatorem Russiae« (ibidem). Quod usum attinet, »s. synodus' Imperatore inscio nihil peragebat« (p. 238). »Ex allatis exemplis patet: meliores episcopos, ubi poterant, paratos fuisse loqui contra duo mala in eccles. regimine: contra subjectionem potestati civili et contra defectum conciliaris regiminis (regiminis conciliorum)« (p. 243).

Potestas vero civilis semper conabatur subjicere sibi ecclesiam. Instrumentum ad hoc fuit »ober-prokurator s. synodi' primo ut inspector, deinde ut rector »s. synodi'. Ab a. 1824 »ober-prokurator' est minister in rebus legislationis et administrationis ecclesiae. In sessionibus imperialis »Sovëti« (consilii) et »Komiteti« (conventus) ministrorum »ober-prokurator' solus apparet ut repraesentans ecclesiam (p. 244 et 245). Episcopos vacantium dioecesium proponit »ober-prokurator', imperator autem eligit (p. 246).

Tichomirov scientificè procedit nec unquam praecipitat in argumentatione. Unum, quod non recte fecit, est, quod perpaucis tantum documentis illustravit, quomodo se gesserint episcopi et sacerdotes erga Petri M. reformationem. Alter defectus est mira de ecclesiae conciliari (sobornyj) regimine sententia.

S. Glagolev: Профессоръ Димитрій Голубинскій (professor Demetrius Golubiński) I, 130—162; — archim. Evdokim »Памяти Д. Голубинскаго« (Memoriae D. Golubiński) I, 162—188.

D. Golubiński (* 1832, † 23. Novem. 1903) fuit ab a. 1854 magister physicae et mathesis in Academia Moscoviensi; anno 1870 autem, quando haec cathedra suppressa fuit in omnibus academiis, obtinuit, ut Moscoviae erigeretur cathedra »scientifico-naturalis apologeticae', cujus ipse lector constitutus est; sicque ex professore ordinario decidit ad statum privatidocentis. Ut praepararet suos discipulos ad apologeticam, tradebat physicam et elementa chemiae et astronomiae. Talis cathedra solum Moscoviae existit, cujus institutionem solus Golubiński procuravit. Propter defectum similis cathedrae in aliis Academiis »apologetica«, ut praedixit Golubiński, »detrimentum passa est in Russia, et nullibi in occidente dominatur in disciplinis naturalibus tanta declinatio a religione sicut in Russia. Tractatus apologetici, secundum antiquos, non raro cum inscitia praecedentium antiquorum conscripti, serviunt potius contra eum finem, cujus gratia conscripti sunt. Philosophia perit in scholis ecclesiasticis« (p. 141). Golubiński fuit vir severus erga se, precationis amans, strictissime praecepta ecclesiae observans, pauperum adjutor, homo vere religiosus.

P. Světlov: Идея царства Божія въ ея значеніи для христіанскаго міросозерцанія. Богословско-апологетическое изслѣдованіе. I, 1—42, 425—448, II, 1—46.

Světlov hic continuat suam dissertationem ex magna parte iam anno antecedente publicatam (c. IX.). Agit de N. Nepljuev et V. Solov'ev, quorum scripta et opera »pulcherrima concio« (I. p. 3) numerari possunt. — Proponit autem eorum de »regno Dei« systema synthetice sentiendi ex illorum operibus desumptis opiniones suas comprobat. Nepljuev et Solov'ev, si inter se comparantur, uterque extendunt »regnum Dei« tum ad internum hominem tum ad societatem. Uterque ut »regni Dei« fundamentum a morem constituit; quo ex principio ut conclusionem deducunt, ex odio separatam esse ecclesiae unitatem. Ut vero »regnum Dei« perficiatur, postulant ecclesiarum reunionem. Sicut odia destruxerunt ecclesiae unitatem ita secundum Solov'ev amor est optimum medium et potissima conditio unionis ecclesiarum. —

De cetero auctor nimis deprimit dogma eiusque momentum ad regnum Dei verificandum. Auctor iudicat Solov'ev non reputasse

cum catholicis regnum Dei esse nihil aliud nisi ecclesiam (II, 3); — p. 8. vero dicit in eo esse Solov'ev meritum, quod ipse contra Tolstoj defendat: »regnum Dei ad verum perducit perfecte solum in ecclesia et per eam«; quod aliquam contradictionem implicat.

A. Lebedev: Взглядъ Толстого на историческую жизнь церкви Божіей (Opinio Tolstoj de vita ecclesiae Dei historica). I, 42—75.

Tolstoj dividit ecclesiae historiam in tres periodos: quarum prima est: vita primorum christianorum, »regnum veritatis et felicitatis«; secunda usque ad apostolorum Petri et Pauli mortem (Tolstoj nullam dat chronologiam, ex factis historicis demum, quibus Tolstoj utitur, reconstruit Lebedev chronologiam), initium interitus »regni veritatis« principiumque »regni mendacii«; tertia, regnum mendacii i. e. ecclesia. De »prima periodo« scripsit Lebedev anno praecedente. Nunc inquirat in sequentes periodos.

Sec. Tolstoj interitum regni veritatis effecerunt odium et rixae de circumcisione, de esu ciborum idolis oblatorum nec non »falsa« miracula, quibus quaevis christianorum fractio suam doctrinam comprobare conabatur. Ecclesiam Dei saec. III. esse excogitatam a diabolo nihilque eam esse nisi locum mendacii. At — sic loquitur Lebedev postquam factorum allatorum de secunda periodo censuram egit — Tolstoj »ad finem suum corruptit, falsificavit et sinistre interpretatus est facta idque contra eorum naturam et authenticum sensum« (p. 53) Contra tertiam periodum bona profert argumenta, defenditque praesertim ecclesiam Russicam, de ecclesia autem catholica, licet eam defendere non intendat, haec asserit: »Nulla tamen ratione negare licet illam (ecclesiam catholicam) etiam in tristi tempore medii aevi animum religiosum conservasse, qui etiam nunc temporis suas in illam exserat vires« (p. 63).

A. Lebedev: О происхождении актовъ вселенскихъ соборовъ (Quomodo acta oecumenicorum conciliorum orta sint?) II, 46—75. — Lebedev, notus historicus, tangit hac in lucubratione, licet parva, rem summi momenti. (Sub nomine »conciliorum oecumenicorum« apud Russos intelliguntur solum concilia ante schisma graecum.) Inquirat nempe primo, quis nam et quam cum diligentia conciliorum acta conscripserit; secundo, quomam ex concilio nec non quam ex causa accurata rerum omnium in concilio actorum descriptio originem suam ducat. Utitur vero ad suum studium praeter alia praesertim Collectionibus conciliorum a Mansi editis. Secundum Lebedev triplex erat genus scriptorum (quod et comprobatur documentis ex conciliis desumptis): »notarii seu *ὀργανογράφοι*«, publici nempe ipsius concilii scriptores: ad eorum munus pertinebat omnia in concilio acta accurate conscribere, finito autem concilio acta in ordinem redigere, et post concilium acta diligenter asservare; quin etiam »eos habere possumus actorum conditores eodem modo atque alia membra concilii« (p. 51). Ad secundum genus pertinebant »exceptores«, qui comitabantur magistratum civilem. Tertii autem generis scriptores erant de comitatu singulorum episcoporum. Eorum munus erat describere praesertim suorum episcoporum acta, ne postea »ejus verba corrumperentur« (p. 53). »Sic autem factum est, ut notarii singulorum episcoporum fungerentur inspectorum munere relate ad ipsius concilii scriptores« (p. 53). —

I. et II. concilium non ediderunt publicos actorum commentarios, sed praecipua tantum documenta, ut symbola et canones; in III. et IV. concilio autem omnia accurate conscribebantur, quorum exemplum concilia sequentia secuta sunt. Causa vero in III. concil. tali modo agendi erat ea, quod s. Cyrillus voluit se defendere a Johanne (patriarcha Antiocheno), qui suam celebrans synodum omnia accurate conscribi jussit. Concil. vero IV., quia annullabat »latrocinium Ephesinum« et pseudo-synodum Constans. 448., omnia in iis pseudo-synodis acta recensuit: immo et sua acta accurate conscripsit.

P. Světlov: Старокатолическiй вопросъ въ его повѣсть фатусъ (Quaestionis »catholicorum veterum« novus status.) I, 281—317. — Jam a decem annis pertractant Russi et »Veterocatholici« de novo quaestionem de Russorum et Veterocatholicorum ecclesiarum unione. »Hisce disceptationibus eluxit: Veterocatholicos quoad essentialia puncta idem sentire cum Russis« (p. 281). Immo jam eo perventum est, ut hanc unionem »minime impeditura sit doctrina Veterocatholicorum sequentium opinionem Patrum de processione Spiritus S. a Patre per Filium, licet ea non sit in Oriente, Russiave divulgata, multo minus quod non utuntur verbo ‚transsubstantiatio‘ a scholasticis excogitato« (p. 282). At posuerunt ultimis temporibus Russi obstaculum: arguunt nempe Veterocatholicos, eos de ecclesia non recte sentire. Objiciunt vero iis duos errores: Veterocatholici enim in ecclesia duplicem partem distinguunt, visibilem et invisibilem, et secundo nulla ratione admittere volunt ecclesiam Russicam esse oecumenicam. Quoad primum ostendit Světlov, Veterocatholicos idem tenere ac Russos; quoad secundum vero, »si recentiores Russiae theologi excipiantur, ante 18 annos Russos, saltem melioris notae theologos, ecclesiae Russicae non adscripsisse oecumenicitatem« (p. 308). Ideo concludit, hac in re non esse culpandos veterocatholicos (p. 314). Ad dendum est, Světlov etiam hoc in articulo obscura, si non falsa, tradere de ecclesiae ‚visibilitate‘.

N. Preobrašenskij: Изъ очерковъ современнаго англиканства I, 362—394. — Inquirit citatus auctor de ‚ritualismo‘ quem vocant et de cleri statu ejusque laboribus. — Episcopi anglicani, licet nulla ratione admittere velint ritus a reformatoribus rejectos, tamen laudandi sunt, quia conantur liberare se a comitiorum potestate et subjicere sibi magis sacerdotes. — Unum ex praecipuis defectibus in eo cernit, quod dogmata anglicanismi a singulis aliter et aliter explicari possint.

V. Sokolov: »Откликъ на призывъ« (Responsum ad quaesitum.) I, 484—522. — A. 1903 m. Septembri inviserat Russiam ep. anglicanus ex America Grafton, membrum »congregationis relationum cum aliis ecclesiis.« In suis orationibus in Russia habitis et scriptis dixit: »ego quidem confiteor septem sacramenta, septem synodos oecumenicas, conversionem in Eucharistia et alia, quae tenet ecclesia Russica« (p. 491). Notandum est, similes necessitudines Anglicanis cum Russis fuisse jam et antea. Itaque Sokolov scripta et confessiones a Grafton editas analysi subjicit inquirisque, quales sint in rebus fidei differentiae inter Russos et Anglicanos. Additque simul episcopum Grafton melius sentire quam alios episcopos anglicanismo addictos. Ad sequentia autem puncta recidit difficultates: Anglicani dicunt, omnes confessiones, quantumvis in fidei dogmatibus inter se dissentiant, esse ecclesiae universalis partes, Russi e contra omnem confessionem, quae fidei integritatem non servarit, ex universalis ecclesiae corpore excludunt; Anglicani obscura, immo falsa docent de conciliorum auctoritate, quod a Russis quam maxime alienum est; Anglicani negant transsubstantiationem et admittunt solum spiritualem, non realem praesentiam Christi in Eucharistia; »in decretis Tridentini — ita respondet auctor ad quaesitum Grafton de transsubstantione — de conversione (o ‚pepamenii) et transsubstantiacione (прецумествленiи) pan s et vini in Eucharistiae sacramento nil invenitur, quod doctrinae ecclesiae orthodoxae contrarium sit« (p. 512); Russi quoque Sanctos colunt, quod Anglicani facere renuunt; Anglicani in suo catechismo duo tantum habent sacramenta, quod est contra Russorum doctrinam; dubitant denique Anglicani de 7. concilio oecumenico, quod est contra persuasionem ecclesiae russicae. — Notandum est, Sokolov conari ostendere, ecclesiam catholicam ne partiale quidem membrum esse ecclesiae universalis, neque eum intelligere, quo sensu catholici B. M. Virginem »co-redemptricem« appellent.

A. Kirëev: »Отвѣтъ профессору А. Керенскому« (Responsum professori Kereńskij). I, 522—546. — Kereńskij, crisi subiciens Kirëevi lucubrationem »Старокатолики и Вселенская Церковь«, objicit ei praeter alia et id, quod Kirëev arguat ecclesiam Russicam: eam ex negligentia vel malitia unionem cum »Veterocatholicis« impediisse. Ad haec respondet Kirëev in praesenti articulo. Eo autem procedit, ut dicat: Veterocatholicos in dogmatibus cum Russis idem sentire, et »futuros theologos e scientiae templo ejecturos multa a recentioribus excogitata« (p. 534). Tenendum esse ait, quod tenuit antiqua ecclesia, omne aliud rejiciendum. — Dicit quoque, apud Russos doctrinam »de transsubstantiatione« non esse communem, sed solum quorundam singulorum, dicit itaque consentiendum esse cum acatholicis, qui praeter praesentiam Christi in Eucharistia nihil admittunt. Generatim Kirëev etiam hic sicut iam in aliis suis tractatibus magis se ostendit agitatorum, quam theologum. Objective tamen in hoc processit, quod dixit cum Photio: »multos magnosque sanctos et ecclesiae patres tenuisse doctrinam de filioque« (p. 524); et multos (dicendum erat omnes fideles) in Russia docere transsubstantiationem (525 sqq.). At multa quoque sine ulla ratione objicit ecclesiae catholicae. M. H.

Борословскій Вѣстникъ 1905. 1—3: М. Tarëev, Spiritus et corpus. Auctor vult hic proponere relationem inter doctrinam christianam et formas vitae practicae, deducendo principia ex conceptu evangelicae libertatis. Quaerit rectam viam inter sententias Tolstoj et sic dictum »neochristianismum«, prout eum docent Merežkovskij et Rozanov. — J. Póпов, Mystica ascetismi Macarii aegyptiaci vindicatio (Finis seq.). — A. Spasskij, Conversio imperatoris Constantini Magni ad rel. christianam. Non evenit interna evolutione religiosi sensus ejus, sed externis eventibus plus minusve fortuitis. Apollonis cultor strenuus Romam et cum Roma deos capitolinos hostiliter petiturus, rem suam ipsorum tutelae committere non est ausus. Ab hoste pressus secundum temporis superstitionem alium patronum divinum imploravit, deum christianorum, cuius notitiam iam diu habuit. Faustis faustioribusque eventibus regiminis sui religioni christianae propius accedit eamque in dies magis protegit. — S. Glagolev, Religio vitae fundamentum. Necrologus in memoriam defuncti Academiae professoris linguae hebraicae et archeologiae biblicae P. J. Gorskij Platonov, auctoris plurium librorum historici et exegetici argumenti. Sequuntur aliqui sermones in laudem defuncti ab Academiae professoribus exarati. — P. Světlov, Quaestio veterocatholica in prelo theologico anni 1904, ad quaestionem ecclesiarum reunionis et doctrinae de ecclesia. Theologia, cuius est omnes Christi fideles in unam universalem ecclesiam colligere, finem suum aliis quam hucusque mediis prosequi tenetur. Confessionalismus, quo ducta quaelibet ecclesia semetipsam tanquam unice veram proclamans, aberrationes et digressiones alterius ecclesiae in maius extollit, vano patriotismo aequiparatur, in iustitia aliis gentibus exhibita patriae prodicionem videnti. Prouti apologetica christiana ecclesiasticas singularitates postponens, universales et quasi interconfessionales fundamentales veritates religionis christianae defendit, sic etiam territorium omnibus ecclesiis commune potest inveniri, eo potius, cum omnes respectu historicorum factorum supernaturalis revelationis ac respectu fundamentalium fidei articulorum, prouti in symbolo apostolico, nicaeno et athanasiano leguntur, consentiant. Doctrina de numerice una externa ecclesia primo aevo christiano ignota est. Illo tempore charitas principium unitatis fidei format. »Factus sum Judaeis tamquam Judaeus etc.« (Cor. IX, 19—23.). Hisce praemissis, factaque mentione conatus americanae ecclesiae episcopalis (anglicanae) appropinquationem vel unionem cum ecclesia orthodoxa respicientis (1903), ostenditur, quomodo etiam in tractata quaestione de unione ecclesiae veterocatholicae cum ecclesia orthodoxa praecipue

differentiae respiciebantur et quomodo hisce impedimentis superatis nuper demum quaestionis solutio nova difficultate est impedita, controversa scilicet conceptione ecclesiae veterocatholicae. Huius controversiae literaturam polemicam a. 1904 articulis A. A. Kirëevi causatam auctor brevem conspectum refert, aliamque, quam auctoris ipsius duo tractatus excitarunt, proxime referre promittit. Controversia in eo versatur: Pertinet-ne ecclesia veterocatholica ad ecclesiam universalem? Quae quaestio arte cum alia cohaeret: pertinent-ne ecclesia romana, a qua veterocatholici discesserunt, ad ecclesiam universalem? A. A. Kirëev eam contra oppositam igumeni Sergii opinionem, sequenti modo solvit: Veterocatholici ecclesiam romanam vere repraesentant, illam scilicet, qualis erat usque ad suam ab ecclesia universali separationem (saec. XI). Non possunt igitur tamquam advenae tractari, advenae scilicet, qui e statu non ecclesiastico in ecclesiam demum ingrediuntur, quapropter eorum cum ecclesia orthodoxa unio sola publica declaratione ipsorum orthodoxiae perfici potest, non cessante tamen discrimine quorundam dogmatum et opinionum propter suam divulgationem speciem dogmatum habentium. Tota controversia votis ecclesiae orthodoxae quam unionis perficiendae probabilitate excitata, venditionem pellis ursi nondum occisi in memoriam reducit. — V. L. Tihomirovoj, *Pervyj period hristianstva v Japonii*. (Religionis christianae in Japonia prima periodus.) Legatio christianorum Japoniae principum ad Pontificem Gregorium XIII. Initium persecutionum sub imperatore Taiko primique martyres. Enarrantur varia tormentorum genera (mučenie v jamach, in cavernis, mučenie vodoj) et poena quatuor Portugaliae legatorum una cum multis ex eorum coetu. In fine memoratur martyrium ultimum missionariorum et religionis christianae in Japonia extinctio. — S. J. Smirnov »De confessione et poenitentia in antiquis Orientis monasteriis.« (»Ispověđi pokajanie v drevnich monastyrych Vostoka.«) Auctor describit initio in genere disciplinam poenitentiae in antiquis monasteriis, imprimis sacramentalem confessionem publicam et poenitentiam publicam. Quibus sublatis locum accepit sic dicta »starčeskaja ispověđ,« confessio monachi coram suo spirituali patre, moralis et disciplinaris ordinis causa instituta. Erat confessio haec potius debitum pium exercitium, cui elementum sacramentale — secundum auctorem — deerat, nihilominus evolvebatur et formabatur iam in institutionem confessionis sacramentalis. — E Novo Testamento profert M. D. Muretov exegesis 1. Cor. 13¹² sub titulo: *Znanie otčasti i samopoznanie.* In graeco textu: »ἀρτι γυγνώσκω ἐκ μέρους, τότε δὲ ἐπιγνώσσομαι καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην« interpretatur aoristum »ἐπεγνώσθην« non ut passivum, sed medium tantum ita, ut in versione hunc sensum obtineat: »teper otčasti uznaju, togda'ž poznaju tak, kak i (ja sam) poznalsja.« Cognitio nostra terrena differt ab illa post mortem futura prouti cognitio rerum visibilium mediantibus sensibus corporeis comparata earumque superficiei solummodo insistens a cognitione sui ipsius, penetrante usque ad intima proprii »ego.« — S. Scripturam respicit etiam elucubratio V. Rozanovii: »Soderžanie i prostranstvo zapovědi: ne preljubodějstvuj.« (Argumentum et extensio praecepti: non adulterabis!) et adnotationes statim ad eam sequentes a prof. P. V. Tichomirov, qui aperte fatetur, Rozanov intendere in divortium facilius reddendum, legumque huc spectantium rigorem relaxandum. — Referuntur praeterea in unoquoque fasciculo conditiones et status religiosae vitae tum in Russia, tum in aliis terris Slavorum et Europae Occidentis, prouti et conspectus interioris vitae Academiae. — E publicationibus periodicis. Sub hoc titulo constans rubrica relationum de vita ecclesiastica ac civili aperitur, ex ephemeridibus dioecesanis aliisque diariis haustarum. — Bibliographia. Resensentur novae publicationes theologicae. — Propriam paginationem habent in fine cuiuslibet fascic. appendices, ubi in lucem

eduntur: »Autobiografičeskija zapiski Vysokopreosoј. Savvy, Archiepiskopa Tverskago, et Žurnaly Sovèta» Academiae (protocolla a. 1904. in pleno tenore).

Dr. L. Petr & Fr. Jemelka.

Церковный Вѣстникъ (Cerkovnyj vĕstnik), еженедѣльный журналъ, издаваемый при с. петербургской духовной академіи. 1905. N. 1—5. Redactor A. Roždestvenskij, professor academiae Petropolitanae.

Editur singulis hebdomadibus. Additamentum pro mense Januario: »Integrae collectionis operum seti Joannis Chrysostomi tom. XI.«

Russia a. 1904. — Ius canonicum. Secundum legem de 28. Maji 1904 licet et parti, quae adulterii culpam admisit, novum matrimonium inire sub conditione epitimiae (poenitentiae) septem, ad minimum duorum annorum a competentis ecclesiae praesule adiudicatae. (Lex ex necessaria consequentia confecta. Cum ecclesia orthodoxa solutionem matrimonii adulterii causa admittat, iuridico et dogmatico respectu certe non potest coniugem adulterio reum ligare matrimonio, quod iam non existit et cuius pars insons iam aliud matrimonium inire potuit). — Studium et activitas cleri eruditiva ac literaria incrementum capiunt. Clero patent cursus archaeologici et historici, in singulis dioecesibus constituuntur ecclesiastico-historicae societates ad studium ecclesiasticarum antiquitatum localium promovendum, Moscoviae ab ejusmodi commissione publicantur descriptiones ecclesiasticorum monumentorum Moscoviae (Груды комисіи по описанію церковныхъ памятниковъ г. Москвы). Petropoli, Moscoviae aliisque urbibus fiunt extensiones superiorum scholarum theologiarum ad eruditionem laicorum in quaestionibus ecclesiastico-religiosis sublevandam. — Missiones internae et externae. Edicto imperiali de 12. Dec. 1904 confirmantur constitutiones tolerantiae erga fideles non orthodoxos ac schismaticos Russiae (къ иновѣрцамъ и раскольникамъ), ordinandaeque rationes statim in eundae ad omnem oppressionem hoc respectu amovendam. Ex hoc novo rerum ordine commendantur clero parochiali ex parte episcoporum organisationes fraternitatum orthodoxae missionis e laicis consistentium. — Extra Russiam bello interrupti sunt labores missionarii in Corea, et quod adhuc institutum, curae consulis Galliae commissum est. Missiones Urmiae cum successu prosequuntur. Bruclini in America alter vicariatus missionis aleuticae institutus est — Orthodoxus Oriens anno 1904. Ecclesia constantinopolitana. Litteris encyclicis patriarchae constantinopolitani Ioakimi omnes autokephalae ecclesiae orthodoxae sive litteris sive synodis ad pertractandas res communis commodi universalisque ponderis excitantur. — Ecclesia Hierosolymitana. Patriarcha Damianus consilium ecclesiam Mudzadellae (eparchia Nazareti) aedificandi, scholamque Jaffae instituendi cepit. In seminario Sanctae Crucis Hierosolymis anno elapso 60 alumni ad usum totius Palaestinae educabantur, a Patriarchatu Hierosolymitano novae litterae periodicae Novus Sion publicantur. — Ecclesia Alexandrina, Antiochena, Cyprensis, Linaica, Atheniensis. — Ecclesiae slavicae. In Dalmatia prohibitio slavicae liturgiae secundum libros glagoliticos actae commentatur. Respectu Bohemiae, Moraviae et Silesiae mentio fit certaminis Bohemorum cum adversariis nationalibus eos in providendis culturae indigentibus impediens. — Occidens anno 1904. Ecclesia catholica. Novi pontificis benigna aestimatio fit ejusque reformatoriae actionis respectu cantus ecclesiastici (liturgici libri cum authenticis melodiis gregorianis secundum manuscripta Benedictinorum gallicanorum restauratis prelo dantur) necnon respectu novae codificationis constitutionum ecclesiasticarum, cujus executio speciali commissioni Cardinalium, quibusdam episcopis et canonum doctoribus accersitis tradita est. — Annales vitae ecclesiasticae ac civilis extra Russiae fines. Viennae circulus linguae russicae amatorum constitutus est, ubi lectiones lingu-

sticae ac literariae russicae habentur (No. 2). — In patriarchatu Constantinopolitano octo metropolitae personalibus particularibusque motivis ducti schisma cum patriarcha Joachymo III. inierunt (No. 2). — Populi oppressi in finibus Galiciae ac orientalis Hungariae degentis (populi rutheni) tristis mentio fit. Populi lingua e scholis, seminariis focusque a Hungariae gubernio expulsa, modo in ultimo eius asylo, ecclesia, hostiliter oppugnatur (No. 4). — Ex libris recensitis notentur: Glagolev »Islamus« (1904); Vasil'ev, »Iter Sinaiticum a. 1902« (1904). Petrov, »Cursus historiae literaturae russicae« (usque ad annum 1894 continuatus), 1904. — Desideria vitae parochialis. Conscientiae libertas Russiae schismaticis et heterodoxis concessa et a prelo orthodoxo tamquam iustitiae actus laudata, necessitatem revisionis legum orthodoxos prementium involvit. Quam parochio tam parochianis in pluribus maior libertas et independentia concedatur, ne novae conditiones e confessionali libertate oriundae in damnum orthodoxiae evadant. — Responsa ad quaestiones theologiae pastoralis. — Praesentes conatus papales. Litterae ex Italia. Universalis congressus in honorem B. Mariae V. occasione 50. anniversarii dogmatis de immaculata Conceptione b. Mariae V. Romae habitus in fine sessionum suarum fideles invitavit, ut copiose ad societates accederent, quae sibi finem Slavos ad unionem reducendi sub patrocinio B. Mariae V. proposuerunt. Exstant eiusmodi societates ac congregationes Romae, una etiam Constantinopoli. Conamen mediante dogmate immaculatae Conceptionis orthodoxos ad Ecclesiam occidentalem reducendi eo insipientius declaratur, cum dictum dogma tamquam haereticum (!) novum unionis impedimentum creaverit. Genesis dogmatis historice explicatur. — Annales vitae ecclesiasticae et civilis in Russia et extra Russiae fines. Dr. L. Petr.

Труды кіевской духовной Академіи 1904. Кіевъ. (Commentarii menstrui, singulis annis 3 tomos efformantes.)

N. Muhin »Голосъ Тевтона о славяно-русскомъ цѣлѣ« (Vox Germani de re slavico-russica I., 10—46) censuram facit de eis, quae prof. Brückner de Slavorum apostolis Cyrillo et Methodio in Nr^{is} 163 et 164 »Beilage zur allgemeinen Zeitung« scribere ausus est. Brückner enim illos apostolos descripsit inimicos Slavorum et haereticos. At Muhin rejicit opiniones eius. Professor Brückner nullum adducit fontem, ex quo deponit sua argumenta, proin non secundum artis praecepta nec valde critice scribit; false, saltem partialiter, exponit historiam interitus regni Bohemorum et R. Pontificum relationes ad slavicum liturgiam et alia. Simili modo de Methodio scribit, ac si ille rejecerit, non solum non recitarit, in symbolo additum »filioque«

V. P. Rybinskij, »къ вопросу объ отношеніи Библіи къ Вавилону. Раскопки храма въ Ниппурѣ« (Quaestio de relatione scripturae ad Babylonem. I., 46—59). Auctor hic solum refert, quae H. V. Hilprecht in suo opere: »Die Ausgrabungen im Bel-Tempel zu Nippur. Leipzig 1903« scripsit.

Th. Titov: »къ вопросу о значеніи кіевской Академіи для православія и русской парохіи вв. XVII—XVIII. (I. p. 59—101). (Quaestio de influxu Academiae Kioviensis in orthodoxiam et russicam nationem.) — Jabłoński in sua publicatione (cf. Kwartalnik Historyczny 1902, n. 4) describit hanc academiam ut opus latino-polonici cultus ideoque ejus naturam in se impressam habentem — ut mediatricem inter Orientem et Occidentem, — quae utpote tota quanta a polonicis academiis dependens interierit et alium organismum loco sui successum haberet — denique ut propagatricem »separatismi« inter Russos et Ruthenos Commentationis auctor rejicit ejus opiniones; at nescio effeceritne, quod intendebat.

P. P. Kudrjavcev, »Къ характеристикѣ современнаго эмпиризма« (I., p. 101—143, p. 369—416) (Critica hodierni empirismi). Enarrata

breviter historia empirismi a primis ejus cunabulis nec non descripta philosophiae historia saec. XIX. accedit ad criticam vel potius historiam hodierni empirismi. Breviter adducit summa ejus principia, praecipue Mach et Avenarii. Dissertatio hoc commodum habet, quod interdum notat quaedam de philosophiae evolutione in Russia. Sed nescio quo iure ad Hegelii sequaces adnumeraverit S. Augustinum. — Deinde quaedam de empirismi evolutione tempore antiquorum Patrum non accurata habet.

P. J. Linickij, »Значеніе філософії для богословія« (I., 143—154, II., 208—276: 5. fides et scientia 6. libertas conscientiae 7. amor christianus). P. Linickij prosequitur ulterius sua studia (ex Trudy k. d. a. 1903). Slavianofili et Occidentales solvebant hanc quaestionem ex puncto sociologico-politico. Nunc vero temporis, cum in Russia disciplinae naturales prae philosophia et classicismo dominari coeperunt, quaestio esse tantum potest de relatione inter ,naturale, et ,supernaturale'. Duplici autem modo sec. varias scholas intelligitur »naturale«: Vel id dicunt conveniens cum legibus naturae et supernaturale contradicens ejus legibus — vel similitudinem et continuitatem eventuum sese excipientium. Explicat dein suam rectam opinionem. In secundo puncto agens de conscientiae libertate, ecclesiae esse ait: α) propagare fidem et β) instituere suos subditos in scholis et societate secundum principia fidei; — regni vero civilis esse adjuvare ecclesiam in rebus ad fidem spectantibus. — Concedere cuivis, ut possit credere, quod vult, suasque subjectivas opiniones propagare, esse maximum malum pro hominibus rudibus et pro ipso regno civili. Regnum tamen rejicere debet intolerantiam relate ad alterius fidei sequaces. — In tertio puncto disserit de amore ut fundamento vitae christianae. Multum hic cernitur protestantismi influxus, cum fidem ante omnia ponat. Non intelligit quoque ecclesiae cath. doctrinam de fide; — secundum auctorem vita christiana non omni ex parte evoluta est in eccl. catholica. Negat inferni aeternitatem. In hoc tertio puncto est nimis obscurus.

D. Bogdaševskij, »О Церкви« (De ecclesia). (I. 167—197.) Etiam libello separato editum est (Kiev 1904). Inquirat, quid sit Ecclesia. Quod satis bene praestat in prima parte. In secunda autem parte indignationem effudit in eccl. cath., eam non esse veram ecclesiam, mortuam, quae multa ex dogmatibus mutaverit—at Ecclesiam graecam, praecipue Russorum, utpote veram esse dogmatum conservatricem, id quod confirmat dictis — cuiusdam episcopi anglici. Studetque solvere oborientes difficultates: α) ex dependentia ecclesiae in Russia ab caesare, quod rejicit (p. 188) dicens: populus eligendo Michaelē in imperatorem contulit ei sua jura, quae habuit. Inde propter hanc electionem imperator factus est caput ecclesiae ita tamen, ut in rebus ad fidem spectantibus nullam habeat potestatem. β) Quod autem patriarcha ultimus depositus sit, hoc factum esse cum Orientalium patriarcharum consensu. At historia aliter saltem quoad secundum factum docet.

D. Višnevskij, »Направление образования въ кievской Академіи въ первой половинѣ XVIII. столѣтія« (Status studiorum in Academia Kioviensi 1701—1750). I., 276—286. Auctor enarrat conclusiones, ad quas studendo 8 annos, pervenit. In periodo nempe ab a. 1701—1750 haec possumus in Academia conspicerē: 1. studium avertendi discipulos ab academiis polonicis, — 2. organisationis norma in Academia desumpta est a scholis Jesuitarum et Piaristarum, — 3. Tempore hoc, studia nondum fuerunt bene evoluta et organisata, — 4. Longius progressa erant rethorica et dialectica; — 5. Procedente tempore Prokopovič praeunte nonnulli professores studia Academiae reformare voluerunt, sed non multum effecerunt, idque: 6. propter professorum paucitatem et linguae graecae imperitiam usque ad a. 1740, 7. quia utebantur operibus catholicorum de dogmate tractantibus, ideo interdum propagata est doctrina catholica; 8. Summa Academiae laus sec.

auctorem in eo posita erat, quod defendebat orthodoxiam, protegebat Russos a Polonis et instituebat futuros viros, qui propagaturi erant doctrinas in tota Russia. — Haec efficiunt summam auctoris inquisitionum, quas publicavit in sua dissertatione »Academia Kioviensis annis 1700—1750«, Kiev 1903.

A. Dmitrievskij, Приѣздъ въ Астрахань восточныхъ патриарховъ Пансія Алексаид. и Макарія Антиох. и священное съ нимъ учрежденіе здѣсь митрополіи« (Adventus in Astrachan patr. Paisii Alexand. et Macarii Antioch. et institutio ibidem metropoliae) (I., 317—359). Cum patriarchae Macarius Antioch. et Paisius ab Alexio imperatore vocati venissent in Russiam, in via sua ingressi sunt in Astrachan, ubi eos cum pompa archiepiscopus Josephus excepit. Qui eos comitabatur usque Moscoviam, ubi 2. Julii 1667 Astrachan mutata est in metropolim, ita tamen ut metropolita tertium locum occuparet inter alios metrop. et ut possit induere sakkon. — Hic tractatus etiam separatim est editus. Kiev 1904.

D. J. Bogdaševskij, Екзегетическія замѣтки (Adnotationes exegeticae) I., 442—449; II., 304—330. I. B. breviter explicat sensum parabolae de villico iniquo (ex versibus Luc. 16, 8—13). II. (I, 445—449). Prof. acad. Moscoviensis M. Tarëev (Bog. Vëstnik 1903, n. 9—10) Jo. 8, 44 vertit et explicat hoc sensu: (Diabolus) loquitur mendacium (calumniatur), etiam Patrem suum (Deum!) esse mendacem; B. ostendit hanc explanationem esse miram et impossibilem. — Idem Tarëev ultima verba Jo. 10, 12 σκorpionίζεи τὰ πρόβατα refert ad pastorem, acsi sensus esset: lupus rapit (oves) et mercenarius (per incuriam suam) perdit oves; quod B. refutat. — Haec vehementi pugnae inter Tarëev (Bog. Vëst.) et Bogdaševskij (Trudy II., 314—330) occasionem dederunt. — In 2. serie suarum adnotationum (II., 304—330) B. praeter polemica cum T. explicat difficilem locum 1. Cor. 7, 14 (304—310); liberi matrimoniorum mixtorum, de quibus ap. loquitur, ideo »sancti« dicuntur, quia ad baptismum et ad religionem christianam suscipiendam praedestinati iam non sunt liberi paganorum; vir autem infidelis, »sanctificatus est per mulierem fidelem«, non quo matrimonium per fidelem partem legitimum factum sit, sed quod e tenebris et commercio cum mundo peccaminoso ereptus et in societate christiana collocatus est. — Occasione e praeclaro libro: N. Sagarda, Prima Jo. ap. epistola, Poltava 1903. sumpta Bogdaševskij explicat 1 Jo. 2, 22; 4, 2; 5, 6 (310—314).

N. Petrov, »Значеніе кievской Академіи въ развитіи духовныхъ школъ въ Россіи« 1721—1750 »(Influxus Kioviensis Academiae in evolutionem scholarum spirituum in Russia 1721—1750) I., 520—578; II., 50—103. — Per decretum s. synodi Petropoli a. 1721 divisae sunt scholae in academias et seminaria ex una parte, et scholas episcopales ex altera parte Auctor hic describit primam ejusmodi scholarum evolutionem documentisque ostendit, quantum influxum in earum evolutionem Academia Kiov. habuerit. Ex illa enim magna ex parte sive mediate sive immediate magistri desumebantur.

L. Замѣтка скромнаго наблюдателя современныхъ нравовъ (I. p. 602—611) (Annotationes observatoris huius aetatis morum). — Proponit doctrinam Světlov, prof. in universitate Kioviensi, »de regno Dei« eamque firmis rationibus refutat. Doctrina autem Světlov in his continetur: Tolstoj, licet ejus principia nimis destructiva sint, simul tamen nova fundamenta jecit pro novo christianismo. In positivo hoc labore Světlov intendit perficere Tolstoji doctrinam. Veterem christianismum inquirere est »archaeologiae«, — ipse vero vult novum reconstruere christianismum, qui »regno Dei« concluditur. Quod regnum Dei etiam paganos complectitur, quia etiam extra ecclesiam salus est, cum »regnum Dei« morale, non juridicum sit consistatque in bona dispositione interioris hominis. »Regnum Dei« non est Ecclesia, sed totus mundus.

N. Makkaevskij: »Изъ истории воспитанія въ Россіи«. Педагогическія мечты Екатерины II. и Бейкаго. (Ex historia institutionis in Russia.

Pedagogica consilia Catharinae II et Beckij.) II, 124—173. — Saec. XVIII. fuit Russia tota quanta sub influxu liberalismi et philosophiae occidentalis. Inter alia etiam theoria Locke et Montaigne »de institutione« recepta est praecipuosque sui fautores et propagatores invenit Catharinam II. et Beckij, ejus lectorem. Hi nempe, suum populum a crassis moribus avertere volentes, nominatam theoriam in usu vitaeque exequi conabantur. — Multa inde Makkavejskij citat documenta decretaque ad huc spectantia (via ac ratione rem tractat). At illusi sunt reformatores finemque intentum minime assecuti sunt: non enim attendebant ad naturam hominis ejusque indolem nec ad id, quod res habent; — id tamen effecerunt, ut homines paulatim »de institutione« rectius cogitare conarentur. Et in hoc conatus illius momentum positum est.

M. Olesnickij: »Правственность древняго греческаго народа«. (Ethica antiquorum Graecorum.) II, 190—249. — Graeci, jam inde a Homeri et Hesiodi temporibus superato Orientalium pantheismo, primi humanae naturae dignitatem intellexerunt; — simul tamen objectiva lege neglecta, τὸ ἐγώ ut morum principium considerabant: ethica enim illorum consistebat in plena inter corpus et animam harmonia, — expetebant pulchritudinem, immo tota virtutis perfectio subijciabatur huic harmoniae ut ejus complementum. At ubi harmonia, ibi perfectio et pax, — ubi pulchrum, ibi suavitas et quies: ex hisce autem praemissis sua sponte profluebat optimismus Graecorum nec non morum relaxatio. Praeter nominatam harmoniam aliquid aliud ut consequens ex ea movebat Graecos: laudis et divitiarum desiderium; insuper cum civitas totam educationem regeret, labor pro patria optimum existimabatur. — Amor et amicitia fovebatur propter ejus utilitatem, — et licet harmonia impedierit erga alios tales excessus, sicut moris erat apud Orientales, nihilominus simul cum ea inhumana mulierum, infantium et servorum tractatio vigere poterant. Quin etiam sequentes sua morum principia, ad eorum normam deos quoque fingeant — Olympus enim eorum nihil aliud est quam opus artificiosum magna pulchritudine ornatum. — Publicatio haec Olesnickii via ac ratione elaborata tota nititur in operibus antiquorum Graecorum nec non in lucubrationibus specialibus. Assentiri ei tamen minime possumus in hoc, quod objectivam legem ex Graecorum conscientia eliminavit.

J. Stelleckij: Новый труд о жизни Иисуса Христа: »La vie inconnue de Jésus Christ«, N. Notović. Paris. 1894. (Novum opus de vita Jesu Christi: »La vie inconnue de J. Chr.«) II, 249—281. — Notović typis impressit manuscriptum a se inventum, sec. quod Christus fuit in Indiis ibique linguam sanscriticam edoctus principiisque buddhismi imbutus rediit in Palaestinam. Dicta a J. Christo conscripta fuerant in lingua sacra veteris buddhismi circa a. 200 p. Chr., quae ex Indiis translata sunt Neapolim, inde vero in Tibet, ubi Lchassae conservabantur. Dein verterunt hoc manuscriptum in linguam tybeticam, cujus translationes nunc temporis in buddhisticis monasteriis habentur; unum ex his exemplaribus vidit Notović. Quo in manuscripto vita Christi ab anis 12—30 ab Evangelistis non descripta enarratur, mythisque variis adornatur. Haec Notović. At praeunte Max Müller sequentia probarunt docti: Nullus Russorum fuit in illo monasterio — nullus ab 50 annis fuit ibi cum fracto pede, ut erat Notović — nullum tale exemplar de Christo invenitur nec inveniebatur neque in hoc neque in alio monasterio — nec anglici catalogi, qui praecipuos libros et manuscripta Buddharum habent, tale quicquam continent. Aliter: Notović simpliciter falsarius dexter fuit religionemque christianam e buddhismo originem duxisse probare conatus est. Sic Stelleckij.

V Čechovskij: Киевскій митрополитъ Гавриилъ Банулеско-Бодони (1799—1803). (Kioviensis metropolita Gavriil Banulesko-Bodoni). II, 338—432, 490—589, III, 65—109, 238—281. Banulesko-Bodoni, 1792—93 metropolita Moldaviensis, 1793—97 episc. Ecatherinoslavensis, 1797—

1803 metropolita Kioviensis, 1806—12 metropolita Moldaviensis, 1812—21 metrop. Bessarabiensis. Avidus gloriae ejusque strenuus quaesitor. Cechovskij prae oculis habet solum unam ex ejus vita periodum, tempus nempe, quando fuit metropolita Kioviensis; — rem autem scientifico modo tractat suasque opiniones multis documentis confirmat; vere labor ejus potest adnumerari operibus critico-historicis. — Banulesko itaque post citatum opus quoad hanc vitae suae periodum nunc temporis melius intelligitur; — tria autem Banulesko pro ecclesiae russicae bono peregit: confirmavit orthodoxiam, evulsa radicitus unione, nec non profligato vel minimo unionis cum Romana E. vestigio; similem quoque instituit administrationem in sua dioecesi, quae vigeat in ceteris Russiae dioecesibus: et ideo laudat eum auctor, cum tunc temporis dioecesis ejus constiterit magnam partem ex alienatis ($\frac{5}{6}$). At aliter uniti eum dijudicant.—Secundo Banulesko organizabat clerum cogebatque ad discendum et recte vivendum. Tertio laudi ei erit, quod omnibus viribus conatus est liberare suum clerum pauperem ab hac miseria, erexit nempe bona parochialia, — adjuvabat etiam viduas sacerdotum, nec non orphanos, et quod maximum est, evicit independentiam cleri et ecclesiarum adimendo a laicis patronatum juraque cum ipso tunc connexa. Animadvertendum tamen unum est: auctor, licet citet acta enarratque eventus, cum de Unitis tractat, etiam res evidentes minus recte exponit.

Th. Titov: Окончателный переходъ Кіева отъ Польши къ Россіи по договору о вѣчномъ мирѣ между ними въ 1686 году. (Traditio Kioviae, urbis Russiae.) II, 432—457. — Titov documentis innixus, enarrat multa inter Poloniam et Russiam pacta, in quibus agebatur de urbe Kiev, donec ultimatum pacto ex a. 1686 Poloni tum necessitate tum inconsideratione coacti, Kiev Russis tradiderunt. Commemorat quoque pauca de ipso pacto a. 1686, quo Russi tutelam acceperunt super Russos et non unitos in Polonia degentes. Hoc pactum impediabat conversionem schismaticorum in Polonia viventium nec non una ex causis fuit interitus regni Polonorum.

A. Dianin: Малороссійское духовенство во второй половинѣ XVIII. вѣка. (Parvae Russiae clerus in secundo dimidio saec. XVIII.) II, 588—629, III, 109—160. — A. 1766 14. Decembri convocavit Catharina II. commissionem ad condendum schema novi codicis. Qua in commissione erant etiam deputati e clero sua postulata proferentes: at solum episcopatus e Russia Parva exquirebat a subditis sibi sacerdotibus de eorum postulatis, alii autem episcopi ipsi postulata conscripserunt. Optime autem et latissime opus hoc perfecit dioecesis Kioviensis. Dianin itaque hujus dioecesis acta nec non postulata prae manibus habens historiam nobis praebet conditionis cleri in 2. dimid. saec. XVIII. in Parva Russia habitantis, opinionesque suas documentis confirmat. — Postulata erant haec: clerus adnumerabatur prius nobilibus iisdemque atque ipsi fruebatur juribus — nunc autem contemptus est nemoque ejus jura inviolata intactave servare vult; — prius fuit dives potuitque a Kozakis bona acquirere, — nunc autem non potest ab ipsis bona acquirere, — imo ipsius cleri bona diripiuntur, clerus oneratur vectigalibus, in miseria vivit; — prius habebat proprium forum judiciale, nunc autem cogitur ad forum civile; describitur quoque inscientia sacerdotum ruri degentium, tristis scholarum status, immo ipsa Academia Kioviensis propter paupertatem non potest bene fungi officio suo. Quin etiam bene depicta sunt rapacitas, perversitas magistratum, — tristis pauperum agriculturalium status, — nec non mala judiciorum organisatio.

N. Stelleckij »Соціалізмъ — его исторія и критическая оцѣнка съ христіанской точки зрѣнія« (Socialismus — ejus historia et censura iuxta christianismi principia) II., 469—490, III., 160—180, 381—400. — Exponit socialismi historiam ejusque brevem censuram facit. Commentatio tamen haec potius brevis socialismi historia censeri debet quam ejus

historia et censura: ita saltem apparet ex his, quae auctor jam edidit; nondum enim rem finivit. In omnibus quidem generatim objective intercedit, sed cum de catholicis agit, vel minus clare loquitur vel sinistre interpretatur (cf. III., 397): »Etenim (iuxta eum) Ketteler et Moufang per auxilium pauperibus datum conabantur subsidium praebere papali ecclesiae (p. 398), — Leo XIII. per encycl. »Rerum novarum, quae est »democratica papatus evolutio«, studebat sibi conciliare pauperes et operarios, ut ad suos politicos fines pervenire posset!

S. Golub'ev, *Объявительные параграфы по истории западно-русской церкви* (Additamenta declarativa ecclesiae occidentalis-russicae) III., 446—482. Quod Golub'ev scripsit, non est propria historia, sed expliatio nonnullarum historiae partium: novis enim documentis adhibitis veteribusque bene pervolutis quaedam tradit de episcopatu Josephi Gorbackij et Ignatii Stapušič nec non de duobus sibi contradicentibus documentis, quae ad Academiam Kioviensem pertinent. Quae commentatio novi quid nobis tradit de Immaculata B. M. V. Conceptione. Gorbackij, licet schismaticus episcopus, confirmavit Confraternitatis B. M. V. in Polock statuta 10. Junii 1651, in quorum principio haec consecrationis formula habetur B. V. M. . . . trado me tibi totum in mancipium et servum in Confraternitate »Непорочною Зачатію« (Immaculatae Conceptionis) . . . praesertim vero voce »ако по весь дни живота моего за непорочное и пречистое зачатіе твое застановлятися повиннаюмъ« (me debere defendere in tota vita mea puram et immaculatam Conceptionem tuam). »Consecratio haec«, ait Golub'ev, »ostendit, quomodo nominato tempore catholica de immaculata B. M. V. conceptione opinio omnibus viribus tradita, diffusa et defensa fuerit a Kioviensi Academia, in qua opinio haec, licet patriarchae e Moscovia contraria docere praeceperint, tradebatur usque ad prima decennia saec. XVIII. Kioviensem autem arch. Barlaam Jasiński ex suis libris doctrinam de immaculata B. M. V. conceptione eliminasse dicit auctor, propter patriarchae praeceptum, non ex sua persuasione.

G. Pesockij »Идея избавления и Избавителя у древнихъ культурныхъ языческихъ народовъ« (Idea salutis et Salvatoris apud veteres eruditasque gentes paganas) III., 502—579. — Pesockij ostendit, quomodo idea salutis eamque afferentis Salvatoris apud gentes paganas conservata custoditaque manserit: Pagani nempe conscii erant, se esse peccatores ideoque in suis precibus et hymnis invocabant Deum, ut peccata ab ipsis commissa dimitteret eosque punire desineret. Ita Buddhistae, Persae, Aegyptii, Graeci, Romani (cf. p. 511 - 524) variis diversisque orationibus placabant Deum ejusque misericordiam implorabant. Ideam autem hanc de hominibus peccatis gravatis conservatam tenebat etiam istarum gentium pessimismus (p. 525—528). Causam vero peccati tristisque status hominum putabant in hoc esse, quod in mundi principio homines peccaverint et per peccatum in hanc miseriam sese conjecerint. Omnes enim varios vitae status enumerant, primumque dicunt fuisse »aureum«, isque ut restituatur, Deum imprecantur. Videntes itaque praesentem mundi miseriam peccatorumque conscii desiderabant ab isto statu redemptionem, immo temporis progressu venturum redemptorem, qui eos a peccatis ceterisque malis liberos redditurus sperabatur. Nimirum innixi c. III., 15 Genesis, doctrinam, quam praedecessores eorum ipsis tradiderunt, pro sua indole sibi repraesentabant, variisque additamentis adultrabant; at semper ideam aliquam retinebant de ventura redemptione. Notandum tamen est: auctorem non distinxisse semper bene tempus ante Christum et post Christum — dein nescio, quomodo p. 505 haec scribere potuerit: »multos theologos catholicos non bene discernere paganismum et christianam religionem«.

Th. T(itov). »Критико-библиографическая замѣтка« (Critico-bibliographicae animadversiones) III., 633—656. Titov refert, quae Goetz in suo opere »Das Kiever Höhlenkloster als Kulturzentrum des vor-mongolischen Russlands von Dr. D. Leopold Karl Goetz. Passau 1904«,

scripsit. Sec. Titov Götze ponit initium vere criticae historiae hujus monasterii. Opinionibus auctoris generatim assentitur opusque solidum esse dicit.

Th. Titov: »Московский митрополитъ Макарій Булгаковъ« (Metropolita Moscoviensis Macarius Bulgakov) III., 33—65, 186—211, 400—434. Titov historiam suam prosequitur, quam in »Труды Киевской Академии« 1902 incepit et partim iam separate edidit.

A. Elčukov: »Теофилактъ Русановъ знаменитый русский иерархъ эпохи Александра I.« (Theophylactus Rusanov celeber russicus episcopus tempore Alexandri I.) III., 211—238, 434—447. Elčukov nondum finivit suam de hoc episcopo historiam. Pervolutis omnibus editis operibus et manuscriptis rejicit aliorum historicorum opinionem, qui tenebant Rusanov avidum gloriae et laudis fuisse. Rusanov natus est 1765, a. 1799 episcopus dioeceseos Kaluga, dein archiep. Rjazani, denique exarcha Grusiae. Homo doctus pompam quaerens, initiator reconstructionis Academiarum pro clericis, — bonus dioecesis administrator. Cum factus esset episcopus Kaluškij, — reformavit et reorganizavit seminarium et consistorium. A. 1806 electus est membrum S. Synodi; a. 1807 membrum »Commissionis reformatantis Academiis. Qua in commissione ipse fuit spiritus movens ipseque praecipua est causa legis ex a. 1809 de reformandis Academiis.

M. H.

SERBICA.

Bogoslovski Glasnik. (Pars reliqua.) Veljko Mirosavljević: Srpske veroučevne knjige u Austro-Ugarskoj u vremenu od 1690—1902 god. Istorijsko-bibliografski prikaz. — Libri Serbici instructionis religiosae in Austro-Hungaria temporis spatio 1690—1902. Historico-bibliografica exhibitio V. (1904).

Optime auctor fecit ordinem chronologicum eligendo; titulos autem ipsorum librorum communicat eodem modo, quo eos Šafařík in sua Geschichte d. Südslav. Literatur (herausgegeben von Joseph Jireček. Prag 1865) conscriptos habet. Hi libri (primus notus est ab anno 1717 sub titulo: Gramotik ili tčenia pismeni knižnago) quoad maiorem partem referebantur ad catechesim et liturgicam, psalterium autem et breviarium (časoslovъ) inserviebant ad discendum — legere. Antiquiores libri omnes merae sunt transcriptiones librorum, qui in Russia in lucem editi sunt, atque linguam quod attinet, conscripti erant in lingua „russico-slavica“ (liturgica), propterea simplex populus aegre eos intelligere potuit iisque ut plurimum tantum sacerdotes quique in scholis versabantur uti potuerunt. Scriptores etiam per catechismos studebant conscientiam nationalem conservare. Ita e. gr. Stojan Šobat in sua „Nauka hristianska“ (hic scriptor respiciebat iam linguam vulgarem) haec habet: Quæst.: Quis es? — Resp.: Ego sum homo, Serbus, Christianus. Quæst.: Cur vocaris Serbus? R.: Vocor secundum genus et linguam illorum hominum, a quibus procedo quique Serbi nominantur. — Methodus quam simplex fuerit elucet etiam ex hac quaestione et responsione: A. Secundum quid vocaris homo? R. Vocor secundum rectam staturam, faciem ad coelum aspiciendum conversam (V., 309). His permota potestas politica exigebat a metropolita Joanne Gjorgjević ac synodo archiepiscopali, ut catechismum populo accommodatum conficerent. Cui rei cum a metropolita satisfactum non esset,

imperatrix Maria Theresia ipsa catechismum conscribi iussit. Hic catechismus a caesareo commissario a. 1771 synodo traditus erat (conscriptus erat in lingua germanica, et, cum maior pars episcoporum huius linguae non fuisset capax, pro episcopis in linguam slavica[m] versus), ut eum revisioni subiiceret: catechismus ab omnibus episcopis prope approbatus fuisset, nisi postea archimandrita Joannes Rajić (notus scriptor [historicus] serbicus) in eo id invenisset, quod episcopi invenire non potuerunt, sc. „hunc catechismum omnino eundem esse ac Romanum, auctorem autem ipsius Petrum Canisium jesuitam“. (Rubarac in suo opere „Archimandrita Jovan Rajić“, Karloveci 1902 pag. 61, hunc catechismum cum esse putat, quem cardinalis Kolonić pro illis Romanis (Rumuni), qui 13. Mart. 1701 cum episcopo suo Athanasio Angel et 2000 presbyteris ad unionem transierunt, scribi iussit). Quamobrem a synodo hic catechismus reprobatus est et ipsi Rajić commissum est, ut alium scriberet, quod ipse revera fecit. Rajić-i catechismus typis Vindobonae a. 1776 mandatus est, et quidem in linguis slavo-serbica, romana et germanica (sub titulo „Katihizis malyj“). „Ustav iliričeske dvorske deputacije za iliričeske male škole“ (constitutio illyrica[e] auleae deputationis pro illyricis scholis minoribus, edita 2. Nov. 1776) in sua § 23. praescripsit, ut magistris tantum „catechismo parvo (katihizis malyj)“ uti liceret. Huic catechismo populus maxime restitit. Ita iuhabitantes loci Pančevo scribunt episcopo Temišvarensi Putnik: „Videmus inter nos adhuc librum „Malyj katihizis“, in quo auctor praecipua puncta, quae religionem nostram confirmant, praetermisit, quem auctorem se filium sanctae hierosolymitanae ecclesiae appellare pudeat Metropolitae Vincentius Jovanović Vidak etiam protestatur contra catechismum utpote Vindobonae corruptum. Propterea potestas politica suum decretum retractavit (IV. 382—385, V. [1904] 27—31). Commemoratione praeterea dignae sunt „Pesni rozličnyja na gospodskija prazdnika (diversa cantica pro festis dominicis)“ a Damiano Kaulicij, quia in hoc opere multa sunt cantica, „quae non sunt orthodoxae originis“. Eadem enim cantica inveniuntur etiam in „Bogoglasnikъ“ (a. 1850), „Pesni cerkovnye dla junošestva“ (a. 1863) et „Zborničok pėsnej nabožnyhъ“ (a. 1863), quae Leopoli a graeco-catholicis edita sunt. Porro in cantico „Likuj dnesъ Sione (exulta hodie Sion)“ — pro Nativitate Domini — haec inveniuntur: „Maria ottudu — Proslavisja vsjudu — Bezъ grêha začata (sine peccato concepta)“. Atqui haec, concludit auctor, potest esse tantum adiunctum „uniaticum“ (V. 227—229. — Ceterum etiam in academia Kiovensi orthodoxa initio saec. XVIII. docebatur in libris scholaribus immaculata Conceptio B. M. V. cf. Trudy kiev. duch. akad. 1904. III, 467—68).

Dušan Jakšić: Odstupanje rimokatoličke crkve od pravoslavne u učenju o tajni sv. krštenja. — Recessio ecclesiae romano-catholicae ab orthodoxa in doctrina de sacramento baptismi. (l. 397—405.)

Auctor de notis in baptizando catholicos inter et Graecos tractat discriminibus. Formulam graecam unicam licitam esse demonstrare conatur, tamen argumenta allata validitatem tantum formulae graecae probant, cuius validitas a catholicis nequaquam impugnatur. Primis iam

saeculis per infusionem baptizatum esse concedit, attamen argumenta et rationes congruas, quae a catholicis pro validitate infusionis proferri solent aggreditur. Doctrinam catholicam de collatione baptismi ab infidelibus decretis concilii Tridentini contrariam invenit (sed nullum tale decretum citat) necnon sanae rationi: „nam — inquit auctor — quomodo in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti baptizare potest is, qui nec in Patrem nec in Filium nec in Spiritum Sanctum credit.“

V. Pribičević: Akta o ukidanju pećske patrijaršije. — Acta de patriarchatus Pekiensis abrogatione (V., 377—379: 453—457.).

Tria hic afferuntur acta, quae abrogationis patriarchatus Pekiensis (Peć — Ipek) historiam illustrent: ex illis abrogationem istam per machinationes et studia patriarchae Constantinopolitani Samuelis accidisse satis patere videtur. Auctor refert tria acta, addita simul versione serbica. Primae litterae ita inscribuntur: *Παράιτησις τοῦ Ἀρχιεπισκόπου Πεζίου Καλλινίου*. — Hic enuntiat Callinicus ob magna debita contracta se deberē abdicationem oecumenico ferre patriarchae Samueli. — Secundae litterae hunc prae se ferunt titulum: *Ἐκθεσις τῆς αἰτίας καὶ τοῦ τρόπου τῆς καταργήσεως τῆς Ἀρχιεπισκοπῆς Πεζίου*. Causa (αἰτία) abrogationis haec erat. Anno 1765. omnia bona Georgaki cuiusdam Turcarum fisco addicta erant. Apud ipsum Georgaki chirographa de debitis a patriarchatu Pekiensi contractis inventa sunt, quibus solvendis episcopi praedicti patriarchatus impares erant. Idcirco solvit ea patriarcha Samuel (utrum sua sponte an a gubernio Turcaico coactus in ecthesi non commemoratur), et pro praemio patriarchatus Pekiensis in favorem patriarchatus Const. sublatus est (1766). Refertur porro plures episcopos patriarchatus Pekiensis subiectionem sub patriarchatum Constantinopolitanum petiisse; cum vero maior episcoporum pars natione fuissent Serbi, conici potest, eos fraude ad hanc petitionem esse adductos (cf. Golubinskij: *Kratkij očerkъ istorii pravoslavnyh cerkvej bolgarskoj, serbskoj i rumunskoj. Moskoviæ 1871. p. 488 sqq.*) — Tertiae litterae inscribuntur: *Πρῶξις ἐκλεκτικῶν τοῦ νέου Μητροπολίτου Προξόνης μετὰ τὴν κατάργησιν τῆς Ἀρχιεπισκοπῆς Πεζίου*. Patriarchatu Pekiensi abrogato novaque inter ambitum eius erecta archiepiscopia Prizren-si episcopi ad novum metropolitam eligendum Constantinopoli convenerunt ac Gabriel, episcopus Amasiensis, electus est. Haec acta, quae auctor tantum refert et ceterum de iis non tractat, ex anonymo fasciculo „*Τὰ κατὰ τὰς Ἀρχιεπισκοπὰς Ἀρχιδιῶν καὶ Πεζίου Constantinopoli 1869*“ desumpta sunt, ex quo fasciculo etiam elucet haec acta ex „codice magnae Ecclesiae“ transscripta esse.

Inter recensiones notatu digna sunt, quae dr. J. Čuprić (III. 1903. 308—314) de russica versione libri Vigouroux „Manuel biblique“ dicit (Вигурю-Воронцовъ, Руководство къ чтению и изучению Библии, 2 t., Москва 1897—1902, Pg. 583 + 1016). Auctor versionis russicae textum gallicum non sine mutationibus vertit; praecipuis mutavit vel omisit illas sententias catholicas, quae a theologia russica communiter non admittuntur. Nec in versione russica accuratius notatur, ubi sententiae aliquae auctoris gallici mutatae sint, ita ut forma externa mutationes a sententiis Vigouroux discerni non possint.

Insuper Voroncov facta historica reticet, ut ita catholicas doctrinas nullo fundamento imiti ostendere possit. Ita e. g. dicit, „neminem ex Patribus aut scriptoribus ecclesiasticis, iudicantem de canone V. T. unquam libros deuterocanonicos protocanonicis equiparasse“ (I., 53). Ad haec dr. Čupić: „Secundum nostram opinionem Voroncov saltem ex parte iniuste hoc concludit, quia scimus, S. Augustinum libros deuterocanonicos*) pari honore prosecutum esse ac protocanonicos, eumque igitur haec in re aliter sensit quam Patres orientales et s. Hieronymum, et in concilio Hypponensi (a. 393) c. 36. auctoritate s. Augustini libris canonicis etiam nonnullos deuterocanonicos additos esse, ut sunt: Ecclesiasticus, Sapientia Salomonis, Tobias, Judith et 2ll. Macchabeorum. His canon repetitus est a 3. et 5. conc. Carthaginensi (a. 397 et 419). Haec decreta approbata sunt a pp. Innocentio I. et a Gelasio; tamen etiam in occidente non omnino deerant viri ingenii liberioris (naprednji), qui equiparationem ll. deuterocanonicorum et protocanonicorum omni fundamento carere dicebant“ (p. 312—313). — His auctor serbicus ostendit traditionem de canone librorum s. Scripturae non esse tam consentientem quam a scientia theologica russica saepissime supponitur.

G. R.

SLOVENICA.

Ep. dr. Michael Napotnik. **Sv. Pavel, apostol sveta in učitelj narodov. (S. Paulus, apostolus mundi et doctor gentium.** Ejus vitae laborumque descriptio, et adjecta Encyclicae „Providentissimus Deus“ nec non litterarum apostol. „Vigilantiae“ circa S. Scripturas versantium in linguam slovenicam translatio.) 3^a ed. V Maribora 1904. Pg. 312. K 3.

Opus hoc ingeniosum lectores, praepriis sacerdotes invitare et allicere intendit ad sectanda Doctoris gentium vestigia praeclaraque exempla, quibus inhaerentes possint vivere vitam vere christianam et proferre opera, sicuti oporteat, apostolica. —

Quem scopum auctor Illustrissimus narrata breviter at concinne juventutis mirabilisque s. Pauli conversionis historia, triginta dissertationibus, fundamento epistolarum Paulinarum exegetice superstructis atque stylo lecto sermoneque elato inno rhetorico compositis ita attingit, ut s. Paulum proponat tamquam exemplar virtutum quam theologiarum tam moralium, describatque ejus modum loquendi et agendi in variis vitae apostolicae circumstantiis. —

In qua dissertatione coronae florum amoenorum instar arident legentem expositiones pulcherrimae conjunctae cum exhortationibus valde practicis, ut sunt v. g. Sv. Pavel, učitelj srečnega in zadovoljnega družnega življenja (S. Paulus, magister faustae et felicitis vitae familiaris); — vel „Sv. Pavel, pisatelj.“ (S. Paulus, — scriptor) cum brevi argumento et characterismo omnium ejus epistolarum; vel: Sv. Pavla trpljenje“ (S. Pauli tribulationes): vel: Sv. Pavla vzdržljivost“ (S. Pauli continentia); et praepriis: „Sv. Pavel, vzglednik katoliškega duhovnika“

*) Voroncov et Čupić utuntur terminis: libri „canonici“ et „non canonici“.

(S. Paulus, exemplar sacerdotis catholici) vel : „Sv. Pavla ljubezen do naroda Izraelskega (S. Pauli erga populum Israeliticum amor)

Summa operis laus in hoc est, quod ad artem et praecepta revocatum. simulque eleganti elatoque stylo ex corde ferventi profluente scopo practico praeclare accomodatum est.

Visne corroborari praeclaris verbis et exemplis in fide, spe, charitate; — de novo excitari ad aestimandam Jesu Christi religionem libertatemque filiorum Dei : — imbui patientia, fortitudine, humilitate, temperantia, castitate aliisque virtutibus christianis ; — succendi zelo animarum et discere vitam vere sacerdotalem et apostolicam : — induci ad recte dijudicandas optimeque solvendas quaestiones sociales et nationales; — ingredi adyta ingenii Paulini ejusque theologiae : — informari de literatura huc spectante laudibusque Si. Pauli per artes et literas editis : — inflammari denique ad studia epistolis Paulinis generatimque bibliis sacris diligenter impendenda : in libro laudato invenies adjuncta apta et efficacia.

Constitutiones Synodi dioecesanæ Labacensis a. 1903. — Labaci 1903. Pg. XLIV + 244. — 3 K. — Constitutiones hae synodales in praesenti libro in quatuor titulos dividuntur : I. de fide catholica, II. de educatione inventutis, III. de vita domestica, sociali et politica fidelium, IV. de educatione et vita tum privata tum pastorali clericorum. — Cum ob temporum conditionem clerus dioeceseos Labacensis in vita publica tum sociali tum politica participare cogatur et sic dicta „organizatio catholica“ populi in dioecesi ad magnam iam perfectionem et extensionem perducta sit, constitutiones praeprimis quaestiones practicas vitae publicae iuxta principia fidei christianae tractant et explicant doctrinamque ecclesiae et theologiae catholicae conditionibus loci et temporis applicant. Tituli III. (p. 36—126) et IV. (127—220) omnium amplissimi sunt et multa egregia continent. Constitutiones omnes brevitate et claritate excellunt, ideo ad usum practicum quam maxime accomodatae sunt.

Ep. Dr. Antonius Bonaventura Jeglič: **Appendix ad Synodum dioecesanam Labacensem celebratam a. 1903.** — Labaci 1904. Pg. 223 + 15. — 3 K. — „Appendix“ praesens est quasi supplementum et commentarius litteratus ad constitutiones supra laudatas. De illis veritatibus christianis, quae fundamentum vitae christianae et publicae efformant, sed temporibus hodiernis maxime impugnantur, breviter tractat. Titulus I. (pg. 5—31) de existentia et essentia Dei, de Deo creatore et de Dei dominio agit; tit. II. (pg. 32—53) de revelatione, de Christo Messia, de dominio Christi; tit. III. (pg. 54—114) de Ecclesia et Romano Pontifice; tit. IV. (pg. 115—127) de relatione inter scientiam et fidem, de philosophiae ad fidem relatione et de historia huius relationis. Sequentes tituli (V—VII.), compositi imprimis secundum encyclicas Leonis XIII., tractant de potestate civili eiusque relatione ad ecclesiam (pg. 128—150), de officiis civium catholicorum (pg. 151—162), de libertate et liberalismo (pg. 163—182), de quaestione sociali, de socialismo, de misera conditione opificum et remediis (pg. 183—220) et de democratia christiana (pg. 221—224). Totum

opus magna claritate et subtilitate expositionis excellit, quod in similibus quaestionibus tractandis rarius obtinet. Vix liber alius invenitur, qui tam multa graviaque tanta brevitate contineat.

EXTRANEA, RES SLAVORUM SPECTANTIA.

ΘΗΣΑΥΡΟΣ ΤΗΣ ΟΡΘΟΔΟΞΙΑΣ. Die Bekenntnisse und die wichtigsten Glaubenszeugnisse der griechisch-orientalischen Kirche von *Jon Michalcescuc*. Leipzig. Hinrichs. 1904. S. 314. M. 5.30. — Auctor, theologiae graeco-orientalis in universitate Bukarestensi licentiatus, cum in exaranda symbolica, quae a. 1902 in lucem prodiit (Compendiu de Teologie simbolica, pp. 317, Bukarest), vivide perspexisset collectionem librorum symbolicorum ecclesiae graeco-orientalis summe esse necessariam, ad opus hoc in lucem edendum aggressus est. Ediderat quidem iam a. 1844 Ernestus Kimmel, universitatis Jenensis professor, similem librum sub titulo: „Libri symbolici ecclesiae orientalis“, quem a. 1850 ipso iam e vivis sublato collega Hermannus Weissenborn supplemento auxit et titulo mutato: („Monumenta fidei ecclesiae orientalis“) cum priore coniunxit. Cum tandem temporum successu neque prior neque altera haec editio pro pecunia emi posset, nova editio necessaria esse videbatur, cui necessitati auctor succurrit.

Ex editione Kimmel-Weissenborniana recepit auctor graecum textum symbolorum graeco-orientalium, immo etiam nonnullas adnotationes retinere necessarium duxit nonnullis tantum minoris momenti omissis. Recenset autem auctor fidei professionem „doctissimi et reverendissimi domini Gennadii Scholaris, patriarchae Constantinopolitani“, quam sultano Mohamedo II. interroganti dedit, longam professionem Petri Mogilas, Orthodoxi dicti, synodi Hierosolymitanae sub patriarcha Dositheo, synodi Constantinopolitanae contra Cyrillum Lucarin, confessionem Metrophanis Critopuli et Cyrilli Lucaris.

Quibus omnibus auctor per modum proëmii vitam singulorum patriarcharum, occasionem, tempora, synodos, quae ad confessionem edendam haud parum attulerunt, accurate addit et numerosis litteris ea ornat. Cui fundamentali parti totius libri praemittit auctor symbola conciliorum, quae fundamenta sunt ecclesiae orientalis, et quidem a concilio Nicaeno I. usque ad concilium Nicaenum II. Symbolo concilii Nicaeni I. addit auctor fidei professionem, quam Eusebius Caesarencis in concilio Nicaeno, praelegit.

Ad finem adiunxit auctor graece liturgiam s. Joannis Chrysostomi, qua ecclesia orientalis communiter uti solet, et regulas s. Basilii, archiepiscopi Caesarencis, cuius ordo in Oriente maxime est divulgatus. Quibus addidit nonnullas orationes sacerdotum (e. g. ad catechumenatum inveniendum, in baptismo, in copulatione, unctione morbo affectorum etc.) et 8 hymnos, qui in funeribus obeundis a sacerdotibus et cantoribus decantari solent.

Opus tanti argumenti summae esse potest utilitatis, praesertim iis, qui studiis orientalis ecclesiae vacant eiusque fidem perspicere volunt.

Mag. theol. *K. Konrad Grass: Geschichte der Dogmatik in russischer Darstellung.* Gütersloh. Bertelsmann 1902. S. 179. M. 2·80. — Konrad Grass, privatus docens in Dorpat (Дорпат) in gubernia Livonensi, maneam illam, immo et „minimam“ cognitionem ecclesiae inter ceteras Orientis ecclesias eminentis, ecclesiae russicae, aegerrime intimo in corde ferens, consilium cepit celeberrimas Russorum dogmatum expositiones in linguam germanicam traducere et rem protestanticae ecclesiae studiosis commendare.

Cum autem utraque dogmaticae doctrinae expositio inter Russos celeberrima (Macarii, cuius editio 4. et 5. 3000 exemplaribus in lucem prodiit, et Silvestri) nimis extensa sit (utraque 5 tomos complectitur), auctor partes, quae Occidentis lectorum studium excitare iisque commode esse possint, germanice expressas lectori offert: quae sunt historica expositio disciplinae dogmaticae a primis apostolorum temporibus usque ad dies nostros.

In prima libri parte traduxit auctor historiam e dogmatica Macarii receptam, quae satis accurate totum progressum idearum orientalium usque ad medium saeculum XIX. in ecclesia russica prosequitur, historia dogmaticae catholicae et protestanticae prorsus neglecta.

Quem defectum auctor per versionem partis Silvestri operis explet, quod praeter orthodoxam etiam historiam dogmaticae catholicae et protestanticae profert. ita ut ex utraque accuratam cognitionem, quid Russorum theologi tam de propria quam de nostra protestantiumque dogmatum expositione sentiant, haurire possimus, praesertim si attendamus utramque non solum per totum Russiae regnum esse propagatam, immo quandam „officialem sanctionem“ accepisse.

Ad finem addit alphabeticum indicem librorum systematicae theologiae russicae plus quam 500, quorum auctores characteribus latinis expressos, titulos in linguam germanicam translatos refert, et 33 ephemeridum rebus theologicis ecclesiasticisque pertractandis inservientium.

B—č—(O.).

QUAEDAM, DE QUIBUS THEOLOGI UTRIVSQUE ECCLESIAE DISSENTIUNT

I.

Doctrina de ecclesia.

A. De fine ecclesiae.

Rebus Ecclesiae in Russia mutandis motus episcopus Sergij nuper in *Cerkovnyj Věstnik* n. 13 duo argumenta proposuit, ut probaret, ab ecclesia non esse inquietandos eos, qui in rebus divinis aliter sentiunt, dummodo ab ecclesia separati sint vel separentur; alterum ex iniquitate temporum duxit, alterum ex fine ecclesiae. Quae hic dixerit audiamus. Col. 386 ait, ecclesiam non proponere sibi eum finem, ut ab omnibus agnoscat et in omnes dominetur, sed eius esse tantum, ut „saltem aliquos salvet“: *Ona ne stavit svoej čelju byt' priznavaemoj vsěm*

i gospodstvovat nad všem mysljašćim čelověčestvom, nad všemi umstvennymi tečenijami i čajanijami ljudej: ej dana zadača, s zemnoj točki zrěnja, bolěe skromnaja: „spasti, hotja někotoryh“ (1 Kor 9, 22). Col. 388 dicit, ecclesiae cordi esse, ut membra eius sint sancta, non ut sint multa: „Dlja Cerkvi važno kačestvo eja poslēdovatelej, a ne količestvo i ne ih proišoždenie.“ Ut praetermittam, quod saltem ad scandalum membrorum vitandum expedire potest, ut apostatae et haeretici (non materiales, quales nunc praesumendi sunt ii, qui in haeresi nati et educati sunt) coërceantur et puniantur, in quos ecclesia utpote societas perfecta animadvertere potest. — Haec a theologis ecclesiae romanae concedi non possunt. Verum quidem est, ecclesiam immediate salutem eorum hominum, qui eius membra sunt, pro fine habere: nec ecclesiam ideo inepte ad finem suum institutam esse, si maior pars hominum pereat, dummodo maior pars membrorum salvetur: attamen ecclesia obligationem habet curandi, ut etiam reliqui homines membra Ecclesiae fiant ac salventur. Quamobrem theologi ecclesiae romanae ponunt: finem ecclesiae esse sanctitatem et salutem aeternam hominum. Id — a Jansenistis primis oppugnatum — exponendum hic nobis esse statuimus. Finis ecclesiae intelligitur hic non finis institutionis ecclesiae, qui est conspiratio membrorum religiosa, sed finis ecclesiae institutae: talis finis societatis est illud bonum, quod complures communi actione assequi volunt: quod potest esse personale ut sanctitas vel doctrina, sed saltem ita commune semper est, ut non huius vel illius bonum intendatur, sed omnium simul. Sanctitas hic intelligitur moralis rectitudo actionum humanarum et salus assecutio finis ultimi.

Rei probatio facilis nobis videtur esse. Nimirum finis ecclesiae est idem ac finis ille, ob quem Verbum caro factum est. Nam a) ipse Christus: „Sicut, inquit, tu me misisti in mundum, et ego misi eos in mundum“ (Jo 17, 18); et: „Sicut me misit Pater, et ego mitto vos“ (Jo 20, 21). Ubi similitudo expressa voce καθώς necessario refertur etiam ad opus, ad quod mittuntur; alioquin verbum ‚mittere‘ in inciso priore et posteriore significationem omnino diversam haberet, aequivocum esset. Sed ipsa comparatione diserte exprimitur similitudo in missione, in opere, ad quod mittuntur. Cf. Jo. Chrysostomus, In Jo hom. 86; Franzelin, De Ecclesia th. 20 p. 113; Mazzella, De relig. et eccl. p. 390 s. — Quae missio apostolorum fuit ratio, cur essent praepositi in ecclesia. b) Ab apostolo 2. Cor. 5, 17—20 munus (i. e. ordinatio debita ad obiecta a fine postulata) apostolorum, Ecclesiae praepositorum appellatur ministerium reconciliationis (τοῦ καταλλάξαντος ἡμᾶς ἐαντῶ δια Χριστοῦ καὶ δόντος ἡμῖν τὴν διακονίαν τῆς καταλλαγῆς), reconciliatio autem etiam munus Christi. Finis autem auctoritatis in societate est obiective idem ac finis societatis. Nam in qualibet societate omnia ad finem ipsius proprium referuntur, igitur ordo iuridicus quoque et eius pars quaedam praecipua, ius auctoritatis et subiecta auctoritatis, quae etiam membra societatis sunt; quamquam aliter ad hunc eundem finem tendit societas (cooperatione), aliter eius auctoritas (cooperationis directione).

Iam vero finis, ob quem Verbum caro factum est, salus hominum omnium est, inchoanda in hac vita per sanctitatem, consummanda vero in vitae futurae gloria. Vitam aeternam hominum fuisse hunc finem patet ex Jo 3, 16, 17 (*ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων ἐν αὐτῷ ἔχη ζωὴν αἰώνιον... ἵνα σωθῆ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ*); Jo 6, 39. 40; 1. Jo 4, 14. Cf. symbolum Nic.-Cp. „propter nos homines...“ Quam inchoatam (in sanctitate consistentem) Christi finem fuisse patet cum ex tota indole doctrinae Christi, tum ex Tit. 2, 14.

Totum confirmatur eo, quod finis totius antiquae theocratiae fuit sanctitas et salus populi electi; cuius theocratiae symbolum est Sion mons, qui sec. Is 2, 2 s. non desiturus erat cessante fine, sed manente fine augendus ita, ut quod ad populum electum antea referebatur, ad totum genus humanum iam referatur. — l —

II.

Quid e s. libris N. T. probari possit de divortio ob adulterium.

Patres utrique: et illi duo, qui certe negarunt, et pauci, qui solubilitatem admittere videntur ¹⁾, argumenta praecipue vel etiam unice, e scriptura sacra ducebant. Vel inde patet interpretationem s. scripturae hac in re facilem non esse; nec s. Augustinus novissimus est ex eis, qui „difficillimam quaestionem“ eam esse querebantur, cum diceret: „quod utrum enodatissime fecerim nescio, immo vero non me pervenisse ad huius rei perfectionem sentio, quamvis multos sinus eius apernerim“ (Retract. l. 2, c. 57). ²⁾

Examinare nobis in animo est theologorum utriusque partis interpretationes, ita ut statu quaestionis praesenti exposito rem iniudicatam relinquamus. Nec enim quaestionem hanc potissimum solvendam esse e commentario de divortio ob adulterium in 2. fasc. Musei emergit ³⁾.

Ante omnia de eo inter nos et Russos conveniat necesse est, quid matrimonium sit. Sunt enim, qui nobis obiiciant veram eius rei notionem nobis deesse.

1) Cf. de eis in hoc periodico p. 189. Quibus videtur addi posse etiam s. Cyrillus Alex. In Mt. 5, 31 (M. 72, 370): Ὁ τὴν σὺμφρονα ἐκβάλλων διδῶσιν αὐτῇ ἄδειαν ἄλλῃ γαμηθῆναι, ὅπερ ἐστὶν εἶδος μοιχείας, ὡς ἀνεὶ μὴ λυθείσης συζυγίας· οὐ γὰρ τὰ βεπούδια παρὰ Θεῷ λύει τὸν γάμον, ἀλλ' ἡ ἀτοπος πράξις. Makarij, Prav. dogm. bog. ³ II, 493 (Spb. 1868) allegat etiam Conc. Neocaesar. cn. 8; carthag. cn. 115; conc. oecum. VI.: Glubokovskij Tertullianum, Ad uxor. l. 2, c. 1 et alios. Sed uterque saepe supponit — quod non est semper manifestum — separationem ab uxore esse verum divortium. Glubokovskij ne s. Hieronymum quidem adversarium sibi esse putat (Hrist. Čt. 1895 str. 397).

2) In libro De fide et operibus c. 19 (n. 20) ita de ea re sentit: „In ipsis divinis sententiis ita obscurum est, utrum et iste, cui quidem sine dubio adulteram licet dimittere, adulter tamen habeatur, si alteram duxerit, et quantum existimo venialiter ibi quisque fallitur.“

3) Praeterea non soli vetero-catholici (Watterich, Die Ehe, ihr Wesen und ihre Weihe nach Gottes Wort und That. Nördlingen 1876. S. 60) aut Anglicani (in Speakeri Holy Bible, vol. I. London 1887, p. 102—103), sed etiam nonnulli Russi hac in re nobis assentiunt solam se-

Secundum Eph 5, 22 - 32 matrimonium institutum est in N. T. tamquam signum unionis Christi cum ecclesia; i. e. matrimonium in ecclesia debet esse imago relationis Christi ad ecclesiam: sed nondum per hoc, quod matrimonium ratum est, constituta est haec imago, sed constitui debet, ita ut obligatio ad expressionem huius imaginis per matrimonium essentialis sit matrimonio christianorum. Praecipit enim s. Paulus marito dilectionem et uxori timorem, obsequium; idque non quodcumque, non illud tantum, quod inter homines, amicos, christianos lex moralis exigit, sed speciale, tale nimirum, quale obligatio exprimendi relationem inter Christum et ecclesiam exigit. Qui obligationem habet, habet et ius eam exercendi; ideo coniuges ius habent ad speciales gratias actuales. Hoc ius sane accipiunt tunc, cum obligationem suscipiunt. Quapropter in contrahendo matrimonio legitimo significant susceptionem obligationis referendi dictam imaginem: sed signum suscipiendae obligationis est simul signum iuris acquirendi, huic obligationi respondentis, iuris, inquam, ad gratias actuales. Iam vero significatio, quae rei alicui ex institutione Christi Domini convenit, debet necessario verificari; nam veracitas Dei metaphysica necessitate exigit, ut quidquid Deus significet, ad verum perducatur. Ergo contractus matrimoniales (actus sane coniugum ipsorum⁴), utpote signum a Christo Domino institutum, non solum significat ius ad gratias actuales, sed etiam idem ius confert et ita mediate gratias ipsas causat, i. e. est sacramentum.

Age, quid Makarij (Prav.-dogm. bogoslovie³ t. II. p. 484) doceat, audiamus: Viro tantopere deditum esse quantopere ecclesia dedita est Christo et mulierem diligere tantopere, quantopere Christus dilexit ecclesiam, id neque mulier neque vir praestare possent, nisi in ipso foederis coniugalis vestibulo specialem gratiam desuper reciperent per sacramentum.“ Similia N. Glubokovskij scribit in commentatione Razvod po preljubodějaniju, in Hristianskoe Čtenie Spb 1895 č. I. str. 25—26: „Brak ne prosto sovměstnoe sožitie, no — prežde i bol'še vsego — hristianskij dolg vosproizvodit v nem tě otnošenija, kakija suščestvujuť meždú Gospodom i Ego Cerkoviju. Po krajnej měře nam dumaetsja, čto eto imenno i vyražetsja v klassičeskom městě Efes 5, 32, gdě řeč daleko ne o prostom sravnenii (Sr. Učen. Zapisk. Kaz. Univ. po jur. fak. 1887, 36). Pri takom tolkovanii udobno objasnja-

parationem a mensa et toro licere; velut A. A. Zav'jalov, O brakě i bežbračii in Strannik 1891—2; V. Remezov in Bogosl. Věstnik 1894, Otd. V. str. 162—3.

⁴) De diversa opinione cf. H. Denzinger, Ritus orientalium (Wirceburgi 1863) t. I, 152—3; M. Filser, Dogmatisch-kanonistische Untersuchung über den Ausspender des Ehesakramentes. Augsb. 1842. Ne turbet nos formula illa: Στέφεται ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ (ὁ δεῖνα) τὴν δούλην τοῦ θεοῦ (τὴν δε) εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος — formulae baptizandi simillima! Potest enim alius dicere vel scribere formulam contractus, ita ut contrahentes vel per (tacitum) consensum vel per nomen subscriptum formulam illam suam faciant. Cf. Vetus sacerdotale romanum ab Alb. Castellano 1494 editum: „sacerdos pronuntiat verba, quae sunt forma huius sacramenti cum c o n s e n s u utriusque partis“.

jutsja i vsě drugija analogii, napr. glavenstvo muža, kak obraza Boži ja (1 Kor. 11, 7), ego gospodstvo nad ženoju (Efes 5, 22—24 al.) i pr.^a. Cf. P. Smirnov, Tajna hrist. braka in Cerkovnyja Vědomosti 1904. Pribavlenija. God 17. N, 4, p. 129—132. Quae in quo discrepent cum doctrina catholicorum theologorum, non invenio; nisi quod explicatio catholica accuratior sit eâque etiam id, cur matrimonium sit sacramentum, pateat.

Itaque ad nostram quaestionem accedamus. Ex interpretatione Eph 5, 32 nec solubilitatem nec insolubilitatem matrimonii ostendi posse liquet. Si tamen ab aliquibus Russis hic locus allegatur et inde concluditur, sicut Christum ecclesiae suae membris olim dicturum esse: discedite a me — ita coniugium adulterio solvi, eos talem comparisonem pro vero argumento habere non putamus, quemadmodum nec theologi, qui contrarium statuunt, huic loco nimis confidunt⁵⁾.


Locus scripturae, quo theologorum ecclesiae graeco-russicae doctrina nititur, est ipsius Christi sententia ap. Mt 5, 32 et maxime 19, 9. Ipsa verba graeca sunt haec: Mt 5, 32: Πᾶς ὁ ἀπολύων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχευθῆναι, καὶ ὃς ἐὰν ἀπολελυμένην γαμήσῃ, μοιχᾶται (ὁ... γαμήσας: B; cod. D [Bezae Cantabrig. saec. VI] et Itala omittunt καὶ — μοιχᾶται). Mt 19, 9: ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ (N C Z Σ arm. Theophyl. etc.; παρεκτὸς λόγου πορνείας B D copt. Origen. etc.) καὶ γαμήσῃ ἄλλην (N C D Z; omitt. B N), μοιχᾶται (N, corr. C, D, Z, corr. Σ; ποιεῖ αὐτὴν μοιχευθῆναι B, prima script. C, N, pr. ser. Σ, It.; καὶ ὁ ἀπολελυμένην γαμήσας [C et Σ γαμῶν] μοιχᾶται additur in B, pr. ser. C, Z, Σ).

Ipse numerus auctorum, qui varias horum verborum explicationes afferunt, testimonio est difficultatum, quas defensoribus absolutae matrimonii (consummati) insolubilitatis gignunt⁶⁾.

⁵⁾ Cf. Museum 1905 [39] pag. 33: „Negandum est a s. Paulo solum matrimonium consummatum μυστήριον appellari imaginemque coniunctionis Christi cum ecclesia aut coniunctionem eam saltem perfectius in matrimonio consummato exprimi, [quo conceditur insolubilitatem inde probari non posse]. Totum enim matrimonii in facto esse mysterium in spirituali illa coniunctione situm est, quam coniuges sibi invicem debent et ratione cuius per „matrimonium in fieri“ gratiam receperunt; nequaquam autem apostolus officium illud ex actu coniugali unionis Christi cum ecclesia referenti deducit; quod signum, quatenus signum est, idem apud ethnicos significat“.

⁶⁾ Cf. Maldonatus in Mt 5 et 19; Jäger, Untersuchung der Frage, ob die Ehescheidung nach der Lehre der Schrift erlaubt sei oder nicht. Arnstadt 1808; Kistemaker, Exegetische Abhandlung über Mt XIX. Göttingen 1806; Archiv f. d. kath. Kirchen- u. Schulwesen-Frankfurt 1815 III. B. III. St. S. 33—46 (Gartz); J. L. Hug, Commentatio exegetica de coniugii christiani vinculo indissolubili. Friburgi 1816; Jo. Zenger, Neuer Versuch einer Erklärung der Stelle der h. Schrif Regensburg 1819; J. Binterim, Über Ehe u. Ehescheidung. Düsseldorf 1819. S. 114 ff.; A. Scholz, Biblisch-kritische Reise. Leipzig 1823. S. 186; Schegg, Ev. nach Mt. I., 459—460 (Münster 1856); J. Perrone S. J., De matrimonio christiano. Romae 1858, III.

Gratzii, Döllingeri, Walteri, Luckcockii, Patritii interpretatio qua voci *πορνεία* proprius fornicationis vel unionis fornicariae sensus tribuitur et solum de quodam impedimento dirimenti agi conicitur. a Glubokovskij sine negotio refellitur. Is. l. c. p. 13. scribit: „Neminem nisi caecum latet apud Matthaeum agi de matrimonio vero et indubio. Rationi sanae rem spectanti id axiomatis instar firmum apparet. Vitae communitas (sožitel'stvo) omni tempore fuit ex voluntario privatoque convento (soglasēnie) quarundam personarum quasumque legis formas et normas fugiente. Quapropter ei rennuntiandi arbitrium unice penes concubinos est. De hoc interrogare opus non fuit, et eo minus responderi oportuit. Si de matrimonio non legitimo agebatur — licet tantum ob castitatem a sponsa non servatam. rursus non fuit, cur interrogaretur sitne eius solutio concessa, cum aperte lege praescripta esset (Deut 22, 13 s.; cf. J. Seldeni, Uxor Ebraica, Francof. ad Od. 1673, p. 312 et passim). Ponamus Christum ipsam irrevocabilem divortii causam ex iuris Judaici ratione appellare: hoc posito non intelligitur, cur statu domestice-iuridico et religioso stans ceteras omnes causas praeterierit, — easque, quibus (Ex 24, 16: Deut 7. 3) Esdras (1 Esd 9, 2 s; Nehem 13, 23 s.) usus est. Moyse (cf. Deut 24, 1) appellato dubium non est pharisaeos legitimum foedus thalami intellexisse. Quae cum ita sint, *πορνεία* delictum significat mulieris iam legitime nuptae.“ Addi potest ss. patres eam interpretationem omnino ignorare. (Reliqua deinceps persequemur.)



305 ss.: F. Patrizi, S. J., De interpret. script. I, 7, n. 281 (Romae 1862); A. Bisping, Erklärung des Évang. nach Mt. Münster 1867, S. 143—8; J. Döllinger, Christenthum u. Kirche 3. B., Anh. 3. (Regensburg 1868); Časopis katol. duchovenstva 1869 (X), 23—40 (J. Velhartický); F. Walter, Lehrbuch des Kirchenrechts aller christl. Confess. § 319 (Bonn 1871); Katholik 1877, II, 578—587 (Dreher); Katholik 1879, II, 530; P. Schanz, Commentar üb. d. Evang. d. h. Mt. Freiburg 1879, S. 191—6; P. Palmieri S. J., De matr. christ. Romae 1880 p. 183—6; Katholik 1889, II, 636—642; J. Nisius S. J. Comment. in evang. us. priv. Oenip. 1891 p. 63 ss.; H. Weiss D. Bergpredigt Christi. Freiburg 1892, S. 45—50; A. Cigoi O. S. B., Die Unauflösbarkeit der christlichen Ehe. Paderborn 1895. S. 173 etc. — E recentibus voluminibus de matrimonio inspicendi sunt: L. A. Desaulles, Les erreurs de l'église en droit naturel et canonique sur le mariage et le divorce. Paris 1894; H. M. Luckcock, The History of Marriage. London 1894; Strannik 1899: M. Grigorevskij Učenie sv. Joanna Zlatoustago o brakě; M. Rosset, De sacramento matrimonii 1896—1897.

Slavorum litterae theologicae.

Conspectus periodicus.

Dirigentibus Dr. Jos. Tumpach et Dr. Ant. Podlaha.

1905.

Pragae Bohemorum.

Nr. 3.

BOHEMICA.

Učebná kniha bohoslovi pastýřského. Sepsal *Dr. Antonín Škočdopole*. (**Enchiridion theologiae pastoralis.** Auctore *Dr. Antonio Škočdopole*.) V Č. Budějovicích 1905. Str. 596. Nákladem vlastním. Tiskem biskupské knihtiskárny v Budějovicích.

Iam in relatione de eis quae edidit Haereditas s. Procopii mentio facta est de Dr. Antonii Škočdopole opere celeberrimo (2 tomos complectente), quod theologiam pastorem omni ex parte pertractat et illustrat. Quod opus amplissimum clarissimus auctor et professor apte amputavit sicque idem usui scholari accomodavit. Ad singulas doctrinas illustrandas adhibuit non solum novissimas S. Sedis decisiones, sed etiam varia inde ab editione memorati operis sui promulgata decreta potestatis civilis. Tum in operis dispositione, tum in totius materiae elucubratione auctorem cognosces, qui inter peritissimos merito numeratur, cum sane doctrinam pastorem iam inde ab anno 1861 in theologico instituto Bohemo-Budvicensi tradat, ita ut omnis fere clerus dioecesanus ex eius prodierit schola. Librum ipsum libenter, plenam de eius excellentia persuasionem habentes, commendamus omnibus, ad quos theologiae pastoralis studium ac notitia pertinet.

Časopis katolického duchovenstva. (Publicatio periodica cleri catholici bohemicí).

Tristis erat condicio, in qua initio saeculi decimi noni Bohemi versabantur. Lingua enim eorum iamiam oblivioni tradebatur, et paucos si excipias, ceteri omnes desperabant fore ut quandoque resurgat. Hoc maxime tempore in lucem edi coepit „Publicatio periodica in usum cleri catholici bohemicí“ (Časopis pro katolické duchovenstvo), sub auspiciis archiepiscopalis consistorii pragensis. Fides enim catholica et proprietas nationis Bohemorum intime coniunctae, sunt, ut una sine altera vix aut ne vix quidem intelligi possit. Tolle de Bohemorum animis fidem veram, et mox protestantismi errores simul etiam nationis proprietatem auferent. Insuper apud populum Bohemorum omni vita atque victu excultum atque expolitum ad fidem integram servandam et theologica disciplina sermone patrio explicetur necesse est. Quae profecto causa fuit supra dicti consistorii pragensis, publicandi diversos tractatus doctrinam sanctam respicientes, tum speculativos tum practicos, simulque recensendi diversa opera theologica domi et foris edita. Fuit

autem „Publicatio periodica in usum cleri catholici bohemicus“ per viginti annos sola et unica in Bohemia, e qua hauriri poterat sana doctrina theologica; immo, „Publicationem periodicam musei regni Bohemorum“ si excipias, vetustissima est in litteris nostris. Itaque anno 1828 praesertim suatore et impulsore Carolo Vinařický, tunc temporis archiepiscopali caeremoniario, quattuor emissi sunt fasciculi, quorum unusquisque 160 paginas complectebatur: quibus edendis praerant Nic. Tomek, Adalb. Procházka et Ign. Mráz. Anno sequenti edendi cura commissa est canonico Venc. Václavíček, qui in ea versatus est usque ad annum 1833: inde usque ad a. 1847. canonicus Venceslaus Pešina praefuit, quo anno archiepiscopale consistorium Periodici editionem transtulit in canonicum Jirsík. Quo ad sedem episcopalem Bohemo-Budvicensensem promotus, Periodico adornando praeferunt Fr. Havránek et Dr. Ed. Tersch. — Primis his temporibus supplementi modo edebantur simul cum Periodico diversa opera Patrum in linguam bohemicam translata, uti „Soliloquia animae ad Deum“ conscripta a s. Augustino, ejusdem „Manuale“, liber s. Joannis Chrysostomi, in quo pertractatur „neminem offendi posse nisi a seipso“, s. Cypriani „explicatio orationis Dominicæ“, s. Augustini „de civitate Dei“ et alia huiusmodi.

Anno 1852. Periodicus noster quovis mense edebatur, continens semper 64 paginas; sed fortuna sinistra sub fine ejusdem anni non amplius foras datus est. Gravi somno excussus est a. 1860 a supra dicto Carolo Vinařický, canonico residentiali vetustissimi capituli regiae collegiatae Ecclesiae in Vyšehrad (Pragae), eique adornando praefuit usque ad a. 1869, quo anno Dr. Borový curam edendi suscepit usque ad a. 1897, duobus ante annis (1895) socio assumpto universitatis Carolo-Ferdinandae professore D^{re} Josepho Tumpach., nunc canonico metropolitano ad s. Vitum Pragae.

Anno 1876 periculum novum imminebat, ne publicatio periodicus nostri deponeretur; servataque est per Academiam christianam Pragae constitutam, cuius sectio literaria Periodicum, de quo agitur, sibi proprium facere decrevit. Canonico Borový anno 1897 mortuo, curam adornandi tres viri spectatissimi et in theologicâ scientiâ versatissimi susceperunt, nempe, praeter jam nominatum Drem Tumpach, illustrissimus Dr. Franciscus Krásl, episcopus auxiliaris pragensis et decanus metropolitani capituli ad s. Vitum Pragae, necnon Dr. Franciscus Kryštůfek, professor ordinarius historiae ecclesiasticae in universitate pragensi. Cumque hoc anno (1905) negotii partem capessivisset Dr. Antonius Podlaha, canonicus metropolitano ad s. Vitum, Publicatio periodica, quae a resurrectione suâ a. 1859 nomen „in usum cleri bohemicus“ mutavit in „cleri bohemicus“, et quae ab a. 1860—1872 quotannis octies (80 paginas semper complectens), ab a. 1873—75 sexies, anno 1876 septies, ab a. 1877—80 octies et ab a. 1881—1904 decies (64 paginas in singulis fasciculis habens) in lucem edebatur, illa igitur nostra Publicatio ad tantum pervenit culmen, ut quasi organum cleri slavici — non solum bohemicus — hodie habenda sit.

Bohemia inter filios suos optimos habuit et industrios operarios in vineâ Domini, qui in omnibus disciplinis theologicis tum practicis

tum speculativis apprime versati erant, quique in Periodicâ publicatione nostrâ laborum suorum fructum reliquerunt.

Hoc litterarum theologicarum studium demum uberrimum attulit fructum, nempe constitutionem theologicae facultatis bohemicae in c. r. universitate Pragensi anno 1891. Faxit Deus, ut alterum quoque pium desiderium uniuscuiusque viri catholici adimpleatur, expressum in programmate „Slavorum litterarum theologicarum“ (Nri I.ⁱ), — quae „Litterae“ tamquam appendix „Publicationis periodicae cleri bohemic“ eduntur, — ut „controversiis, quibus Occidens et Oriens detinentur, paulatim minutis ac diremptis,“ omnes uniantur in una fide, fiatque unum ovile et unus Pastor.

Dr. *Carolus Kašpar*.

Idea Cyrillo-Methodějská (Idea Cyrillo-Methodiana). Frant. X. Grivec. Dr. Ant. Podlaha. Na Velehradě 1905. Nákl. M. Melichárka. Libellus hic continet orationes, quae anno praeterito Velehradii in theologiae studiosorum congressu omnium auditorum occupaverant cogitationes. Accedit valde utilis elenchus fontium, qui in studio ecclesiae orientalis adhibendi sunt.

Staroslovanské povečerijs (Completorium veteroslavicum). Přepis z hlaholského breviře. Vydal I. P. 1905 „Nový Život“ v Prostějově. Exiguum, at forma externa valde elegans opusculum hoc specimen dat officii divini glagolitici litterarum formis latinis transcripti auctore Fr. Starý, qui in fine nonnullas concisas notas adiecit.

Hlídka (Red. P. Vychodil, Brunae). XXII., 3–6. Fr. Snopek: Studie cyrillo-methodějské (Studia Cyrillo-Methodiana). Demonstrat, legendam sic dictam pannonicam non esse scriptam a discipulo ss. Cyrilli et Methodii, neque res gestas cum veritate congruenter narrare, quod e contra de legenda sic dicta romana dicendum esse. Non esse itaque reiiciendum, quod legenda pannonica non continet, neque absque iudicio admittendum, quod refert. Dein disserere incipit auctor de orthodoxia s. Methodii. Ostendit, ecclesiam graecam initio de processione Spiritus sancti cum ecclesia romana consensisse; discrepantiam, quae apud Ioannem Damascenum apparet, consistere solummodo in verbis adhibitis, non in re ipsa. — Fr. Vacek: Legenda Kristianova (De Christiani legenda). Argumentatur, sic dictum Christianum annales Cosmae novisse iisque usum esse. Ostendit, legendam sic dictam Christiani ante annum 1142 scribi non potuisse. — J. Oliva: Podstata a vznik náboženství (De religionis essentia et origine). — Alois Koudelka: Někteří katolické publikace francouzské (De quibusdam publicationibus gallicis). — V. Lančaš: Výměr víry (De fidei definitione). Refert de articulo professoris Péchegut »Une définition de la Foi« in Revue du Clergé. — Karel Černocký: Psychologie bludů v dějinách církevních (De errorum in historia ecclesiae psychologia). Auctor animadvertit in erroribus religiosi fluctuationem intellectus, sensus atque voluntatis. — Dr. Fr. Bulla: O hmotě oživené (De materia vitâ praedita). — Dr. Frant. Ehrmann: Moravský konkurenční zákon (De lege in Moravia lata quoad obligationem contribuendi ad res ad cultum divinum necessarias). — V. Lančaš: Z francouzské filosofie náboženské (E philosophia religionis in Gallia).

Sborník historického kroužku (Collectanea societatis historicae). Red. Dr. Mat. Kovář. Ročník VI. Plures neque spernendae rationes

induxerunt nonnullos viros catholicos in Bohemia, ut societatem erigerent ad promovendum historiae studium. Plures enim viri historia Bohemiae abusi sunt, ut catholicos in suspicionem invidiamque adducerent, librosque ediderunt incredibili odio contra ecclesiam catholicam conscriptos. Studio itaque ductus historiam patriam iuxta veritatis tranitem excolendi P. Jos. Svoboda S. J. anno 1893 societatem dictam erexit sociosque in ea congregatos incitavit, ut ipsos genuinos fontes adeant et ex iis uberrime veritatem hauriant. Fructus laborum suorum socii in »Collectaneis« specialibus publici juris fecerunt. »Collectanea« sumptibus societatis litterariae »Vlast« eduntur et quidem usque ad annum 1899 in fasciculis annuis, inde ab anno 1900 quater per annum. Ipse P. Svoboda, vir sanctitate vitae ac modestia admirabilis, praecipue de reformatione catholica in Bohemia saec. XVII scripsit. Vestigia ejus premunt: professor laicus Jos. Vávra, qui multas edidit dissertationes magni pretii, prof. historiae ecclesiasticae in universitate Pragensi dr. Fr. X. Kryštůfek, canonicus dr. Ant. Podlaha, prior Ordinis Melitensium Frà Jos. Hameršmid, prof. dr. Mat. Kovář, parochus Fr. Štědrý pluresque alii, qui »Collectanea« suis articulis et dissertationibus eruditis alunt.

CROATICA.

Papino Poglavarstvo u Crkvi za prvih osam viekava. Povjestno-kritična prouka. *O. Ivan Marković.* (Primatus Romani Pontificis primis octo saeculis. Historico-criticus tractatus. *P. Joh. Marković.*)

Qui operam dat studio de ecclesia orientali eiusque nexibus cum occidentali versatus esse debet in illis doctrinae catholicae partibus atque dogmatibus, de quibus controversia inter utramque ecclesiam extat. Revera unus e talibus gravibus locis, circa quos dissentiunt, est primatus Romani Pontificis. Quae doctrina ecclesiae catholicae magna perspicuitate pertractata est in opere supra scripto. Doctissimus auctor e primis octo saeculis demonstrat primatum Romani Pontificis revera viguisse atque in universo orbe terrarum agnitum fuisse. Quem tractatum sequenti ordine adornavit. 1. E textibus Sacrae Scripturae auctor reiectis falsis opinionibus adversariorum demonstrat s. Petrum a Christo Domino primatum obtinuisse atque exercuisse. Proponit fines potestatis huius primatus et ostendit, qualis potestas exerceatur a successoribus s. Petri, Romanis Pontificibus. 2. Pertractat traditionem ecclesiae a saeculo ad saeculum iuxta ordinem chronologicum ad confirmandam thesim suam. Prius ostendit ius primatus e litteris ecclesiasticis, nempe e ss. Patribus cum occidentalibus tum orientalibus (s. Ignatius, s. Irenaeus, Tertullianus, Origenes s. Gregorius Illuminator, Patres ecclesiae Hieros., Eusebius Caesareus... Gregorius Naz., Greg. Nyss... , s. Joh. Chrysostomus, alii), deinde e liturgiis (Hierosol., syro-chaldaica, graeco-oriental.). 3. Ex doctrina atque agendi ratione ipsorum Romanorum Pontificum. 4. Ex conciliis oecumenicis. — In appendice pertractat codicem pseudoisidorianum. — ŷ

Slaveni i Pape. Napisao Dr. *Ivan Marković*, preveo s talianskog *O. Petar Perković*. Zagreb. Dionička Tiskara. (Slavi et Romani Pontifices. Dr. Joh. Marković, e lingua italica vertit P. Petar Perković.) 1903—4.

Opus hoc a doctissimo Croata, attamen certo quodam consilio lingua italica compositum scriptum est ad mentem moderationis sicuti alia scripta eiusdem auctoris. Totus mundus eruditus magna cum laude accepit hunc tractatum. Quanta cum sagacitate animi hoc opus elaboratum sit, cognosci potest ex allatis fontibus, quibus auctor ad materiam suam componendam usus est. Unde patet opus hoc, certe novissimum quod hanc materiam tractat, non esse leviter aut parum subtiliter scriptum, sed studia ac tempus, immo multa studia atque longum tempus in eo conficiendo consumpta esse. Ad quod confirmandum commemoro effatum illius eruditissimi Nilles eandem materiam in suo opere pertractantis, qui dixit, si scivisset hoc opus editum iri, se nunquam tractatum de hac re scripturum fuisse.

Primus liber (1.—359. p.) continet initio narrationes de origine et primis incrementis atque progressu Slavorum, quas, etsi historici critici de eis non consentiant et varias opiniones proponant, auctor noster magna cum circumspectione collegit — et quod magna laude dignum est, breviter exposuit, quae vero propius abesse videbantur tenebrosa illa aetate slavica. Deinde describitur conversio Slavorum, in quo tractatu primum locum obtinent sancti fratres Cyrillus et Methodius. Etsi auctor longius in iis versatur, tamen modo apto ad allucandos legentium animos omnia nobis proponit, innixus optimis fontibus uti Šafařík, Kopitar, Miklošič, Rački, Jagič, Ginzl, aliis. Porro agitur de liturgia slavica et libro extremo enarrat nobis auctor initium, progressum schismatis eiusque propagationem. Ostendit nobis, quomodo schisma hoc graecum ad slavicas gentes transierit ibique se diffuderit. A qua re transit ad pertractandas quaestiones controversas inter ecclesiam orientalem et occidentalem et demonstrat ecclesiae orientalis debile esse fundamentum, quod facile destrui possit.

In secundo libro (1—562. p.) describit auctor noster usum Russorum, Serborum, Montis Nigri, Bulgarorum cum Roma et pertractat labores atque conatus Romanorum Pontificum ad utramque ecclesiam, occidentalem et orientalem, uniendam. Auctor edocet nos optime, quomodo fieri potuerit, ut labores Romanorum Pontificum irriti atque inanes essent. Tribuit hoc non soli culpae legatorum, sed multo magis pravae sagacitati Graecorum, qui omnibus modis intenderant, ut legatos corrumperent atque ad sua consilia comprobanda perducerent. — Proponuntur nobis opiniones praeiudicatae, quae in ecclesia orientali de ecclesia occidentali circumferuntur, cuius rei primo loco culpa est in clero schismatico, qui ab auctoribus graecis confirmatus falsas opiniones e libris protestanticis haurit, qua de re deinde populum contra catholicos irritat. Solatium praebet nobis, quod quaestioni huic plures laici operam dedere (Solov'ev et alii), qui unionem intendebant et quorum viam etiam alii post mortem eorum incuntes in ecclesia schismatica unionis perficiendae studium fovant.

— ý.

POLONICA.

Medycina pastoralna (Medicina pastoralis). Podręcznik dla kleru katolickiego opracował dr. *Julian Czarnecki*, lekarz w Gnieźnie.

Gniezno. Nakładem autora, drukiem Drukarnij Spółkowej w Gnieźnie. 1905. 436 pag. 16^o. Liber hic diligenter elaboratus cum magna laude non solnm a sacerdotibus, verum etiam a medicis in Polonia exceptus est (cfr. „Przegląd kościelny 1905, 239—240).

Spis klasztorów unickih Bazylianów w województwie wołyńskiem. (Conspectus historicus monasteriorum basilianorum unitorum in Wolynia.) Ułożył *Wołyniak*. Kraków 1905. 8^o. 145 et XXVI. Succinctus, diligenter exaratus hic conspectus in summa mentionem facit de 40 monasteriis. Monasteria haec, maiore ex parte saec. XV.—XVI. condita, unionem inierunt demum in fine saec. XVII. et in primo dimidio saec. XVIII. Ante unionem vitam miserrimam degebant. Persaepe enim magnates id, quod monasteriis dederunt, iterum iis adimebant.

O chrzcie św. Przepisy prawa kościelnego i świeckiego w Austrii. (De baptismo. Praescripta iuris ecclesiastici et civilis in Austria.) *Ks. dr. Wł. Kochowski*. Przemyśl. Nakładem autora 1905. Str. 83.

Z dziejów Stolicy św. za pontyfikatu Piusa VII. (Ex historia S. Sedis sub pontificatu Pii VII.) *Ks. Franciszek Starowieyski*. Kraków. Nakładem autora. 1905. Str. 162.

Przegląd kościelny. Red. X. Stanisław Okoniewski. Poznań IV., 3—6. X. T. Trzeciński: Nieznama praca Balcera Pstrokońskiego (Ignota adhuc scripta Balth. Pstrokoński, canonici gnesnensis saec. XVII). — X. V.: Rodzina Andrzeja Kryckiego (De familia archiepiscopi gnesnensis Andreae Krzycki, humanistae † 1537 — X. Stanisław Okoniewski: Lekcye i Evangelie w najnowszym wydaniu warszawskiem. Refert de »Epistolis et evangeliiis« polonicis nuper editis. Editores versionem Jacobi Wugecii quoad linguam et stilum corrigere, praesertim archaismos eliminare in animo habuerunt. Sed labor eorum parum processit: versio eorum non est accurata, erroribusque scatet. — X. Dr. K. Miaskowski: Piotr Bydzyński i polemika jeho s Hessem r. 1524 (Petrus Bydzyński ejusque polemica cum Hess a 1524). — X. Stanisław Okoniewski: Objasnienie najnowszego dekretu o stypendyach mszalnych (Explicatio novissimi decreti de stipendiis manualibus). — X. Arkadyusz Lisiecki: Katalog rękopisów biblioteki seminaryjnej w Poznaniu aż do wieku XV. włącznie (Catalogus manuscriptorum bibliothecae seminarii Posoniensis usque ad saec. XV.). — X. J. Stanisław Adamski T. J.: Tajemnice w religii (De mysteriis in religione).

Świat słowiański. Miesięcznik pod redakcyą dra Feliksa Konecznego. Kraków. Rocznik I., 1—6. Ad meliorem cognitionem rerum Slavorum promovendam condidit Felix Koneczny litteras periodicas menstruas polonice scriptas, quas et ipse redigit, et quidem magno cum successu. Optimos nempe rei peritissimos congregavit collaboratores, qui plurimas dissertationes et articulos statum politicum, religiosum atque litteras Slavorum illustrantes fasciulis usque adhuc editis inseruerunt. Accedunt in fine uniuscuiusque fasciculi notae quam plurimae, rerum cognitione dignarum plenae. Ad nos pertinet praesertim dissertatio in fasciculo 5. publici iuris facta, cuius titulus est

»Z ruchu religijnego w Słowiańszczyźnie (Ex motu religioso apud Slavos). Dissertatio haec habet tres partes. In parte prima describitur praesens status catholicorum apud singulas nationes Slavorum, praesertim consideratur litterarius atque socialis labor cleri. In parte secunda exponuntur novi conatus religionis in Russia; in parte tertia demum disseritur de conatibus ad unionem spectantibus, praecipue apud Bohemos, ubi summa cum laude mentio fit etiam de nostra publicatione.

Przegląd powszechny. Red. ks. Jan Pawelski T. J. Kraków XXII, 5–7. Ks. K. Czaykowski: Głos cerkwi ruskiej o plutokratycznym liberalizmie. De litteris pastoralibus metropolitae ecclesiae rutheno-unitae Szeptycki, quibus dictus archiepiscopus clerum suum cohortatur, ut sequatur principia recti democratismi christiani juxta placita quae statuit Leo XIII. — Dr. Karol Potkański: Konstantin i Metodyusz. (Pars reliqua. Auctor pergit in subtilibus considerationibus suis de vita et factis ss. apostolorum Slavorum. Demonstrat, ipsos partes ecclesiae romanae secutos esse non ex mera opportunitate et simulatione, sed ex sincera persuasione. Ostendit, Romanum Pontificem Hadrianum II. concessisse usum linguae slavicae in liturgia cum damno linguae liturgicae non tam latinae quam potius graecae eaque mente, ut in Moraviam auctoritatem exercere possit directam, non per metropolitas vicinos. Persecutionem Methodii ex parte episcoporum Germaniae illustrat auctor conditione, in qua sedes apostolica illo tempore versabatur. — Ks. J. Pawelski T. J.: Ukaz tolerancyjny. (De edicto tolerantiae imperatoris Nicolai II.) Auctor optima quacque ab edicto hoc pro ecclesia catholica in Oriente expectat, quoad momentum edictum hoc cum edicto Constantini Magni paene in aequo ponit. — Ks. J. Rostworowski T. J.: Pod dzisiejszą apologetyką. Liberalny katolicyzm. (De sic dicto catholicismo liberali.)

RUSSICA.

Полный кругъ духовныхъ законовъ. Составъ Н. П. Головкинъ. Москва 1904. (Collectio legum ecclesiasticarum. Edidit N. P. Solov'ev). Moscoviae 1904. Pag. 632: pret. 2 rub.

Praesens opus usui practico destinatum est -- Auctor ipse in proëmio ita scopum, quem in libro edendo habuit, delineat. Continet liber hicce plenam legum ecclesiasticarum in Russia orthodoxa vigentium collectionem, auctam praescriptis et ordinationibus, quae ab officiis ac praepositis ecclesiasticis, praesertim a S. Synodo emanarunt. Etiam leges novissimo tempore editae, uti lex de cleri orthodoxi pensionibus ex a. 1902, nec non lex de illegitima prole ex a. 1903, in praesenti collectione inveniuntur una cum instructionibus hac de re a competente auctoritate editis. Tandem liber hic variis formularibus in praxi clero orthodoxo bene inservientibus, instructus est. Quod nos attinet, opus memoratum ea de causa nobis videtur attentione dignum, quod in eo facile omnia inveniri possint, quae ad illustrandum iuridicum statum hodiernae ecclesiae orthodoxae in Russia spectant. T.

Александръ Замытницъ, Покаяніе и его значеніе. Целъ нравственной жизни христіанина (De poenitentia et quid ad vitam moralem hominis christiani fovendam valeat). Kiev 1904.

Sub titulo allato Alexander Zamjatin in dissertatione sua magistrali quaestiones tractat maxime asceticas et polemicas, minus dogmaticas de poenitentia; de sacramento poenitentiae tantum p. 184—208 disserit.

Ratio, quam sequitur vel ex libris, quibus usus est, cognosci potest: de doctrina ecclesiae romanae de sacramento poenitentiae consulebat G. E. Steitz, Das römische Buss sacrament 1854 et J. Ammann, Die römisch-heidnische Kirche 1845; in specie de attritione Döllinger et Reusch. Geschichte der Moralstreitigkeiten 1889; C. Stuckert, Die katholische Lehre von der Reue 1896; et sim. in aliis quaestionibus. Hinc mirum esse nequit, si eis, quae de doctrina ecclesiae romanae disserit, assentiri non poterimus.

P. 31. scribit ecclesiam romanam remissionem peccatorum non tribuere contritioni perfectae sed voto ei adiungendo („ne podvigu nra-voizmnjenija, a namereniju kajuščagosja prinesti ispověd' vo grěhah“). Aliud a D. Palmieri, De poenitentia thes. 10., n. VI, didicisset: nempe votum non esse nisi condicionem, „sine qua non habetur iustificatio“.

P. 33. existimat attritionem (terzanie = raskajanie nesoveršennoe), ut ab ecclesia romana concipitur, ab eiusmodi motivis proficisci, quae in poenitente non excludant dispositionem egoisticam aut odium (ne-ljubov) Dei. De quibus protestantium ineptiis ut alias hic plura expendantur fore speramus.

P. 46. de indulgentiis Ecclesiam romanam secundum protestanticos fontes obiurgat. P. 193. poenitentem iubet omnia peccata, magna et parva confiteri. P. 203. epitimiam docet non esse satisfactionem Deo praestandam, sed ideo imperari, ut ecclesiae persuadatur poenitentiam esse seriam.

Maxime vero ecclesia romana accusatur, quod sacramentum poenitentiae loco cuiusdam caeremoniae mechanice operantis habeat. Morale elementum dicit v. g. p. 35. in usu clavium ecclesiae romanae haberi solum utile, non necessarium: rem in nota explicat: vultum in terram demissum, apertum caput, manus plicatas in numero symbolorum tantum piorum haberi — acsi talia in ecclesia russica necessaria ad valorem ducerentur aut in ecclesia romana praeter haec externa nihil postularetur. P. 40. crimini dat nostris theologis, quod remissionem peccatorum faciliorem redditam esse in N. T. docent.

Non intelligent Russorum theologi doctrinam nostrorum, nisi considerare velint, quid remissio peccatorum sit. Peccata remitti nimirum significat tolli aut actum peccati actualis vel denominationem quam ex eo peccator habet, aut odium divinum propter eum actum aut odibilitatem peccatoris propter eum actum seu reatum culpae respectu Dei offensi, quem vocamus peccatum habituale. Nec primum dici potest — quia factum infectum fieri nequit, — nec alterum — quia odium, ut actus Dei necessarius, non tollitur, si in peccatore nihil mutatur. Restat igitur tertium. Iam haec dignitas odii debet esse effectus peccati actualis, quod consistit in aversione actuali a fine. Potest igitur cogitari dignitatem odii consistere in privatione actualis conversionis ad Deum; sed

hoc verum non est, quia peccatum non opponitur privative actuali conversioni, cum homo possit nec peccare nec actum conversionis elicere; potest cogitari eam consistere in sola privatione rectae habitudinis ad finem ex parte hominis, quam quovis momento restituere possit; sed falsum est hoc, quia requiritur satisfactio vel condonatio. Iam vero satisfactio nostra pro peccatis est satisfactio Christi nobis applicata; applicatur autem formaliter eo, quod incorporamur Christo, alteri Adamo; quae incorporatio formaliter fit per deificationem naturae nostrae seu per regenerationem ex Spiritu sancto; nam incorporari Christo capiti est fieri id, quod est Christus, fieri filium Dei, sicut incorporari Adamo (nasci naturaliter), est fieri hominem. Ad quam deificationem efficiendam 1^o patet posse a Deo varias condiciones requiri: potuit eam Deus annectere cuivis actui attritionis verae, potuit solum multiplicatis actibus perfectissimi amoris erga Deum eam reservare, immo insuper ritus difficiles postulare; 2^o patet absolutionem sacramentalem nec esse meram declarationem peccata esse remissa nec solam gratiae donationem peccatorum non remissivae (p. 187—8; quocum tamen cf. p. 190). nec romanae ecclesiae crimini verti posse, quod relate ad peccatorum remissionem sacramento plus tribuit quam attritioni super omnia, neque tamen plus quam contritioni „perfectae“ i. e. ante usum clavium iustificanti; non enim docet absolutionem esse causam mechanicam aversionis a peccato sed gratiae remissivae peccatorum causam instrumentalem.

In fine iuvabit theologorum ecclesiae romanae doctrinam de eis, quae ad valorem absolutionis sacramentalis a peccatis requiruntur, hic paucis quidem sed accurate proponere, ut et discrimen in tractanda utrimque theologia eluceat et haec cognita sive immediate sive mediate (ignoti enim nulla cupido) errores Russorum de nostra doctrina impedire possint. Itaque secundum theologos catholicos ad valorem absolutionis sacramentalis: *a*) ex parte ministri (valide consecrati et iurisdictionem habentis) opus est solum: 1. praevalens intentio directa et determinata saltem virtualis et implicita iudicialiter absolvendi; 2. probabilis saltem cognitio saltem desiderii confitendi a poenitente manifestati, si possibilis est; 3. praesentia eaque ad certum valorem talis, ut colloqui possit humano modo cum poenitente, ad probabilem talis, ut eum vel videre vel audire posset sanis sensibus sine instrumento extraordinario, nisi impedimentum adesset, aut de facto videat audiatve aut videatur vel audiatur quocumque adhibito instrumento; 4. absolutio propria voce prolata. *b*) Ad valorem absolutionis absolutae etiam a peccatis venialibus, requiritur semper aliqua confessio et, nisi adsit causa excusans, confessio omnium peccatorum (formalium) gravium, quae a se commissa necdum sibi debito modo directe remissa esse poenitenti certo cognitum est, secundum numerum et speciem infimam, et nisi saltem ab hoc excusetur, saltem in genere propria voce prolata: at ad valorem absolutionis condicionatae probabiliter nulla confessio requiritur, si fieri non potest. Praeterea praerequiritur necessario aliqua detestatio universalis respectu gravium peccatorum dubie remissorum et certo non directe remissorum, nisi ignorantia ex-

enset, eaque de peccatis ut offensis Dei, saltem implicita et habitualis; quodsi explicita est, de nulla alia interna animae dispositione curandum est et communiter saltem nulla alia opus est. Detestatio ad valorem absolutionis requisita probabilissime nec debet esse actualis nec explicita, sed sufficit habitualis et implicita in quocumque alio actu. Ad fructuosum usum sacramenti poenitentiae circa gravia peccata sufficit contritio imperfecta etiam ea, quae est ex solo metu poenae aeternae, dummodo deliberatam peccandi voluntatem positive excludat, quod fieri potest. Denique certum non est ad valorem absolutionis requiri attritionem, quae sit super omnia, si poenitens est bona fide.

Ceterum ut facilius percipiatur aliquid ex doctrina ecclesiae romanae de his rebus, noverit auctor ea quae nobis opponit p. 39—40 (Kakija by bogatyja žertvy ni prinosil hristianin — grěšnik Bogu, kakija by dėjstvija ni soveršalis' nad nim sovnč, odnako esli stroj ego vnutrennej npravstvennoj žizni ostaetsja bez izmėnenija, esli serdec ego daleko ot Boga, grěh ego prodolžaet suščestvovat' v nem, pričina razedinenija ego s Bogom ne uničtožena, slėdovatel'no, i pokajanie ego ne dėjstvitel'no) item p. 42—43 nostram omnino esse doctrinam.

Quae de polemica parte huius libri diximus, satis indicant nec reliqua posse mediocritatem superare. —l

E. Golubinskij: Historia canonizationis sanctorum in ecclesia russica.
Церкви (Historia canonizationis sanctorum in ecclesia russica).
2. ed. Moscoviae 1903. Pag. 600. — 3.50 rub.

Rem summi momenti, qualis canonizatio sanctorum censetur, Golubinskij in hoc opere tetigit.

Opera, quibus eo consilio usus est, enumerat per octo paginas (p. 3—10). Criticas commentationes de sanctorum russicorum vitis ducit has: V. Kluděvskij, „Древнерусскія житія святихъ какъ историческiи источники“. М сква 1871; V. Barsukov: „Источники русскои агиографii“. Petropoli 1882. Praeterea horum quoque, qui de sanctorum in Russia vitis rebusque exposuerunt enumerat opera: Sergii Sokornin, metropol. Eugenii, M. Tolstoj, A. Murav'ev, archiep. Philareti, archp. Demetrii. Dein colligit eos quoque, qui singulorum sanctorum vitas narravere (p. 5—10). Graeca opera, quae Golubinskij adhibebat, haec sunt: „Συναξαριστῆς τῶν διώδευκα μηνῶν τοῦ ἐναντοῦ“, Athenis 1868. et „Νέον Λεμνων ριον περιέχον μαρτύρια παλαι καὶ νέα καὶ βίους δόσεων“. Athenis 1873. (p. 10).

Cum Russi modum canonizandi a Graecis acceperint (p. 12 et 40), imprimis, quomodo Graeci canonizaverint, describit. Graecae canonizationis duplex distinguendum est tempus: prius pertinet ad saeculum XI (p. 12—26), posterius incipit a saec. XI. (p. 26—39). Tempore priore triplex sanctorum habebatur classis: ad primam classem pertinebant: patriarchae, prophetae, apostoli; quos propter sanctitatem ad munus electos fuisse existimabant (p. 13 et 14). Cultus sanctorum V. T. certe iam saec. IV. exstat (p. 14); apostolis autem statim post eorum mortem coepit tribui (p. 14). In secunda classe ducebantur martyres, quos jam ultimis decenniis I. saeculi veneratione prosequabantur (pag. 13 et 14).

Ex tertia classe illi erant (praesertim monachi et ascetae), qui vita sua talem meruerunt honorem (p. 13), ad quorum canonizationem jam ab initio miracula exigebantur (p. 16). In eodem numero referebantur episcopi (p. 13.); qui prius in prima classe videntur numerari consuesse; etenim, quod ex catalogo episcoporum constantinopolitanorum, Sozomeno et aliis, conicias, episcopi adnumerabantur sanctis ob id ipsum, quod sedes episcopales occupabant (p. 18.). Circiter a saeculo XI.^o miracula exigebantur. Cuius mutationis causam Golubinskij illam fuisse iudicat, quod cum prius tantum suos quaeque dioecesis coluisset sanctos, sub saeculum XI. cultus sanctorum ex praecepto extendebatur ad ecclesiam universam (p. 17 et 18). Confessores, qui non multo post cruciatus perpressos moriebantur, ut martyres colebantur; qui vivebant, secundum eandem, atque ascetae, regulam tractabantur (p. 15). Reges et reginae in sanctos aut propter sua in ecclesiam merita aut propter miracula referebantur (10).

Nulla habemus de modo canonizationis aut de ipsa canonizatione documenta, id unum scimus: episcopum dioecesanum canonizare neminem potuisse nisi metropolitae aliorumque coepiscoporum permissu (p. 22 sqq.). Canonizatio id secum ferebat, quod canonizatus inter sacrum (post consecrationem) nominandus erat et ideo in diptycha referebatur (p. 25). Exeunte saeculo XIII. et inenunte XIV. etiam ab imperatore potestas petenda fuit (p. 537).

In posteriore Graecia duplex erat sanctorum classis: martyres et ascetae. Turcis imperantibus multi erant martyres, qui publice oppugnabant Muhamedi praecepta ideoque morte multabantur (p. 26). Immo inter recentes martyres multi sunt, qui ea mente publice in Islam invehebantur, ut praeteritam apostasiam corrigerent ac redimerent (p. 27). Ad canonizationem episcoporum et ascetarum praeter miracula inde a saeculo XVII. etiam corporum integritatem et odoris suavitatem exigebant (p. 28).

In Atho monte hac in re exceptio fuit: hic enim qui ex vita excesserant vel propter solam odoris ex corpore manantis suavitatem inter sanctos referebantur (p. 28 sq.). Immo in Atho monasteria sua potestate canonizationem agebant, sive singula monasteria sive cuncta simul (pg. 30).

Generatim potestatem canonizandi pro ecclesia particulari habebat episcopus loci, quam videtur ex metropolitae permissione exercuisse; verum pro universali ecclesia patriarcha Constantinopol. canonizabat (p. 29).

Golubinskij duo tantum, quae rem quaesitam attingunt, documenta novit. Quorum alterum, quod de Marco Ephesino agit, singulare omnino videtur esse (p. 31).

Ad canonizationis ritum pertinebat, ut in honorem novi canonizati sacrum fieret et dies anniversarius, quo memoria ejus renovanda esset, constitueretur (p. 31).

Dein auctor proponit breviter normas generales, secundum quas in Russia canonizatio fiebat (p. 40—43), quas infra late refert (p. 261—308).

Normis breviter expositis catalogum sanctorum exhibet. Canonizatio in Russia semper eodem modo agebatur: si externae causae spec-

tantur solae, canonizationis historia in quatuor periodos dividi potest, quarum prima est periodus a recepta lege christiana usque ad synodos Macarii (annis 1547, 1549); secunda synodi Macarii; tertia a synodis Macarii usque ad „s. synodum“ quam vocant, per Petrum constitutam: quarta usque ad haec tempora (p. 43.).

Cum prima e periodi sanctos refert (p. 43—92), de canonizatione quoque singulorum eorumque reliquiis, quantum repperit, exponit.

Secunda periodus expletur synodis Macarii (p. 92—109). Cum Constantinopolis a Turcis occupata esset, et ducatus russicus in imperium mutatus esset. „Russia et convenienter ecclesia russica primum in orbe christiano obtinuit locum“ (p. 93). Quae cum ita essent imperator et Macarius, metr. moscoviensis, cum externa gloria internam esse coniungendam rati ecclesiae ordinem novandi consilium ceperunt et anno 1551 synodo convocata („Stoglav“) perfecerunt. Idem Macarius, cum sibi persuasisset ecclesiae gloriam a sanctis afferri (p. 93), iam aa. 1547 et 1549 duabus synodi convocatis in priore 14 sanctos pro tota Russia, 9 pro particularibus locis, in posteriore 16 eosque, quantum coniectare licet, omnes pro tota Russia in concilio caelestium collocavit (p. 99 sqq. et 103 sq.).

Tertiae periodi (ab anno 1549. usque ad s. synodi“ constitutionem) (p. 109—169) sancti dividuntur in eos, de quibus quando in sanctorum numerum relati sint notum est, et eos de quibus id ignoratur.

Quarta periodo exposita (pg. 169—201), auctor separatim de sanctis Kioviensibus tractat (p. 202.—223). Anno enim 1458 provincia Kioviensis a Moscoviensi divisa est propriamque vitam egit usque ad a. 1685. Quos eo tempore procreavit sanctos, annis 1762, 1775 et 1784 etiam pro metropoli Moscoviensi approbati sunt (p. 202).

Coluntur etiam defuncti, quorum virtutes consecratae non sunt. Qui cultus exstructis super sepulera aediculis et cantatis honoris causa funebralibus (pannahidy). nonnunquam per abusum „molebny“ quae vocant episcopis vel permittentibus vel etiam praecipientibus conspicuus fit. (p. 42). Sunt et alii defuncti, qui re quidem non coluntur, sed relati sunt in sanctorum catalogos vel kalendaria (p. 309). Utrosque enumerat in magnum collectos catalogum (p. 309—370).

Ante a. 1682. sancti canonizati non omnes in kalendaria. librosve liturgicos relati sunt: initio nihil fuisse videtur praeceptum, dein arte typographica inventa res arbitrio correctorum permessa est, usque dum patriarcha Joakim eius curam recepit. Cuius causae Golubinskij historiam. progressum, exempla totum illustrantia exhibet. (pg. 223—260). —

Normas, secundum quas in Russia canonizatio fit, ab eo discimus has (p. 40—43: et p. 261—308):

Ad canonizandum aliquem exceptis martyribus (p. 269), qui sic quoque in sanctorum numero collocari solent, miracula adducunt: discessit igitur ecclesia russica a Graecorum usu, qui, etsi miracula evenerant, in vitam virtutesque inquirebant (p. 40); integritas, si apparnerat, secundo dumtaxat loco impellebat ad canonizationem nec sola sufficebat (p. 270). A qua norma nonnunquam discedebant; velut cum multi episcopi ex Novgorod inter sanctos referrentur, „de quorum

miraculis nihil scimus; quos canonizatos, esse concedimus sicut antiquitus episcopi in Graecia canonizabantur: propter ipsum episcopale fastigium (p. 157 et 268). Eadem de s. Vladimiro dicit (p. 268). Revera tali modo canonizationem interdum factam esse multa testantur exempla (p. 269 sqq.)

De miraculis vero ipsis haec videntur tenenda esse: Generatim, si nostrum tempus excipias, auctor raro causam canonizationis exponit; saepe dicit propter miracula canonizationem factam esse, sed qualia miracula fuerint, ipse non narrat, ad auctores remittit. Miracula refert „ex sanctorum vitis,“ de quibus archiepiscopus Philaretus, Russus, haec habet: „omnia, quae in vitis leguntur repetere homo probus religioni habet, virorum eruditorum nos pudet“ (p. 293). Quotiescumque ex duobus defunctis, quorum reliquiae simul inventae sunt, alter in sanctorum numero collocatus est, alter non item, eius rei alia causa inveniri non potest, nisi quod ille miraculis a Deo illustratus est, hic non item (p. 61). Tamen Golubinskij fatetur non esse, cur conici non possit canonizationem nonnumquam per fraudem et pro pecunia factam esse. Sed ut id factum esse affirmari possit, argumentis opus esse non dubiis patet. De reliquiis reapse sunt talia documenta (pg. 568; cf. pg. 78)

Si quis miraculis patratis nominis famam iam vivus adeptus e vita decesserat, vel si ad mortui sepulchrum miracula evenerant precabantur ad ejus sepulchrum pro eo, nonnumquam etiam ad eum; fere semper vero, ubi ossa ejus jacebant, sacella aedificabant (p. 271 sqq.).

Si miracula facta vel iterata erant, res ad episcopum deferrebatur (279—282): episcopus actionem instruebat (283—286). Convocatis et auditis eo, qui miraculo a morbo liberatus erat, eius parcho, omnibus, qui eum noverant, (p. 283) viri ad id missi quattuor vel tres (p. 114), immo nonnumquam duo tantum vel unus (p. 84 et alias) cognitionem eodem loco, ubi miraculum evenerat, constituebant (p. 283). Auctor actionis historiam duplicem discernit: priorem usque ad synodum a. 1667., posteriorem ab eadem ad nostra tempora. Cuius synodi allegato decreto pergit „Illo, inquit, decreto synodus indicare voluit: severitatem eam antea adhibitam non esse, qua maior non possit desiderari (p. 285). Quod tempus „s. synodi“ constitutionem praecedens attinet, ex ipso auctoris opere nulla generalis regula statui potest: raro enim actionum illius temporis exempla affert. Ex posteriore autem tempore clara traduntur exempla, quae inquisitionem bene esse peractam testantur; Verum etiam in hac periodo de defunctis pro particularibus locis consecratis non haberi certa documenta auctor fatetur (p. 169). Metr. Mogila duobus, quos ipse conscribi iusserat, libris innixus multos inter sanctos rettulit (p. 210 sq.).

Canonizatio ipsa simplici modo agebatur. Conscriptis „officio“ et vita canonizandi (p. 288) dies festus eligebatur, qui ei quotannis celebraretur. Sollemne eius diei, (sacrum patrandum et preces ad honorem sancti faciendae et reliquiae propalam collocandae) per episcopum vel eius legatum illo loco, ubi aderant ossa, peragebatur (p. 286). Ille dies ad festum celebrandum eligebatur, quo sanctus de vita migraverat;

qui, si incertus erat, cum die, quo inventae erant reliquiae et, si neque is constitui potuit, cum die natali commutabatur (p. 287.).

Officia parvi fuisse pretii, nonnulla etiam misserrima tam argumento quam perscriptione, testantur Philaretus et Macarius (292). Idem die de vitis sanctorum (cf. supra dicta a Philareto). Sancti alii tota Russia celebrantur, alii particulari aliquo loco (p. 293 sq.) pro maiore vel minore miraculorum numero (p. 98).

In numerum sanctorum a tota Russia colendorum referebantur a patriarcha, metropolitave, nunc autem temporis a „s. synodo“; pro particulari aliquo loco episcopus dioecesis cultum decernebat (p. 282. 295 sq.). Quandoque etiam ipse metropolita vel patriarcha pro particulari loco sanctos constituebat (p. 292); saeculo vero XVI. indigebat episcopus permissione „s. synodi“, immo propius vero est neque antea episcopos iniussu metropolitae canonizationem egisse (p. 295).

Cum metropolis russica patriarchae constantinopolitano subiecta esset, metropolitae suo iure numerum sanctorum augebant (p. 295); neque adibant patriarcham, nisi decreto suo maiorem auctoritatem conciliare intendebant (p. 70. 295. 382).

Etiam imperatoris concessio requiritur (p. 428 et passim). Imperator, licet ipse neminem in sanctorum numero collocet, sua tamen auctoritate decreta confirmat. Petitiones defunctos consecrandi, praesertim quae temporibus „s. synodi“ fiebant, magnae laudi ecclesiae russicae non sunt (p. 174. 176. 178. 182. 185. 428. 461).

Pauca de canozationis abolitione addenda videntur esse. A canonizatione sua natura error abhorret: id enim tum ecclesiae honor tum fidelium respectus exigunt*). Cum ideo ecclesia catholica singulis episcopis facultatem canonizandi negaverit solique ecclesiae visibili capiti eam reliquerit, in Russia, quod patriarcha de cuiusdam cultu decrevit (p. 126), episcopus dioecesis supprimit et in usu fidelium esse vetat (p. 199), „s. synodo“ post decretas quaestiones rem ad graecas Kalendas dilatata (p. 200); sollemnia, quae antea instituta vel more recepta erant, (p. 140. 198), tolluntur (p. 199) idque, ut auctori videtur, ideo, quod episcopus non iudicavit rem argumentis nihil dubii relinquentibus demonstratam esse (p. 199); nomen cuiusdam sanctae, cui cultus decretus erat (p. 162) a nobili patriarcha Joakim (p. 166 sq.) inducitur eo concilio, ut schisma (raskol) in eccl. russica exstinguatur (p. 107 sqq.); eadem de causa honores, quibus sanctus quidam prius tota Russia, colebatur, idem patriarcha in exiguum locum particularem concludit (p. 168).

In fine libri supplementa et correctiones addita sunt (537—582), quae, ut laude digna sint, tamen incommode sunt applicata.

Appendices quoque tum graecae tum russicae offeruntur, quorum nonnulla summo opere canonizationem illustrant (373—536). Documenta enim quaedam inquisitionis canonizationem praecedentis ibi continentur.

*) Cf. Zeitschrift f. kath. Theologie XIV (1890), 599—616; Revue des sciences ecclés. 1871 II., 246 ss.; Palmieri, De Deo creante et elev. Romae 1878 p. 718—723; Katholik 1905, 290—291¹⁾.

Per totum librum sparsa inveniuntur, quae praetermittere nemini, qui his rebus studere intendit, ulla ratione licebit. Bene enim de canonizationis externo progressu, de kalendario, diptychis graecis, de reliquiis etc. disseritur.

Totam rem Golubinskij, utpote historicus arte insignis, documentis, quibus uti poterat, innixus tractat. Immo, si ante oculos habeamus eum esse ecclesiae russicae studiosum, quam maxime remotus ab opinionis arbitrio procedere dicendus est. Quin etiam, de Ecclesia catholica sicut Lebedev, ita et Golubinskij satis integrum seu obiectivum quod vocant iudicium in medium proferunt. Illos enim, qui Ecclesiam catholicam haereticam eiusque doctrinas, quas non intelligunt, haereses vocant, adulteros veritatis appellat (pozvoljajut sebě sočinitelstvo) (p. 530); illos vero, qui R. Pontificem qualescumque homines ad arbitrium consecrare asserunt, calumniari (yzdor) dicit (p. 531).

Itaque sicut omnia Golubinskii opera ita et hocce magna diligentia compositum est, totoque tenore suo sagacitatem, magnum totius rei criticae usum, veritatis amorem stabilem, animum studio et ira vacuum ostendit. Pro omnibus, qui studiis liturgicis et rebus ad quaestionem de unione ecclesiastica pertinentibus occupantur, studium libri praesentis, magni est momenti *).

M. H.

Православная Богословская Энциклопедія. Издание под редакціей профессора А. Ш. Лопухина. Томъ. I. А—Архелая Ст. 1128. Съ иллюстраціями и картами. (Общедоступной Богословской Библиотеки выпускъ пятый). — Петроградъ. Приложение къ духовному журналу „Странникъ“ за 1904 г.

Operis hujus — encyclopaediae theologiae — est docere praepriis clerum Russiae omnia quae studiis litterisque theologicis ac philosophicis explorata sunt. Nam „cum clero omnium eruditarum gentium praesto sit copia ingens variorum enchiridiorum similiumque librorum, quibus edoceri potest omnes theologicas et philosophicas quaestiones. nobis (in Russia) adhuc omnino aliquid simile deficit... Deficit etiam quaecumque encyclopaedia theologica“. Edita quidem est iam Encyclopaedia biblica, sed haec sufficere non potest. Qua de causa editur nunc haec prima russica encyclopaedia theologica Herzogi opere „Real-Encyklopaedie“ in exemplum assumpto.

„За образец „Pravosl. Bogosl. Enciclopedii“ prinimaetsja „Real-Encyklopaedie“ Gerzoga, i obrabotka predmetov mozet idti parallelno i s pomoščju statej etoj enciklop. predimuščestvenno v predmetah odnosjaščihsja k oblasti obščehristianskago i osobenno (specialiter) zapadno-hristianskago znanija, no s tēm nepreměnnym usloviem (conditio), čtoby ves' material podvergalsja pererabotkě v interesě pravoslavnovostočnoj mysli, a po takim pred-

*) E. E. Golubinskij omnium scriptorum historiae ecclesiasticae russicae celeberrimus est; de reliquis eius operibus in fasciculis sequentibus referemus.

metam, kak dogmatika, pravoslavno-vostočnaja i ruskaja cerkvnaja istorija, agiologija, liturgika i dr. podobnyja nauki, vpolně samostojatelno“.

Cum „Bogosl. encikl.“ etiam ad utilitatem vitae cleri directa sit fusius agitur etiam de rebus, quibus clerus in contionibus commode ac prosperè uti potest, et quae ad homileticam, hagiographiam et apologeticam pertinent: quae res (velut apologia) melius tractantur quam in Herderi „Kirchenlexikon“. (Vide: Avel, Avesta, Avraam, Angel, Agnosticismus, Ad, Adam, Amos e. a.)

Bogosl. encikl. etiam occidentales litteras theologicas in notitiam cleri orientalis perfert; hac re commode differt a theologicis encyclopaediis Occidentis, in quibus de ecclesia orientali, deque litteris theologiae Orientis ne illa quidem, quae maxime necessaria sunt, dicuntur, non excepto Herderi opere Kirchenlexikon. Cognosci id potest vel ex eo, quod Bogosl. encikl. sub sola littera A (usque ad Arhelaja), habet 90 titulos de rebus Occidentis, cum Kirchenlexikon sub tota littera A, solum 40 res Orientis respiciat quae insuper magna ex parte ad ecclesiam latinam pertineant.

De doctrina apologetica catholicorum et protestantium ex una parte et de via, quam ingredi debeat apologetica orientalis, prof. Glagolev 954—5 scribit: „Zaščita častnyh istin (veritas) i oproverženie častnyh ložnyh (falsus) teorij — preimuščestvenno (potissimum) dělo katoličeskich bogoslovov, principalnaja zaščita hristianstva (iz svjatosti ego npravstvennyh [ethicus] idealov i iz sootvėtstvija [congruentia] ego trebovanijam [cum usibus necessariis] čelovčeskago duha) — preimuščestvenno dělo bogoslovov protestantskich. Bez somněnija (dubium) mnogo pol'zy (utilitas) prinesli i prinesut tě i drugie apologety, no (sed) odnako kak katoličeskaja, tak i protestantskaja Apologetika, pomimo vėroispovėdnyh zablūždenij, imėjut eščė i drugija slabija storony. Oproverženie antireligioznyh naučnyh gipotez katoličeskimi apologetami často vedetsja tak, čto oni ustranjajut tol'ko ošibočnyja (erroneus) gipotezy, a vovse ne vedut k vėřė. Zaščita npravstvennoj suščnosti (essentia) hristianstva u protestantskich bogoslovov často soedinjaetsja (coniungitur) s bezrazličnym (indifferens) otnošeniem k dogmatam ili daže s bol'simi (magnus) požertvovanijami v oblasti dogmatiki (u Ričla, Kaftana, Pfleiderera, osobenno u Garnaka). Izbėžať krajnostej katoličeskoj (naučno-sholastičeskoj) i protestantskoj (odnostoronno praktičeskoj) apologetiki i dat' razumnyj sintez ih napravlenij dolžna (debet) apologetika pravoslavnaja“.

Perpulchre et cum debita reverentia tractantur Latini Patres (Augustinus et Ambrosius), Sancti ecclesiae occidentalis, laudantur merita et labores catholicorum, qui gentes evangelium docuerunt (velut Jesuitarum in Argentina, Florida, Louisiana) — attamen generatim propositum illud iam allegatum „čtoby ves' material podvergalsja pererabotkė v interesė pravoslavno-vostočnoj mysli“, sensu nequam ad effectum perduci videtur, ita ut in nonnullis rebus violetur non modo caritas, verum etiam veritas.

De Roma, romanae ecclesiae quidam auctores loquuntur magna antipathia („papismus“, „rimskaĵa propaganda“ [= catholicae missiones!], „oĉag (focus) papisma“, „papskaĵa indulgencija“ etc.)¹⁾, cum de protestantismo et praecipuis de ecclesia anglicana semper benevolentia laude digna scribatur. (Commendatur omnibus caput „Snoŝenie anglikanskoj cerkvi s pravoslavnoju“ 744).

Qui praefuit encyclopaediae edendae, prof. Lopuhin ipse dicit (438): „quidam papa superbivit quod a toto occidenti coleretur ut in terris deus“. Tantum quod papam illum non nominat!

Eodem loco loquitur de bulla data 9. Dec. 1237, verum nulla est bulla talis. Sunt tantum litterae Gregorii IX. ad episcopum Upsalensem. Quae prof. Lopuhin de hac re dicit, similia sunt fabulae, non rei gestae ex annalibus depromptae²⁾.

Idem prof. Lopuhin (?) 603—4: „Inter sacerdotes (catholicos), inquit, qui se contulerunt in Americam, ut Christum praedicarent, sine dubio fuerunt non pauci entusiastae, qui ecclesiae prodesse volebant, velut Las-Casas; sed — proh dolor! — in ipsa natura romano-catholici studii fidem deffundendi est semen variorum errorum; quia romanis praecouibus non tam Christus nuntiandus est quam romanus papa“. Ut exemplum affert id, quod fecit vel fecisse fertur Vincentius Valverde in America

Pag. 810 agitur de theologia morali Jesuitarum, qui etiam antinomistae nominantur(!)

Pag. 669 Anastasius II. papa ab *omnibus* ecclesiasticis scriptoribus usque ad saec. XVI. *haereticus* habitus esse dicitur.

De austriacis rebus religiosis anonymus quidam enarrat *omnino falsa* (232 et s.): „Nemini nisi sacerdoti rom.-catholico licet natos et mortuos in album legitimum referre. Si quis rom.-catholicus religionem protestantium sequi vult, per 6 menses commercio protestantium frui vetatur et unice sacerdoti rom.-catholico edocendum se tradere debet; sed si protestans vult fieri catholicus, sufficit ei adire proximum quemque sacerdotem catholicum. Protestantibus austriacis non conceduntur ecclesiae cum symphoniae cantu aut campanis, sed solum sacella sine aditu ex platea“ et a.

1) „... Bl. Augustin est odin (unus) iz uĉitelej vselenskoj (universalis) Cerkvi. Ego odinakovo poĉitajut vsĉ hristianskija isповĉdanija (confessiones), i osobenno isповĉdanija Zapadnoj cerkvi, gdĉ rimskij katolicismus soperniĉaet v etom otnoŝenii s protestantismom“ (105) . . . „V etom punktĉ (sc. de praedestinatione) uĉenie bl. Avgustina poĉvergalos' raznym krivotolkam (fals. interpret.), osobenno so storony reformatov. No v dĉjstvitel'nosti, on vyskazyvaet liŝ' takoe uĉenie o predopredĉlenii, kotoroe ne vyhodit za predĉly (terminus) pravoslavnago bogoslovija, ĉto vpolnĉ jasno vystupaet iz sravnenija ego uĉenija s uĉeniem „Poslanija vostoĉnyh (orientalis) patriarhov“. — „Uĉenie Avgustina moŝet byt' prinjato kak obrazec istinnago pravoslavno-hristianskago uĉenija“ (107, 8) etc.

2) Gratias maximas ago A. R. D. Fr. Hrbáček, professori in a. e. semin. oppidi Kromĉřiŝ, qui haec mihi liberalissime tradidit.

Auctor doctus. qui scribit de Austria anno 1904, nullam habet notitiam legis austr. latae 25. Maii 1868!

Non verius de orientali (orthodoxa) ecclesia in Austria: „... Quamquam, inquit. lege 21. Dec. 1867 lata libertas constitutionis concessa est, tamen ecclesia orthodoxa permanet in magna dependentia a lubitu rom.-catholici regiminis et ab impudenti propaganda rom-catholica“ (235).

Quod auctoritatem attinet. nonnulla capita sunt ad verbum translata ex Herderi „Kirchenlexikon“, neque hoc indicatur; sunt haec: Avsonij (148 — K. L. 1702) amput.: Alexandrijskij patriarchat (509 — K. L. 519): Alexandrijskaja škola (512 — K. L. 524) K. L. nominatur in conspectu litterarum: Antidikomarianity (795 — K. L. 926) contr.; Antiohijskij patriarchat (857 — K. L. 945) contract.; Antiohijskie sobory (860 — K. L. 960) contr.; Antiohijskaja škola (861 — K. L. 952) K. L. nominatur in consp. litterarum; Apostolskie muži (969 — K. L. 1148). Sed quamquam haec capita — ne contracta quidem nimis — ad verbum translata sunt, tamen quaedam mutata sunt, non ut locus sit eis. quae vera sunt, sed ut servetur illud „interes pravoslavno-vostočnoj mysli“

Saltem duo exempla apponere libet.

K. L. 519 (Patriarch von Alexandrien):

„.. Längere Zeit verwaltete das Amt Demetrius; ihm folgte Heraklas (gest. 247), der seine oberrichterliche Gewalt in der Absetzung des Bischofs Ammonius von Thmuis und in der Einsetzung eines Nachfolgers ausübte. Hochgefeiert war der folgende Erzbischof Dionysius der Große; ihm succedirten Maximus, Theonas (282—300), der Martyrer Petrus I., Achilles, der den berüchtigten Arius zum Priester weihte, und Alexander, der würdig den kirchlichen Glauben vertrat und hierin nur noch von seinem großen Nachfolger Athanasius übertroffen wurde. Wie dieser hatte auch Petrus II. (gest. 14. Febr. 381) von den Arianern zu leiden, *und gleich ihm suchte er seine Zuflucht in Rom*; Timotheus I. (381—385) wohnte dem zweiten allgemeinen Concil bei“ u. s. w.

B. E. 510:

„Dolgo katedru zanimal Dimitrij. Emu naslědoval Irakl (um. v 247 g.), kotoryj svoju verhovnuju vlast' projavil v nizloženi Ammonija, episkopa Tmuitskago, i v postavljeni emu preemnika. Bolšuju slavoj pol'zovalsja takže slědujuščij episkop Dionisij Velikij. Emu naslědoval Maxim, Thanaja (282—300), mučennik Petr I., Ahill, posvjativšij preslovutago Arija v svjaščennika, i Alexandr, kotoryj vystupil revnostnym zaščitnikom pravoslavija i byl v etom otnošenii prevzoiden tol'ko svoim velikim preemnikom Athanasiem Velikim. Podobno emu prišlos' poterpět ot arian i Petru II (um. 14. fevralja 381 g.).

Timothej I. (381—385) prisutstvoval na 2-m vselenskom soborě“ i t. d.

Alterum exemplum, quod priore clarius hunc usum illustrat:

K. L. Patriarchat

(von Antiochien) 948.

die Kreuzritter hatten kaum Antiochien erobert, so schrieben sie an Papst Urban II: „Christus habe der römischen Religion u. ihrem Glauben das ganze Antiochien zum Eigenthum übergeben.“ Weil aber der griechische Patriarch Johannes IV. sich noch zu Antiochien aufhielt, wählte man nicht gleich einen lateinischen

Patriarchen, damit es nicht den Anschein gewinne, als ob gegen die Canones zwei Patriarchen einen und denselben Sitz innehätten. Der griechische Patriarch sah jedoch bald ein, daß es nicht rathsam sei, wenn er unter römischen Christen die Kirchenangelegenheiten führe, weshalb er die Stadt verließ und sich nach Constantinopel begab. Nun konnte ein lateinischer Patriarch gewählt werden. — Balsamon sagt, daß nicht allen antiochenischen Patriarchen, die zu Constantinopel residieren mußten, der Aufenthalt in der kaiserlichen Stadt gefallen habe“ u. s. w.

Quibus fontibus scriptoribusque rerum innixus auctor illa immutavit? Non solus Hergenröther Kirchengesch. II., 408, sed etiam alii scriptores summae auctoritatis dicunt, patriarcham latinum (Bernardum Valentinum) electum esse demum post discessum Joannis IV. Latini scriptores ipsi laudant Joannem IV. ut „verum confessorem, qui, postquam milites rei christianae defensores ad Antiochiam pervererunt, infinita ab aversantibus Christum pertulit supplicia, maxime quamdiu urbs obsidebatur“.

Num id quod interest alicuius religionis anteponendum est veritati historicae? Hoc non laudamus, neque laudare possemus, si quid simile ex parte catholicorum factum esset.

Nihilominus eadem bogoslovskaja enciklopedija ex alia eaque maxima parte magnum emporium doctrinae studiorumque theologorum in Russia est, quod non solum russicae societati — praecipue clero — magni est momenti, sed etiam nobis. Volumus plenam — quoad fieri potest — acquirere notitiam omnium rerum ecclesiae orientalis, im-

B. E. 858:

„ . . . Krestonoscy, zavoevav Antiohiju, pisali papě Urbanu II: „Hristos otdal vsju Antiohiju v sobstvennost rimskoj religii i eja věry“. Hotja pravoslavnyj patriarh Joann IV. ešče ostavalsja v Antiohii, — no kogda latinjane naznačili tuda svoego patriarha, to on, ne nahodja vozmožnym prebyvať sredi rimskih hristian, ne stanovjas' v protivorečie s kanonami, zapreščajuščimi prebyvanie dvuh patriarhov na odnoj i tojže kathedrě, ostavil gorod i udalilsja v Konstantinopol', gđe s togo vremeni sosredotočivaetsja vlast' naznačenija patriarhov dlja Antiohii. Valsamon govorit, čto ne vsěm antiohijskim patriarham nravilos' prebyvanie v imperatorskom gorodě“ i t. d.

primis litterarum theologiarum: ex bogoslovskaja enciklopedija plurima praebet nobis prorsus ignota: nam ad singulos titulos praeter litteras occidentales enumeratas etiam conspectus additur theologiarum litterarum Russorum. Qua de causa cara omnibus exspectataque venit bogoslovskaja enciklopedija; salvere eam iubemus etiam propterea, quod ex ea cognoscimus et amplius cognoscemus, quanto ecclesia graeco-orientalis propior sit ecclesiae rom.-catholicae quam protestanticae et anglicanae, etsi studia theologorum orientalium, quod dictu est difficilius, magis ad has quam ad illam tendere videntur. Id tamen neminem deterrebit a studio hujus operis, qui sentit et scit, nihil nobis adeo necesse esse ut mutuam nostri cognitionem.

In Silesia, 11. Maii 1905.

M. Pavlík.

Вѣчная жизнь какъ высшее благо. (Vita aeterna ut summum bonum.) Philos.-relig. bibliotheca, tom. III. a. 1903. Libellus habet „imprimatur“ ab eccles. censura datam 29. nov. 1902.

In censura huius opusculi ita procedere libet: primum reddemus praecipuas cogitationes auctoris quodque ex iis deducit, deinde brevissime explicabimus, in quo consistat vita aeterna secundum doctrinam scholasticam, secuturi eximium Lessium S. J., tum addemus quasdam animadversiones de opere auctoris. Hac de causa addidimus in prima parte numeros, secundum quos benevolus lector cogitationes auctoris et nostras adnotationes sequi possit.

I.

Cogitationes auctoris. 1. In qua re consistit vita aeterna? In chronologica aeternitate? Non! Haec quidem est eius characteristicum signum, sed vis vitae aeternae in ea non consistit. 2. Haec consistit in eo, quod sit contraria poenis aeternis, aeternae morti; ideoque (consequenter) consistit in infinita plenitudine beatitudinis. 3. Haec vita est vita vera et perfecta (respondet reapse simpliciter conceptui vitae); et in hac re consistit vis obligans nos, ut ad hanc vitam tendamus. Quia est vita simpliciter, vita perfecta, constituit pro nostra voluntate categoricum (i. e. absolutum) imperativum. 4. Sed etiam alia ratio adducit hominem, ut tendat ad vitam aeternam, scilicet summa beatitudo huius vitae, quae homini per se ipsam desiderabilis est, ita ut non solum obligationem tendendi ad eam sentiat (haec fluit ex vita ipsa, ut dixit num. praeced.), sed etiam faciat, ut homo revera tendat ad eam, sciens se alioqui periturum in aeternum. 5. Alterum proprium signum vitae aeternae est ejus „transcendentia“. Vita aeterna est enim vita omnino alia ac vita in terra (Math. 22, 30) et poterit incipere demum postquam haec nostra terrena vita finita erit. Hoc esse transcendens apparet esse finem nostrorum operum.

6. Haec „transcendentia“ vitae aeternae ut finis nostrorum operum habet illam iuridicam cognitionem religionis christianae, qualis formaliter existit in Ecclesia catholica et practice saepe etiam in russica, quaeque ad extremum deducta morali vitae instituendae rationi affert crassitudinem quandam operae mercenariae atque opera humana privat.

honestate. In tali aestimatione vitae aeternae iam non sunt opera bona moralia, sed opera tantum, pro quibus accipitur quaedam merces. Soli illi christiano, qui parum diligens est, potest haberi luerum pro impulsu christianae industriae. Verus christianus a tali vernili modo aestimandi bona opera abhorret. Qui secundum eum agunt nihil aliud sunt nisi egoistae, quorum cupiditas a cupiditate bonorum terrenorum et quaestus tantum in hoc differt, quod amorem lucri in aliam vitam transferunt. Falsitas huius aestimationis vitae aeternae etiam clarius elucet, si consideramus ipsum conceptum vitae aeternae. 7. Vita aeterna consistit in cognitione Dei (Jo. 17, 3). Haec cognitio non est cognitio solummodo theoretica, subiectiva, quia haec nunquam in essentiam obiecti intrare potest, sed obiectiva cognitio, quia obiectum eius non est res mere abstracta, verum est vivum subiectum, persona. Cognoscere Deum est percipere eius praesentiam in nobis, quae praesentia divina homini facultatem dat, vitam aeternam immediate experiendi et sic re ipsa attingendi experientiâ essentiam divinam. Tali modo Deus homini non est solum infinita maiestas, quae absorbet hominem sicut oceanus guttam, non prima causa tantum, sed homo deinde revera cognoscet Deum, Deus transibit in interna eius, fiet principium hominem vivificans et sibi assimilans. Talis cognitio potest vere dici „vita“, quia non est solum operatio intellectus, sed sensus potissimum vitae divinae in animo. Similiter sanitas ut beatitudo quaedam non est cognitio, in quo sanitas consistat, sed est experiri in se sanitatem. Deus tunc non est theatrum sen spectaculum puro cordi, sed visio vitae divinae in se. Justus ex statu animae suae cognoscet, in quo consistat vita aeterna et qualis sit secundum substantiam suam, cognoscet iam, ut ita dicam, ex experientia. Vel aliis verbis, cognitio haec affert similitudinem cum Deo, plenam imaginem Dei in anima. Ita assequitur immortalitatem, vitam scilicet, quae unice est vera vita.

Sed hoc nondum sufficit. Quantumcunque homo in se imaginem Dei et vitam eius producit, haec vita eius, etiam si sit infinita tempore et bonitate, non erit summa beatitudo. Homo ut sola imago Dei etiamnum semper experiretur absentiam Dei atque desiderium eius, neque plene satiaretur, quia eo magis vitae suae imperfectionem sentiret. Haec similitudo insuper fit possibilis, quando Deus ipse est cum homine, quando haec similitudo evadit viva Dei cum homine communicatio. Subiectiva vita, scilicet τὸ vivere Dei in nobis debet habere adiumentum in obiectiva communionem Dei cum homine. Hoc modo Deus erit non solum principium et causa operationis humanae, perfecta species ad excitandam operationem eius, sed viva familiaritatis communicatio (Io. 14, 23).

8. Similitudo non est status finalis; hic incipit, cum similitudo in communionem cum Deo transit. Cognitio et similitudo cum Deo pariter excurrit cum communicatione cum Deo.

Esset valde falsum, hanc vitam aeternam cogitare similem quieti (hic esset pantheismus). Vita aeterna est vera vita, (Deus est Deus vivorum non mortuorum), cuius progressus nunquam finiatur. Hoc est omnino clarum. Quia Deus est infinitus, etiam similitudo in infinitum crescere debet (1. Io 3, 2) homoque infinito progressu ad moralem

perfectionem progredietur. Homo, positus in communicatione cum Deo non poterit non tendere ad maiorem in dies similitudinem cum eo. In infinita pulchritudine semper nova et nova deteget, quae in eius propria vita usque desunt. Ita inveniet sibi in pulchritudine divina nova semper proposita (fines) et indigentias (necessitates). Sed hunc progressum et hanc contentionem sensus non satiatus non comitabitur, quia hic progressus erit magis acceptatio honorum quam investigatio eorum; nam Deus semper cum homine erit implens et satians desideria eius.

9. Vita aeterna a nobis habetur merces, data pro nostris bonis operibus. Sed cur? Quia Deus ita statuit? Nequaquam. Tali modo homo respondet, qui internam coniunctionem inter duas has res nescit. Responsum, fundatum in hac ratione mere occasionalistica et iuridica, quaestionem non solvit. Quae in eundem sensum Scriptura et Patres dicunt, analogice sumenda sunt. Ex eo, quod de vita aeterna diximus, patet Deum a morali conscientia hominis haberi non solum Dominum, habentem ius dandi mandata, sed voluntatem sanctam, facientem quod ab hominibus postulet. Sancti estote, dicit Deus, sed non ideo, quia ego hoc postulo, sed quia ego ipse sanctus sum, unicus fons vitae. Ex hoc re ipsa solvitur quaestio, ideone aliquid sit bonum quia Deus hoc vult, an ideo Deus aliquid velit, quia est bonum. Haec famosa quaestio scholastica, uti auctor dicit, demonstrat, quantopere theologia scholastica a vero conceptu Dei aberraverit. Conceptus Dei verus et christianus est conceptus imprimis moralis. Deus non est primo loco metaphysicus conditor mundi et Dominus hominis, sed fundator et antistes moralis ordinis mundi, bonum infinitum, species perfecta et exemplar omnis perfectionis. Deus non potest aliud quidquam velle, nisi summum bonum idque, tanquam prototypus, non extra se existens, sed in se, quia bonitas naturam eius constituit. Ergo omne bonum est in Deo et qui ad bonum tendit, tendit ad similitudinem Dei. Peccata exuere est revelare imaginem Dei in se et praeparare se ad similitudinem et communicationem cum Deo. Ergo essentia vitae aeternae et principium beatitudinis est sanctitas. Homo erit infinite felix, quia erit sanctus et in communicatione cum Sanctissimo (Rom 14, 17). Homo non ideo intrat in caelum, ut fiat felix, sed ut fiat sanctus, sed haec duo inseparabiliter sunt coniuncta. Pro homine vere christiano non est alia felicitas nisi sanctitas. Si dantur ei felicitas et alia bona, haec omnia nihil sunt nisi quaedam accessoria, quae nihil valent.

Sed cur nominatur vita aeterna merces pro merito? Tantum ideo, quia homo coelum non cognovit. Homo in peccatis constitutus nominat felicitatem id, quod sui cupiditatem et necessitates explet. Sed honestum est opus difficile, exigens iacturas et labores. Ideo non videt, felicitatem et honestum esse idem, immo hoc sentit tanquam iugum sibi impositum. Quomodo possit igitur sibi vitam aeternam, quam animo sibi effingit tanquam summam felicitatem, fingere esse idem bonum, quod ei est difficile iugum? Illi felicitas ut merces pro superatis difficultatibus et honestum videntur esse duae res. Hoc respectu etiam Scriptura simili modo loquitur, scilicet propter duritiam peccatorum. Sed hic modus loquendi nullo modo sumendus est ad verbum. Vero et incorrupto christiano

sanctitas et felicitas est idem; is bonum facit non propter mercedem, sed quia in bono invenit suam finalem felicitatem. Si ei in mentem occurrit, se tantum ita posse adipisci vitam aeternam, haec cogitatio non est causa, qua movetur, sed ad summum animi confirmatio, eum de vita aeterna, vita sua et de bono bene cogitare et non errare.

10. Essentia igitur vitae aeternae subiective est sanctitas, plenus effectus imaginis boni. Sed quia sanctitas est similitudo Dei, quae tantum in communione cum Deo possibilis est, invenimus, quod supra diximus, vitam aeternam esse unicam veram vitam simpliciter, habentem plenitudinem vitae et ideo aeternitatem et felicitatem esse vitam divinam, absolutam, cuius homo fit particeps, vitam, quae unica habet ius existendi et est omnium fons, quae sunt. In hac vita deificabimur accipientes effectum divinum, explentem omnes nostros defectus et imperfectiones. Vita aeterna igitur est vita sancta, deosimilis, consistens in vera, immediata communione cum Sanctissimo. Ex hoc eius summa aeternaque beatitudo.

Haec beatitudo pro homine est unica beatitudo, ita ut sine ea homo sit in aeternum infelix et mortuus. Id accidit ideo, quia solum in Deo per cognitionem et communicationem invenimus responsum ad quaestiones naturae nostrae, quae essentialiter Deo similis est. 11. Vita aeterna est igitur vita sancta et dein communicatio cum Deo. Quoad essentiam est status quidam animae, vel melius principium (fons) huius vel illius characteris huius vitae secundum hunc vel illum statum animae. Quoad essentiam haec vita nihil includit, quod impossibile sit in hac vita. Solis peccatoribus est impossibilis.

12. Ex hoc sequuntur haec: 1. Christiani in bonis operibus suis non ducuntur cupiditate sui, non moventur ratione adipiscendae mercedis aeternae: hoc est inhonestum. Bonum propter se ipsum eis est carum, peccatum propter se ipsum abominabile. In amore boni, non in spe praemii egoistica consistit beatitudo hominis et quaeri debet. Sic Deus apparet non ut Dominus, cui homo obtemperare debet, sed ut finis, ut responsum ad quaestiones naturae eius, ut ille, in cuius communione sita est summa beatitudo. Facere se similem Deo est illi possibile et quodammodo necessarium, quia in bono invenit felicitatem et alioqui se infelicem sentit.

Sequitur 2. Assuetio communicationis cum Deo cogitanda non est eschatologicae i. e. demum in fine vitae concedenda ut effectus obtentae perfectionis. Ita sentit peccator dicens: communionem cum Deo in hac vita fieri non posse, ita Confutius et alii. Homo natura sua similis est Deo et ad communionem cum eo designatus. Sicut homo per lucem tanquam rem sibi connaturalem in communione est cum terra, ita in natura eius debet esse aliquid connaturale quoad vitam aeternam et beatitudinem, ad quam est vocatus. quod est. intellectus. sapientia, vita etc. Ita vitam aeternam non recipit tanquam finem suae vitae neque aptitudinem ad eam ipse sibi comparat, sed ipsa natura sua ad communionem cum Deo vocatus est, quia ut imago eius creatus, est ex familia divina. Ideoque Deus est non solum eius principium, sed etiam beatitudo eius.

Haec communio cum Deo est possibilis iam antequam homo ipse quicquam egit, quia consanguineus eius est. Homo potest, quia imago est Dei, tantum in Deo vivere, quia solum in Deo habetur vera vita, solvuntur omnes quaestiones vitae, invenitur beatitudo, et extra Deum relinquitur mors. Sed ideo communio cum Deo non potest incipere demum post mortem et esse tantum ultimus rerum finis. Si quis in hac communione non est iam in hac vita, stat extra finem suum et vitam et mortuus est. Ideo dicit Christus, sine se nos nihil posse facere. Ergo iam in hac vita homo sanctus est in immediata, viva communione cum Deo et Deus cum eo.

Sequitur 3. Vita aeterna tanquam communio cum Deo non potest esse propositum demum in altera vita assequendum, sed debet homini statim cum eius ortu concedi tanquam status, in quo vivere et agere incipit.

13. Deus est amor nec potuit dare homini solum desiderium communionis secum aut se manifestare tantum ut perfectam sanctitatis speciem et beatitudinis, quia ita hominem ad passionem induceret. Deus ut amor debuit descendere ad hominem multo magis, debuit eum constituere in viva, personali, reali communione secum ipso. Hominis non erat facere se dignum amore, sed recipere amorem divinum (1. Jo 4, 19). Ita reapse factum est. Deus hominem posuit in paradiso (Gen. 2, 7). Paradisus erat vita aeterna. Ita homo factus est particeps vitae aeternae sine ulla cooperatione sua. Deus erat in intima communione amoris cum homine. Homo tantum respondere debuit amori divino, prius ei oblato. Ita amor hominis, quo respondet amori divino, nihil habet cupiditatis sui, quia homo non amat Deum ut suum bonum, sine quo vita eius nihil sit, sed amat Deum similiter sicut Deus amat hominem et ita amori divino et Deo se assimilabilem facere hic iam potest.

Vita hominis in paradiso erat viva coniunctio et communio amoris infiniti et amicitiae. In eo erat sita eius beatitudo. Homo amans Deum, habitans in amore eius fit similis ei, et haec est subiectiva pars vitae aeternae.

Sed si vita aeterna, quae est finis hominis, jam ante eum aderat et data est ei sine merito ex parte eius, ad quid agere bonum? Sed etiam hoc est necessarium. Opera bona sunt tantum conditiones, ut vegetam vitam beatam agere possit. Vita aeterna necessario consistit in aeterno progressu morali ad similitudinem cum Deo. Vita aeterna est cognitio, similitudo, communio Dei. Cognitio cognoscit eum ut amorem, qui prius me amavit et quodammodo quaerit communionem mecum. Ideo homo necessario exardescit et ipse in amorem Dei fitque similis ei (Deus amor est et homo se facit etiam amorem). Amare Deum est intrare in communionem cum eo, quod et Deus vult. Moraliter progressus consistet in crescenti perfectione huius amoris. Amare Deum est sacrificare se Deo: amor est sacrificium.

14. Lignum vitae, cuius mentio fit in paradiso Adami et dein in regno coelorum, novo Jerusalem, probat, vitam in paradiso fuisse eandem aeternam, ad quam Christus nos vocavit. Lignum hoc est imago vitae sanctae in Deo, testificans etiam Adamo, hominem sine Deo nihil

esse, nihil posse ne in paradiso quidem; ideoque amorem eius erga Deum augere debuit. Lignum boni et mali monebat eum, ne curam corporis et rerum corporearum, nimiam gereret, adducebat eum, ut desideria corporis substernerat animae, et largiretur ac devoveret ea communioni cum Deo (ut possit esse cum Deo, debet devovere corpus), vel, ut materiam spiritui traderet ancillam, quia finis eius non in ipso, sed in Deo, ad quem anima, eius amore ducta tendebat. Ita cognoscere debuit homo, vitam suam non esse sui iuris, sed in et sub Deo.

Utrumque lignum docebat igitur hominem tria: eum esse obnoxium Deo, Deum infinite eum amare, vitam veram non homine contineri, sed Deo. Discrimen inter duo ligna fuit in hoc, quod lignum vitae docebat positive et radicibus extrahebat superbiam (partem cupiditatis sui) alterum negative et radicibus extrahebat corporis voluptates. In utroque est: sacrificatio sui Deo.

15. Crescere in amore — vita aeterna: primus gradus eius consistit in sacrificio sui. Ea apud sanctum hominem non est damnum in ulla re. Amor Dei erat homini omnino naturalis, necessarius sicut visio pulchritudinis Dei, veritatis, quia ad haec anima eius tendebat. Non amandi Deum et mandatum transgrediendi fuit mera possibilitas externa, ideoque vitare transgressionem nullam difficultatem ei involvebat. Nos sentimus iam quendam renisum, nobis videtur transgressio esse dulcis, sed ideo, quia iam conversus ad se quisque est non ad Deum. In primo homine hoc non potuit locum habere; mandatum tantum eo spectabat, ut homo manifestaret obtemperacione, amorem suum divinum omnia alia bona despiciere. Hoc modo homo internum impetum ad Deum despectu aliorum bonorum firmabat augebatque.

16. Patet praeterea amorem, in quo consistebat vita primi hominis et consistet et nostra vita aeterna, debere esse actum totius animae, debere esse quendam affectum. Amor qua est affectus habet vim occupandi totum hominem. Amor hic non est mera consideratio mentis, qua homo Deum super omnia aestimat tanquam bonum necessariam et sibi bonum, sed est nisus animae ad Deum (Rom 8, 37 s.). Amor rationalis aestimativus, amor ex luero vel ex cognita obligatione amandi non est vera similitudo cum Deo; amor intensivus et affectus internus oriens in intimo corde, affert veram similitudinem cum Deo. Quoad mandatum amoris maneat merum mandatum sit „echo“ animae nostrae, non habemus vitam aeternam in nobis, quia tunc beatitudinem quaerimus in nobis, nondum in Deo. Ad opera amoris possumus nos cogere, ad amorem non item. Hic affectus sit oportet, qui sponte sua oriatur: alioqui caret illa perfectione, quam exigit vita aeterna. Non negamus, dedito voluptatibus homini talem amorem videri esse aliquid supra naturam humanam, aliquid quod assequi non possit nisi auxilio gratiae divinae et magna rerum humanarum contemptione. Sed de hoc, in quo consistat perfectio et proprietas amoris christiani loquimur. — Itaque amor Dei non debet esse mandatum, sed ebrietas animae, totum hominem rapiens. Amor hic in suo progressu et perfectione nunquam ad finem pervenit, quia obiectum eius est infinitum. Quo magis homo in eo creverit, eo magis convertet eum ad se et faciet eum dignum Deo.

Sed in hoc aeterno progressu non erit aegritudo animi ulla neque carentia, sed summa beatitudo. Aegritudo illa locum haberet, si homo Deum quaereret ut bonum sibi. Sed talis non est verus amor. Omnis novus gradus procedentis monstrabit ei non impossibilitatem assequendi summam beatitudinem, sed tantum veritatem, se parum amare eum et magis eum sibi amandum esse, manifestabit tantum fieri posse, ut etiam maiore felicitate fruatur.

Amor divinus est realis communio inter tres personas. Filius sacrificavit se, et ita in amore divino intimum principium amoris, sacrificium, habemus. (Alia, quae dicuntur de sacrificio unius personae in bonum aliarum intelligi non possunt.) Deus est amor, quia est trinus; aliter amor in Deo non posset cogitari. —

Ut amor hominis similis sit amori divino, debet amare et alios homines et sacrificare se pro eis, habere eos quasi pro parte sui esse. Pro Deo non possumus nos sacrificare, ergo debemus hoc facere pro hominibus. Tali modo homo manifestat eandem cupiditatem Dei et similitudinem cum eo, ac si ad Deum ipsum tendit. Deus est illud, quod nos inter nos coniungit sicut etiam angelos. Quod omnes in hoc Deo similes sunt, non sufficit quidem ad hunc amorem producendum, sed est eius principium. Sed quia communio cum Deo est amor Dei propter Deum sine respectu ad se ipsum, et hic amor est negatio omnis egoismi, coniungit omnes in unum organismum. Homo amabit alterum ideo, quia et alter amat Deum, quem et ipse amat. Si Deum amarem ut „meum“ summum bonum, amor hominum inter se non consequeretur, quia ex hoc amore non manaret sacrificium unius in bonum alterius.

Haec sunt praecipuae sententiae auctoris de vita aeterna. Antequam censuram earum faciamus adducere libet brevem explanationem scholasticam vitae aeternae.

II.

Vita aeterna et beatitudo sita est in aliqua unione cum Deo, quia solus Deus est sufficiens obiectum beatitudinis *) Deus igitur est summum bonum nostrum i. e. beatitudo obiectiva. Unio cum Deo, qua ipse nobis coniungitur nosque afficit, est beatitudo formalis. Nulla enim res a nobis distincta potest esse summum bonum nostrum, nisi nobis applicetur aut coniungatur.

Sed qualis est haec unio et quomodo fit? Haec unio non est dependentia, qua totus mundus dependet a Deo ut prima causa; non est penetratio, qua Deus omnibus rebus pro sua omnipraesentia praesens est: non est unio „formae adhaerentis“ ea, qua Spiritus s. nobis unitur in hac vita terrestri: non est unio formae stricte dictae (hypostatica), naturae divinae cum natura humana sicut in Christo: non est transformatio quaedam nostri esse in esse divinum neque vera cum extinctione nostri esse neque tantum moralis sicut in extasi, nec est communicatio visionis increatae et amoris increati, quibus Deus se ipsum videt et

*) Obiectum beatitudinis est obiectum actuum possessionis omnium actu finaliter in voluntatem influentium. Actus voluntatis nempe sunt actus

amat, quia hoc impossibile est, ut ex ipso philosophandi modo eorum, qui hanc sententiam defendunt, emergit (Caietanus in 1. p. q. 12. a. 2 et 3. p. q. 9 a. 1).

Quid igitur est?

Videbimus Deum sicuti est. In visione Dei unitur Deus cum anima vera unione ita, ut quasi species impressa sit. Cognitio quaevis oritur a cognoscente et cognito simul; debet igitur obiectum uniri cum facultate cognoscitiva, ut cognitio fieri possit: potest uniri per se, potest uniri per speciem impressam. Iam vero non est species impressa, qua Deus cognoscatur: nihil restat, nisi ut Deus ipse uniatur cum anima. Cognitio autem oritur a cognoscente et obiecto simul: quod est actus vitalis, habet ex potentia, quod est repraesentatio huius obiecti, ex obiecto. Sic in visione intuitiva quod est actus vitalis, est ab intellectu informato lumine gloriae, quod est actus visionis Dei, est a Deo, qui id efficit non voluntate, sed natura. Cf. Thomas Aq. Qq. disp. De ver. q. 8. a. 1., ubi simul docemur Deum in visione intuitiva esse formam late dictam, quae communicatione sui perficit, sed non constituit unum. Itaque Deus in visione beatifica coniungitur nobis sicut obiectum cum intellectu.

Est in visione beatifica etiam alter modus unionis. Sicut Deus unitur animae, quatenus est intellectiva, ita et cum anima quatenus est appetitiva; nam etiam amor postulat unionem rei amatae; unio est causa amoris (similitudo) et est effectus amoris: vel ipse amor est unio ordinis intentionalis: sed tendit etiam ad unionem realem, physicam, ad eam quae possibilis est et decet. (Quod restat sequetur.)

Вѣра и разумъ (Fides et ratio) inscribuntur fasciculi (singulis annis 24 novem continentes chartae plagulas), qui maxime apologeticis commentationibus destinati sunt et Harkovii typis exscribuntur. Ex magno earum numero, quae anno proximo (1904) ibi editae sunt, duas, de quibus referri plurimum interesse arbitramur, accuratius excutere in animo est, aliarum titulos argumentumque solum indicare neglectis omnino eis, quae minoris momenti sunt. In parte «ecclesiastica» fasciculorum positum est, quod Iv. Glèbov commentatus inscripsit: *Istoričeskaja dostovèrnost' voskresenija Gospoda našego Iisusa Krista* (De historica veritate resurrectionis J. Ch. D. N.).

Iv. Glèbov praemissa brevi praefatione, ubi fontes suae commentationis indicat (Joh. Gottfr. Herder, *Sämmtl. Werke* XI. Teil. Wien 1823 etc.; ex russicis: M. Sobolev, *Dějstvitel'nost' voskresenija Gospoda našego Iisusa Krista*. M. 1874 — I. Petropavlovskij in

prosecutionis et possessionis; nam bonum non desinit influere nec voluntas desinit agere, cum bonum externe apprehensum est vel etiam haec apprehensio cognita est, sed prior appetitus prosecutivus mutatur in actum possessionis; non beat formaliter praesentia obiecti, quae prius desiderabatur neque cognitio huius praesentiae sed gaudium. Beatitudo perfecta non adest, ubi adsunt etiam desideria; ideo diximus: omnium, quae actu appetuntur; nec adest, si bonum nihil influit in voluntatem; sed debet simul appeti et possideri vel potius debet cognosci ut appetibile et „possideri“. Hinc dici potest etiam: obiectum beatitudinis est obiectum (bonum), quod praesens totum appetitum transmutat in possessionem (gaudium).

Čtenija obščestva ljubitelej duhovnago prosvěšćenija), argumentum in sex divisit capita. Primo capite (I, p. 209—316) auctoritatem et fidem eorum, quae de Christi resurrectione in evangeliiis exponuntur (maxime contra Tolstoj) tuetur. Evangelia univse ab eis conscripta esse, ad quos referuntur, a Troickij (O proischoždenii pervyh trelj kanoničeskijh evangelij. Kostroma 1878) et a N. Molčanov, Podlinnost četvertago evangelija i otnošenje ego k trem pervym evangelijam. Tambov 1883) et ab Archim. Mihail (O evangelijah i evangel'skoj istorii M. 1870) demonstratum esse monet. Capite secundo (353—361) sententiam illam de fraude apostolorum dissolvit; ab ea probitatem apostolorum abhorrere, eosdem ob tantae conspirationis difficultates eam moliri non potuisse, nec inferendae potestatem eis fuisse. Addi potuit ex modo agendi Judaeorum (Act. 4, 16 ss.; 5, 28) colligi eorum explicationem fuisse mendacium; item ex testimonio Pauli, qui tunc erat adversarius. Tertio capite (361—369) eos, qui Christum visum esse mortuum in cruce nec tamen fuisse suspicati sunt, impugnat. Vere mortuum eum esse testantur omnes evangelistae (cf. 1 Pet. 3, 18; 2 Cor. 5, 14; Act. 2, 23), testati sunt milites (Jo. 19, 32), Joseph ab Arim. et Pilatus (Mc. 15, 42—45), inimici Judaei (Mt. 27, 63); idem patet ex eo, quod latus Christi perfossum est. Hic oportebat a Glëbov ea respici, quae hac de re praeclare scripsit Med. Dr. et prof. A. Šiltov, cuius librum Mysli o Bogočelovëkë anno 1904 (Har'kov) iam tertio editum Glëbov omnino neglexit. Supplebimus hic quae ex eo hauriri poterant, quaeque eius excellentiam probabunt*). Šiltov l. c. p. 35—36 hoc modo in vim vulneris illius inquit. »Lanceam alte penetrasse in corpus inde patet, quod sanguis et aqua effluerunt. Si non alte descendisset in corpus, solus sanguis sine aqua effluere potuisset, posito Jesum illo tempore animo relictum fuisse. Ceterum vix admitti potest lanceae cuspidem inter costas non altius penetrasse in cavum pectoris nec pulmonem vulnerasse. Id, quod aqua provenit, facile explicatur ex saevitia ante crucifixionem et ex cruciatibus in cruce. Planum est pulmonibus vulneratis simul profluxisse et sanguinem purum ex venis pulmonum et liquorem aquaticum ex alveolis seu pusulis pulmonum (tumor pulmonum). Hoc modo origo sanguinis et aquae profluentium non in membranis sed in pulmonibus ponatur necesse est. E membranis solus sanguis provenire potuit non simul aqua, cum sanguis non potuerit resolvi brevi illo tempore post mortem ante latus lancea perfossum. Si ex vulneratis membranibus provenisset, vulnus illud leve post paucos dies consanisset nec intelligi posset Jesu discipulis alto lateris vulnere contacto septimo die post resurrectionem fidem factam esse... Quodsi quis etiam id ponat, aquam latere vulnerato non ex pulmonibus provenisse sed ex pleura et pericardio seu fuisse eam liquorem physiologicum, etiam ita certum est etiam sine ullo pulmonum tumore enervato corpori acrem ictum lanceae et altum lateris vulnus ad subitam mortem suffecisse. Dico acrem lanceae ictum, quia, si lancea latus levius icisset, et latus summum tantum vulneratum eset, non potuisset aqua ex vulnere fluere, quia ad hoc opus fuisset penetrata pleura. Ab externa pectoris superficie pulmones in linea papillari circiter 3 cm, in alari circiter 2 cm distant, nisi corium adipis sub cute sit auctum Magna cuspidis lanceae longitudine considerata dubitari nequit, quin non solum in pleuram sed in ipsam pulmonum substantiam descenderit.« p. 38: »Num ibi defectio animi potuit esse, ubi lancea pulmones — quos tumuisse vero propius est — penetravit? Notum est pulmonum tumorem ipsum vehementem esse morbum, multo vehementiorem, si homo langueat et multus sanguis profusus sit. Christo enervato et sanguine privato cum infandis ac velut infernis tormentis manuum pedumque perforatorum altum etiam

*, De eodem libro breviter relatatum est in Museum 1904.

vulnus infertur viscerum haud mediocrium. Quis nisi medicinae imperitus in animum induxerit dicere tanta passum potuisse superstitem esse?

Cor lancea vulneratum esse minus probabile nobis videtur quam pulmonem alteriusutrius lateris.« Vulnus enim a latere inflictum est; cor autem solum in parte antica pulmonibus non tegitur. Tamen etiam eius vulneratio letalem exitum habuisset. p. 40: Nonnulli critici fieri potuisse negant, ut ex latere Jesu sanguis et aqua provenirent, quod sanguis non possit diu manere liquidus et partes aquaticae ex eo non prius separentur quam corpus exanimatum dissolvatur. Ad id respondeo corporis dissolutionem hic agi non posse, quoniam latus perfossum est paulo post mortem. Tamen sanguis cum aqua profluere potuit sive Jesus animo relictus sive mortuus erat. Quod facile intelligitur, si sanguinem et aquam non ex externis membranis, non ex cute, sed ex pulmonibus vulneratis provenisse consideratur. Et ex pulmonibus sanguis liquidus fluere potuit quocumque tempore mors facta est. Medicis notum est in aperiendis mortuorum corporibus e pulmonibus sectis liquidum fluere sanguinem et, si tumidi fuerint, simul aquam. Cum summa probabilitate poni potest e causis mortis Domini vulnerationem pulmonis et praecipue huius tumorem non fuisse ultimam. Tumor inde oriri potuit quod Jesus tormentis et verberibus usque ad plenam confectionem subiectus erat antequam crucifixus est; quodsi addas ingentes cruciatus in cruce, facile intelliges tumoris originem evenire potuisse directe ex debilitata actione sinistri ventriculi cordis, unde sanguis venose consistens et pulmonum tumor fieret.«

Vere mortuum esse Christum neque convalescentem sed redivivum apostolis apparuisse Glèbov etiam inde probat, quod cum psychologiae legibus componi non potest, ut eiusmodi Christi praesentia eis persuaserit Dominum ab inferis exstitisse. Addi oportebat sepulcrum inventum esse apertum et Judaeorum explicationem (Mt. 28, 13) mendacium fuisse; denique Christum ambulasse (Lc. 24, 15. 50) pedibus perforatis, cum tamen naturaliter demum post menses aliquot vel saltem hebdomades stare potuisset, quod Šiltov docet l. c. p. 37.

Quarto capite opinionem eorum qui solam speciem Christi a discipulis sive Deo eam offerente sive mente sola — conspectam esse copiose refellit. Prius (p. 405 - 425, 467—494) subiectivae speciei defensores refutat (Strauss, Renan, Noack, Hausrath, Holsten); et contra Renan quaedam notatu digna de eo, quod fieri non potuit, ut tot homines eandem speciem conspicerent, ex Russkaja Mysl nojabr 1893 et dekabr 1894 profert. Postea (p. 509—526) obiectivae speciei defensores (Th. Keim, H. Lotze, Fichte, de cuius opinione scripserunt A. Družinin in Věra i Razum 1884 t. I., č. 2, str. 41—58; 112—130 et N. Dobronravov in Pravoslavnoe obozrěnie 1891, g. IV, t. I., str. 679—695 aliosque) insequitur. Supplebimus iterum ex Šiltov, quae auctor neglexit, Christum (convalescentem) non potuisse per medium vel telepathice in conspectum discipulorum venire.

»Quicumque, inquit p. 44 l. c., in mediumismo saltem mediocriter versatus est, novit figuras materializadas, quae nonnumquam in consessibus spiritistarum, si medium validum adest, conspiciuntur, non posse referri in numero rerum solidarum vel spirituum sed esse imagines exiguum tempus manentes, quorum adventus a medio praesente omnino dependet. Si medium validum non adest, non apparent eiusmodi figurae, quia deest fons, unde formari possint.« p. 46 »Praeterea nunquam observatum est medium posse pro arbitrio figuram notae personae efformare, v. g. Mahometi, Caesaris, Napolconis etc. Figurae materializatae solent esse vel medii simillimae vel omnino dissimiles nullique cognitae figurae humanae. . . Litteris dignis, quibus credatur, custoditum est exstitisse nonnumquam compares (dvojniki) variarum personarum. Inter alia loco quodam, ubi puellae alebantur

et docebantur, compar conspiciebatur pulchrae mulieris, quam omnes alumnae aliquot menses observabant*). Quodsi quis non Christum realem, sed eius comparem a discipulis conspectum esse dicat, necesse est hoc posito etiam verum Christum simul in vita fuisse; alias enim compares non apparent.« p. 47. De visis vel speciebus telepathicis notum est ex maximo opere membrorum societatis psychologicae Londinensis *Phantasms of the living*: talia visa tempore mortis vel magni periculi apparere idque ita, ut plerumque a solo »percipiente«, i. e. ab illa persona, quacum persona propinqua calamitatem quae ei accidit, communicat, conspiciantur. Visum telepathicum est compar morientis vel in magno periculo versantis. ... Ab aliis praeter »percipientem« visum raro tantum conspicitur idque si inter eos, qui circa percipientem sunt, est subiectum quod tenuem habet nervorum temperationem (»sensitiv«); at ut a multis conspiciatur visum telepathicum, minime fieri potest. Restat autem quaedam categoria comparium, cui proprium est, ut visum pro arbitrio excitari possit. Ut res succedat, requiritur a parte inductoris seu agentis facultas cogitationes suas firmiter ad unam rem dirigendi, a parte percipientis magna capacitas alienorum impulsuum voluntatis et singularis ad visa percipienda natura. In hoc genere comparium experimentis excitatorum haud pauca credibilia in litteris psychismi tradita sunt. Verum etiam hic visum ab illo solo conspicitur, de quo inductor cogitavit. Aliis verbis — visum inductoris seu agentis ex vehementi mentis intentione in spatium proicitur ac percipienti se ostendit. Quodsi ponamus Christum, cum in sepulcro ad sensum sui rediisset, quopiam secessisse, unde telepathice in discipulos ageret, potuit visum eius alicui ex eis, qui aptiore natura ad visa percipienda instructus erat quam ceteri, se ostendere. Nec tale visum telepathicum pro arbitrio excitatum praebet se ut quicumque vivi, ut res solida, sed ut umbra fluxa, quae brevi pallescit et evanescit. Quae cum ita sint, loqui aut cibum sumere visum non potuit.« — Capite quinto (p. 569—582) Glèbov, quid de opinione a Harnack proposita sentiendum sit, disserit.

Denique sexto capite (II, p. 145—163; 309—318) de vi resurrectionis exponit. M. Tarëev (Bogoslovskij Věstnik 1903 Maj) aggressus, qui solam vim moralem resurrectionis aestimat, Glèbov docet sine resurrectione Christi christianismum ne cogitari quidem posse; si in Christo peccatum non fuit, mors potestatem eius non habuit; si Christus de sepulcro non insurrexisset, mors hominum non esset peccati consecutio, sed vel imbecillitatis rerum creaturarum vel decreti divini.

Cum Světlov (Značenie kresta v dèlè iskupenija. Kiev 1893 p. 429) dicit haec notatu digna de necessitate resurrectionis: »Irrisus, expansus Christus non alliceret homines ad se ... ad Eius sepulcrum homo lacrimas suas effunderet — quibus deploraret bonum, deploraret hominem — et Salvatoris sepulcrum fidei eius, quam bono tribuerat, foret sepulcrum.«

In universum aestimanti diligens et accurata haec commentatio est; methodus tamen scholasticorum syllogistica, quae non eorum tantum dubiorum rationem habet, quae aliquando serio proposita sunt, sed etiam ea enervat, quae proponi possunt, longe praestitisset. —

In parte »philosophica« praeter cetera commentatio quam Victor Golubev scripsit digna est, quam accuratius inspiciamus; inscripta est: Bog, kak pervaja pričina bytija s filosofskoj i estestvo-naučnoj točki zrènjaja (De Deo ut causa prima existentiae ex philosophia et ex physicis).

Golubev ipse in fine (p. II., p. 385) summam rationemque quaestionis suae his verbis indicat: »In hac quaestione ex philosophia de-

*) Exemplum antiquum habes in Aeliani Var. hist. l. 4, 17; 2, n. 26.

monstravimus ultimum fontem rerum mutabilium non posse esse mutabilem, rerum dependentium et imperfectarum non posse esse dependentem aut imperfectum. Ex empiria compluribus capitibus docuimus illud principium immutabile, absolutum, quo omnia continentur, non posse esse atomum, quae sive nullis proprietatibus activis praedita est, sive viribus physicis et energia — esto aeterna — instructa, inops est (si modo recta ratione utamur) ad multa particularia phaenomena physica et ad physicorum phaenomerum ordines quoque explicandos, velut phaenomenorum affinitatis chymicae et structurae molecularis corporum solidorum, liquidorum, spirabilium. Coniunctis utrisque — philosophicis et empiricis — argumentis conclusimus, originem illius processus mutationum, quem mundum appellamus, ponendam esse in ente absoluto, immutabili, perfecto, quo omnia continentur, qualis est Deus.«

Tota commentatio saepe obscuritate laborat; sed omnia examinari non expedit, solum antiquiora.

In introitu (I., 1–16) delegamur ad auctoris commentationem *Mir kak process imějuščij načalo*, quam a. 1903 in *Věra i Cerkov'* kn. I. edidit, et, quae ibi coegerit, docemur. Inde breviter argumentis philosophicis probat quaecumque mutabilia sunt, ab ente immutabili esse, quae finita et dependentia ab ente infinito et independente; id quod iam Anaximander cognovit.

Altero et tertio capite (I., 16–35; 49–67) argumentum teleologicum tractatur. Vituperatur (p. 17) 1. quod, si solum sit, non sufficiat; 2. quod petitio principii committi soleat, quatenus ponatur a natura anorganica fines appeti, id quod probandum sit; 3. alibi (II., 386) Golubev hoc argumento pantheismum aut aeternam materiam excludi non sentit.

Golubev (cum aliis Russorum apologetis, velut Nik. Pavl. Roždestvenskij, *Hristianskaja apologetica* ² Spb. 1893 t. I. p. 335–345) duplex argumentum teleologicum discernere omittit. Verum duo sunt, quorum alterum quidem »cosmologico« argumentum ut adminiculo indiget nec ab eo separari potest, sed in unum cum eo coalescit, alterum, licet proprie sit ex analogia — etsi maiorem vim menti nostrae inferat, quam quae argumentationi ex analogia tribuenda videtur esse, ideoque a L. Lopatin (*Položitel'nyja zadači filosofii* č. I., str. 62–66) ab argumentis ex analogia ductis semovetur — tamen totum ex se ipso aptum est et pantheismo quoque refellendo propria vi sua par, id quod maxime Wigand, speculator naturae insignis, in opere suo cuiusvis apologetae diligenter pervolvendo »*Der Darwinismus und die Naturforschung Newtons und Cuviers* (1874–77) II., 487 vario et praeclaro modo ostendit.

Ut obscuritatem, quae apologetas Russorum hic impedit, pellamus et quae nobis displiceant perfectius doceamus utrumque argumentum teleologicum a scholasticis excultum breviter et integre hic esse ponendum videtur.

Prius argumentum, quod haud scio an optime teleo-cinesiologicum appelletur, a scholasticis hoc modo proponitur: Ordo, ad quem producendum omnes res huius mundi conspirant a) multas determinationes contingentes supponit ideoque causam liberam exigit b) talem, quae in ordine producendo summa sapientia usa sit. Ergo existit aliquod numen praestantissimae mentis, quo mundus eiusque partes regantur. Illud, dico contingentiam motus in mundo corporeo, in qua probanda Russi in magnam difficultatem incurrunt (cf. Roždestvenskij l. c. p. 330*); nam quod nobis abstracte cogitantibus possibile apparet,

*) Roždestvenskij, qui admittit vim argumenti ontologici, ignorat ideologicum (sicut etiam henologicum). Permittatur nobis, ut hoc argumentum, etiam ab aliis minoris aestimatum, hic paucis vindicemus. Vera idealia (i. e. rationes universales secundum valorem earum obie-

re adaequate spectata impossibile esse potest), hoc modo probatur. In mundo corporeo multiplex motus (successivus) exstat. Atqui hic motus rationem sufficientem in viribus essentialibus aut substantia corporum non habet sed causam exigit liberam, a qua corpora saltem in mutatione accidentali (imprimis homo in vita conservanda) pendent. Quam causam Deum appellamus. Probatur minor: Corpora motum (localem; consequenter nec alios) producere nequeunt nisi ita disposita sint, ut suis ponderibus non sint quoquoersus librata. Atqui corpora ad varias dispositiones in spatio ex se indifferentia sunt; nam dispositiones eorum experientia teste a nobis libere mutari possunt ideoque contingentes sunt; et hinc illa firma persuasio nostra critur non ea sola fieri posse, quae re ipsa fiunt. Ergo corpora non habent in se rationem sufficientem motus et postulant causam liberam — quia existentia motus eis contingens est —, a qua saltem in mutationibus accidentalibus dependent. Restat, ut alteram partem demonstramus: Ens liberum est ens spirituale; tale ens nihil potest extra producere nisi illud, quod mente concepit; non enim hominis instar organa habet ab intellectu et voluntate independentia. Ergo tanti concentus ex dissimilimis motibus tantisque vicissitudinibus, tam multarum rerum atque tantarum ordinibus causa omnino determinate illas dispositiones corporum in spatio concepit, quae admirabilem hunc ordinem constituerunt.

Alterum argumentum, proprie teleologicum, breviter ita proponi potest: Constat corpora huius mundi, imprimis nascentia, actionibus suis necessario producere bonum sibi vel aliis, velut acquisitionem nutrimenti, prolis originem et sustentationem. Nam quae constanter et in diversis adiunctis fiunt, non casu, sed necessario fiunt. Atqui haec actionum necessaria relatio ad bonum propter analogiam cum necessitate, qua nos bonum agimus, a nobis aliter intelligi nequit nisi ut dependentia a causa finali. Nam illi effectus omni ex parte similes sunt effectibus quos efficere nos non possumus nisi causa finali influente; atqui effectus similes sub ea ratione, sub qua similes sunt, similes causas exigunt. Iam vero actiones a bono illo ut a causa finali pendere non possunt, nisi corpora ab ente intelligente producta et hac productione in finem directa sunt; bonum enim ut causa finalis non existit nisi in ente intelligente nec appetitus naturalis ab hoc bono pendere potest, nisi ipsa natura ab illo ente effecta est. Bonum enim causa finalis esse nequit, nisi ut bonum apprehendatur et intendatur; nam causa finalis (late dicta, de qua sola hic agi potest) est bonum quocumque modo intentum, quod qua tale in existentiam mediorum (sive immediate sive mediate) influit. Ergo existit aliquod ens, quod bonum illud intendit et potentias actionesque corporum in illud tamquam media in finem ordinavit. Tale ens ab omnibus vocatur Deus.

Hoc alterum argumentum menti auctoris nostri maxime obversari videtur; sed rationem suae argumentationis non reddit. P. 21-statuunt actiones rei legibus constitutas, partes eius dispositas, i. e. coordinatas et subordinatas, denique totius pulchritudinem atque concentum signa esse rei arte factae. Rem ita propositam non satisfacere

ctivum spectatae; ea enim, quae conceptibus arboris, hominis etc. exprimuntur, qua talia in rerum natura non inveniuntur) Deum esse testantur. Nam rationem sui sufficientem nec in rebus existentibus huius mundi nec in intellectu (ea fingente) nec in utroque simul habent. Non enim sufficit similitudo rerum ad efformanda vera idealia, sed, saltem ne notiones arbitrariae a mente fingantur, requiritur „illustratio lucis divinae“ (Thomas Aq. Quaest. dispp. De spir. creat. a. 10 ad 8) „participatio lucis increatae“ (Duns Scotus, In l. 1 Sent. d. 3, q. 5) sive in speciali quodam intellectu agente sive in oratione (λόγῳ), quae quovis individuo prior est, ponitur.

ex ipsis variis naturae figmentis (velut ex pulchra imagine capitis puellae in achate sacrarii Karlsteiniensis) manifestum est.

Golubev nimis negligit ea, quae ab aliis de his rebus quaesita et scripta sunt, quae negligentia etiam aliis locis saepe sentitur. Unicum volumen, quod teleologiae dicatum est, allegatur: V. D. Kudrja vcev, Sočinenija t. III., vyp. 3.: Teleologičeskaja idea i materializm. Sergiev Posad 1894. Apte quidem monet nolle se probare in natura viva inter se omnia connexa et apta esse et consilio geri; nimirum nolle se ligna in silvam ferre; verum sic quoque ingens litterarum moles restabat, qua uti eum oportebat; dico v. g. ea, quae de sectione aurea in rerum natura frequentissima aliisque proportionibus scripta sunt, quorum exemplum egregium etiam in litteris bohemicis (in programme gymnasii Tustensis a. 1881—2: J. Kovář, O poměrech přirozených) exstat.

Capite quarto (67—90) Golubev de vi et natura materialismi recentis et de eis, quae sententiae de mundo ab aliqua mente ut causa prima effecto opponuntur et de unitate materiae disserit.

Capite quinto (123—147) hypothesin atomisticam examinat; c. sexto (191—214) de lege periodica elementorum chymicorum exponit et de unitate virium physicarum inquirat. C. septimo (215—234) fundamenta opinionis mechanisticae de rerum natura explicat: statum materiae, legem inertiae et translationis motus. C. octavo (273—288) summam motuum in mundo non esse semper eandem ideoque aeternitatem motus negandam esse probare conatur. C. nono (II., 277—292) de mechanismo virtutis attractoriae iudicat, item de mechanica caloris et cinetica spirabilium explicatione, quam materiam capite decimo porro tractat et absolvit (II., 325—336; 358—370).

In »epilogo« 382—392 inter alia materialistis concedit res ex nihilo creatas intelligi non posse; separata difficultate, quam phantasia ingerit, cum notiones formales negationis, temporis ut reales exhibet (esse post non esse, ex nihilo), comprehendere opinor bene potest rem (immediate) in Deo solo integram rationem suae existentiae habere, quae vera notio creationis est, minus autem, unde individualitas rerum creaturarum orta sit vel oriatur.

Omissa obscuritate maxime copiam instrumentorum desideravimus, quae adhibenda auctori erant. Ex omnibus 50 tomis operis periodici Natur und Offenbarung nihil omnino ei cognitum est, etsi iam in antiquioribus tomis plurima ipsi nova de quaestionibus, quas tractabat, invenisset: de unitate materiae deque hypothesi atomistica et dynamistica VI., 364—372; IX., 264—267; de origine atomorum et motus materiae VII., 506—516; quomodo ex nisu materiae ad momentum par turbatum restituendum temporalitas motus mundi probetur (IX., 11), de vi attractoria (VIII. 45) etc. Hoc malum vitiumque non paucarum commentationum a theologis Russorum conscriptarum eo molestius ferimus, quod sine inquisitione systematica, qua illud, quod investigatum ab aliis est, critice adhibetur nec propriis viribus omnia committuntur, non continget nisi maximis ingeniis, ut doctrinas augeant.

In ecclesiastica parte fasciculorum Věra i Razum collocatae sunt (praeter alias minoris momenti) etiam haec commentationes: I. A., V. S. Solov'ev, kak zasčitnik papstva po kn. »La Russie et l'église universelle« p. I., pag. 614—638; p. II., p. 13—35; tractatur de V. Solov'ev defensore papatus. — J. Krasnitskij, Buddizm i hristianstvo p. II., p. 103—137; 180—198; 225—249. — D. S. Leonardov, Teorii vdohnovenija i proišoždenija Sv. Pisanija na zapadě v prošlom stolětii II., 285—308; 416—431; 529—570; 591—612; 651—680; refertur de sententiis theologorum occidentaliū saeculi elapsi (Rothe, Schenkel, Dorner, Schweizer, Bleek, Gess; Hengstenberg, Gausen, Vilmar, Rudelbach, Rohnert, Koelling, Dienemann; Beck, Philippi, Cremer, Franz; Ewald, Graf, Kuenen, Reiss, Wellhausen; Thomasius, Luthardt, Kahnis, Fr. Delitzsch; Hofmann, Volk, Grau, Frank, Kurtz, Harnack; Ritschl; —

catholicos nimirum ignorare licere putat) de inspiratione et origine sacrae scripturae. — T. Butkevič, Slovo v den' prepodobnago Antonija Velikago I., 73—80, qua oratione docemur, praecepta christiana de moribus non posse commutari autonomia. -- Archim. Georgij, Stigmatizacija. Bogoslovsko-psihologičeskij očerk II., 623—634; stigmatizatio dicitur omnino concipi et explicari posse ut effectus mollis animi et fervidi ingenii passionem ac vulnera Christi considerantis (p. 629).

In parte philosophica eminent quae scripserunt Dimitrij Brjancev de Joanne Italo («Joann Ital i ego filosofsko-bogoslovskaja vozrženija, osuždennyja Cerkov'ju I., 243—272; 305—336; 402—422; 435—452; II., 231—246; 255—276; 293—304; 306—324; 337—357; 371—381); Aleksandr Nikol'skij de B. N. Čičerin philosopho et N. K. Mihajlovskij positivista (Filosofskija vozrženija B. N. Čičerina [r. 1828, † 1904 g.] i nėskol'ko slov o značenii dējatel'nosti N. K. Mihajlovskago [r. 1843, † 1904 g.], kak pozitivista I., 453—474; II., 1—22; 43—64; 101—132; 203—219); S. B. ij de doctrina spiritistica Caroli Du-Prel (Dvojstvennost' čelovečeskago suščestva po učeniju Karla Dju-Prelja II., 133—152; 180—190); V. Davydenko de patrum doctrina de unitate animae (Svjatootečeskoe učenje o edinstvė duši pri raznoobrazii eja sposobnostej; duša i duh II., 153—166); V. Murav'ev de «novo homine» s. Pauli (Novyj čelovek — κενός ἄνθρωπος — po učeniju sv. Pavla. II., 519—528; 613—622). Quae accuratius persequi non vacat.

Věra i Razum multa continet et bona: sed theologiae catholicae ignorantia acerba est. Utinam res in melius mox mutetur!

— 1 —

Проф. Алексѣй Евѣденскій, „Религіозное обновленіе“ нашихъ дней. Выпускъ второй. Москва 1904.

Prof. Aleksěj Ivanovič Vvedenskij (* 1861) russicos legis christianae correctores insecutus iam secundum edidit fasciculum de ratione ac voluntate eorum. Sunt enim inter Russos quoque, qui ascetica indole legis christianae non intellecta, inimicitiiis mundi cum regno Christi, quas evangelium praedicat, quam apostolorum litterae inculcant, quam patrum volumina clamant, quam denique tota antiquitas professae est, non cognitis — ideo, opinor, non cognitis, quod ipsi sub mundi potestatem cecidere — latiore viam generi humano huius saeculi reservatam esse putent et, quae divinitus tradita sunt, corrigere moliantur. Qui conatus apud Russos non paucos sui studiosos habent, quorum extremi illa tradere ausi sunt, quae et constantissime ab eis dici mihi videntur et, quo descenderint, patefacere. Ex eo, quod huiusmodi studia factionem sibi compararunt, facile conicias theologiam a Russis non exerceri eo modo, quo melior desiderari non possit (p. 6).

Vvedenskij quo ea tendant bene perspexit. Cum Serafim episcopo polocensi et vitebensi commode monet (p. 33) illos aliam viam petere ac viam crucis, illos ingredi velle viam „odnih udovolstvij bez stradaniij i žertv“ et legem Christi metiri aptitudine ad terrena ac fragilia haec bona subministranda (p. 15); ideo contra vitam asceticam bellum indixerunt (15). Commoda opesque, quorum cultus et humanitas copiam dant bonum absolutum esse arbitrantur et in numero notarum verae ecclesiae Christi ponere videntur, ut illis copiis augendis ducem se profiteatur; illum autem hominis cultum, qui lege Christi nobis propositus est — „donec formetur in vobis Christus“ — et quo ante mortem

defungetur nemo, ex memoria deposuerunt. Verum quidem est etiam rei christianae antistites nonnumquam officio suo defuisse; non post mercatores ingredienda erat India doctoribus christianis, nec atheis concedendum erat a theologis, ut primi coniectarent de rerum naturae nexibus et legem biogeneticam similesque verae idearum divinarum investigationi supponerent. Ne plura: multa neglecta esse constat, at sine dubio minime Spiritu sancto auctore sed spiritus mundi impulsu. Verum ad utilitatem voluptatemque terrenam augendam, ad amorum fabulas affabre conscribendas, ad nuditatem singulari arte depingendam Spiritus sanctus non hortatur.

Vvedenskij haec novorum consiliorum insignia exponit: 1. inordinata indigestaque proposita et complicatas notiones; 2. magisterii arrogantem usurpationem (cf. Vl. Solov'ev, Istorija i buduščnost teokratii I. Zagreb 1887 p. 381: to ložnoe proročestvo, kotoroe hočet ot sebja vozobnovljať i ispravljať dělo Hristovo vměsto togo, čto by ispravljať sebja i drugih po volě i zapovědjam Hristovym); 3. cupidinem libertatis a legis dogmatisque vinculis; 4. somnia de felicitate humana; 5. chiliasticas opiniones de fine mundi: denique 6. „erotičeskij panteizm,“ quo omnia ad venerem referuntur, quem Lenau his commode expressit versibus (in Don Juan): „Das Herz, in dem die Wesen alle gründen, der Born, worein sie sterbend alle münden, der Gott der Zeugung ists, der Herr der Welt, die er nie satt in seinen Armen hält.“ Haec proprietates maxime in Rozanov exstat.

De pantheismo ego quidem eum accusare non audeo; quae enim Vvedenskij hoc consilio allegat, sensum theisticum recipere videntur. At negari nequit ab eo vitam omnem ad sexum revocari. Rozanov legem christianam in crimen vocat, quod hominis sexum ignoret (Semejnij vopros v Rossii II, 358); vult „seksualizacii teisma“ (V mirě nejasnago i nerěčennjago. 124); liberorum procreationem existimat opus esse Deo longe gratissimum (V mirě 199): quemvis ortum dicit esse legitimum (Sem. vopr. II, 38. 47).

Sua sponte quaestio oritur, num a theologis Russorum talia studia sententiaeque via ac ratione impugnentur. Certe quidem hoc potissimum tempore iterum ac saepius quid rebus veneris mali adhaereat exponunt. Verum perversa de peccato originali sententia tenti veram inhonesti rationem non assequuntur. Omnem veneris usum inhonestum esse et matrimonio solum tegi quodammodo putant. „Esli ne ostaetsja priraženie nikakoj grěhovnosti i plotskoj nečistoty v polovyh otnošeniah suprugov, to ne inějut dlja sebja nikakoj počvy trebovanija ot suprugov vozderžanija ot izlišnago sladostrastija. Apoštol govorit: vo izběžanie bluda každyj iměj svoju ženu i každaja iměj svoego muža (2 Kor. 7, 2). Otsjuda jasno, čto v osnově polovyh otnošenij ležit nečistota, kotoraja kak by zatuševyvaetsja pri vstuplenii v bračnyj sojuz, vslědstvie togo, čto v sem slučae suprugy dobrovol'no osuždajut sebja na ograničenie svoih čuvstvennyh vlečenij“. T. V. Barsov in Hristianskoe Čtenie 1903, II., 330—1. Luxuriam cum gula conferendi nullam cogitationem videntur habere. Quarum constat eandem esse rationem, nisi quod illa extra matrimonium est letalis. Nimirum improbum est, quid-

quid corpori indulgeatur obsequaturve quin honesto proposito ornatum sit. Oportet quidem corpori debitum persolvi ab homine: cibus potioque capienda, cum vita conservanda agitur; procreandi appetitus ei explendus, cuius liberos habere interest. At corpori cedere, ubi hae res honestae non petuntur, homine indignum est „est dělo protivnoe dostoinstvu čelověka“. Vl. Solov'ev, *Opravdanie dobra* 2. M. 1899, p. 85. Ad id Russi interdum prope accesserunt, velut S. Troickij in *Strannik* 1904 p. 300. Eadem est sententia sancti Augustini 1). Tamen quot sententiae fuit commenticiaeque ab iis, qui de ratione vivendi disserunt, post eum hac de re non sunt propositae! Quae fere caedem sunt atque illae, quibus turpitudine mendacii explicabatur 2). Praesertim vero, si illae opiniones addantur, quibus culpae castitatis quocumque modo a caelibe neglectae gravitas vindicatur 3), rationem humanam eo non posse laudari apparet, quod ecclesia in vera doctrina semper perseveravit. Ceterum Russi argumentum illud ex liberorum educatione disturbata ductum, quo a nostris theologis stupri turpitudine probari solet, ignorare prorsus videntur.

Quod omnino primum peccatum parentum generis humani in certamen vocant adversus Rozanovii sectam est comprobandum: tantum quod ratio naturalis, rerum inanum studio semel irretita, prius probationibus naturalibus ad veram doctrinam videtur perducenda esse. Speramus fore, ut illa perniciosa praecepta brevi reprimantur; quae satius est non aperte impugnare, sed fonte periculi obturato repudiare. G.

И. И. Жиловъ, Благоговѣйныя размышленія христіанна предъ причащеніемъ и по причащеніи скрътихъ тинъ. (I. I. Žilov, Devotae considerationes ante et post communionem.) Spb. 1904.

1) De nupt. et concup. l. 1, c. 8: „Illo concupiscentiae malo utitur homo, non vincitur, quando eam inordinatis atque indecoris motibus aestuantem frenat et cohibet; neque nisi propagini consulens relaxat atque adhibet, ut spiritaliter regenerandos gignat, non ut spiritum carni sordida servitute subiciat“. De moribus ecl. cath. c. 21: „Habet igitur vir temperans in huiusmodi rebus mortalibus et fluentibus vitae regulam utroque testamento firmatam, ut eorum nihil diligit, nihil per se appetendum putet, sed ad vitae huius atque officiorum necessitatem quantum satis est usurpet, utentis modestia, non amantis affectu“.

2) „Est contra naturam“ (cf. D. Scotus In l. 3, d. 38, n. 5); ex „semellicito“ (cf. J. Costa-Rossetti, *Philos. mor. th.* 100, not. ad confirm.; cui argumento — quod utique experimento numquam probari potest — in quaestione nostra etiam periculosum est nimis fidere; multis enim hac ratione nihil persuaderetur, itaque res non semel sed sescenties licita foret). Sed et illud, quod Viva posuit (*Thes. damn., Prop.* 8 et 9 Innoc. XI, n. 6) falsum est; cf. J. C.-Rossetti l. c. th. 26; *Zeitschrift f. kathol. Theologie* XXVI (1902) S. 678.

3) Matharan, *Asserta moralia* n. 151; Thomas Aq. *Qq. disp.*; De malo q. 15, a. 2.; Cardenas, *Crisis theologiae*, diss. 29, c. 3, n. 86. 88. 94 etc. — Verius C. Frick iudicat (in *Zeitschrift f. k. Theologie* 1889, S. 444), modo in illo „Zusammenhang jeder unkeuschen Regung mit der complete[n] Sünde“ intelligatur appetitum libidinis, qui qualibet indulgentia augetur et corroboratur, nisi a coniugibus licite satiari perfecte non posse. Cf. *Lehmkuhl, Theol. mor.* II⁹ n. 745.

Considerationes in hoc libro compositae admodum diligenter selectae sunt. Nonnulla nova et bona hic invenimus, alia desideravimus. Etiam occidentalis auctor quidem consecutus est iustum iudicium, Thomas Kempensis, cuius quinque capita hic sunt collocata. Sed certe haec collectio insignior evasisset, maxime pars altera, si auctor nostras saltem »Preces ante et post missam« (Pustet⁹ 1901) adhibuisset. Ex 17 considerationibus ante s. communionem 9 a Russis profectae sunt (1 a Demetrio Rost., 1 a Io. Serg. Kronstad.); e Thoma Kempensi optima quaeque libri 4. capita electa sunt (4, 4; 4, 16; 4, 3); quamquam in c. 3. n. 4 eximius ille locus O quam magnum . . . omissus est; etiam 4, 2 recipiendum erat. Meditationes post s. communionem minus apte electae videntur esse; eo tempore sensui magis est indulgendum quam in orationibus et sermonibus fieri solet de rebus divinis habitis. Neque Im. Chr. 4, 14 ibi suus est locus, potius ante s. communionem; 4, 13 aptius adhibitum esset.

l —

Libri russici a. 1905 editi.

E. P. Akvilonov, Naučno-bogoslovskoe samoopravdanie hristianstva Spb. 1905 (VI + 434) 3 r. (Apologia christiana secundum artis praecepta.)

V. B. Bažanov, O religii³. Spb. 1905 (96) 0:30 r.

D. J. Bogoljubov, Pravoslavnyj protivosektantskij katihizis³. (0:15 r.) Spb. 1905. (Orthodoxae doctrinae summa adversus sectas.)

V. M. Giljarovskij, Sobranie propovėdej prot. V. M. G. t. I. (VII + 848) 2 r. t. II. (584) 150 r. (Orationes sacrae collectae.)

J. M. Gromoglasov, Novaja popytka rešit' staryj vopros o proizhoždenii »Stoglava«. Rjazan' 1905. 0:25 r. (De novo conatu veterem quaestionem de origine »Stoglav« solvendi.)

Al. Il'in, Jezuity i ih vlijanie na istoriju čelovečestva. M. 1905. (79) 0:30 r. (De Jesuitis eorumque influxu in historiam generis humani.)

N. J. Ivanov, Nauka i biblija (Doctrina et libri sacri). Spb. 1905. 150 r.

Th. Jakovlev, Apokalipsis s očerkom žizni i učenija sv. ap. i ev. Ioanna Bogoslova². Spb. 1905. (401) 1 r. (Apocalypsis cum imagine vitae doctrinaeque s. Joannis theologi.)

Ioann, ep. Smolenskij. O monašestvė episkopov (De condicione monachica episcoporum). Počaev 1905. (IV + 157) 0:50 r.

A. Klitin, Naučnoe i pedagogičeskoe značenie voprosov sovremennago bogoslovija. Odessa 1905 (Quaestiones theologiae horum temporum quid ad doctrinam et ad artem educandi valeant.)

A. P. Lebedev, Istorija vselenskih soborov³. I. (374) II. (343) Spb 1905 à 2 r. (Historia conciliorum oecumenicor.)

A. P. Lebedev, Brat'ja Gospodni (1 Kor. 9, 5. Gal. 1, 19). Istoriko-kritičeskoe islėdovanie. M 1905 (122) 0:80 r (De fratribus Domini.)

N. Lipskij, Psihologičeskija osnovy umstvennago i religiozno-nravstvennago vospitanija v doškol'nyj period. Nežin 1905 (191) 0:80 r. (Psychologica fundamenta educationis ad doctrinam et ad religionem honestatemque nondum missorum in disciplinam.)

I. Ljutostanskij, Talmud i evrei³ kn. 3. (368) 4. (352) 5. (336) Spb 1905 à 2 r. (De praeceptis magistrorum Iudaicorum et de Iudaeis.)

Ep Nikanor, Tolkovyj Apostol č. I. Objasnenie knigi Dėjanij sv. Apostolov i sobornyh Poslanij, Spb 1905 (639) 3 r. (Commentarius in apostolum p. I. Enodatio libri actuum apostolorum et epistol. cathol.)

I. V. Nikanorov, Istoričeskoe opisanie Nikolaevskoj v Vorobině g. Moskvy cerkvi i eja prihoda (Historia ecclesiae vorobinensis). M. 1905 1 r.

G. Orlov, Cerkov Hristova. Razskazy iz istorii hristianskoj cerkvi M 1905. (414) 0 60 r. (De ecclesia Christi. Relationes ex historia ecclesiae christianae.)

G. Orlov, Ustanovlenie Velikago posta⁴ (32) M. 1905. (Præceptum Magni ieiunii)

V. S. Ornatskij, Slova, poučeniya i reči (1-20) Novgorod 1905 (Homiliae, catecheses, orationes)

Aleksandr, ierom., Kritičeskij razbor Tolstovskago lžeevangelija v novoj brošjūrè »Žizn' i učenje Jisusa« Spb 1905 (Censura pseudo-evangelii L. Tolstoj in novo lib. »De vita et doctrina Jesu« propositi).

N. P. Kondakov, Licevoj Ikonopisnyj Podlinnik, tom. I: Ikonografija Gospoda Boga i Sp. našego Jisusa Hr. (143 fol. + 97 p. text.) Spb 1905 (Iconographia Domini n. Jesu Chr.).

J. S. Pal'mov, Manual'nik Vjačeslava Korundy, kak istočnik dlja harakteristiki religiozno-reformatorskih idej českago utrakvizma vtoroj poloviny XV. vėka. (40) Spb. 1905. (Manuale V. Kor. ut fons notationis idearum de novanda religione apud Bohemos utraquistas saec. XV. descendente.)

K. Plotnikov, Istorija russkago raskola izvēstnago pod imenom staroobrjadčestva⁵ Spb 1905 (203) 1-10 r. (Historia schismatis russici sub nomine veteroritualismi pervulgati.)

V. P. Popov, Vozvraščeniè iudeev iz plėna vavilonskago i pervye gody ih žizni v Palestinè do pribytija Ezdry. Kiev 1905. (De reditu Judaeorum in Palaestinam.)

E. Poseljanin, Russkaja cerkov' i russkie podvižniki 1890 vėka. Spb. 1905 (356) 1-50 r. (De ecclesia Russorum eiusque militibus saeculi XVIII.)

Jo. Il'. Sergiev, Sozercanija i čuvstva hristianskoj duši. Iz dnevnika za 1904. Spb. 1905 256) 1 r. (Meditationes et sensus animae christianae.)

Jo. Il'. Sergiev, Novyja slova. Kronštadt 1905 (141) 0-50 r. (Novae orationes sacrae.)

Ierom. Simeon, Russkaja literatura po voprosu o svobodě sověsti i pravil'naja postanovka etogo voprosa (Litterae Russorum de libertate conscientiae). Kazan' 1905. 0 20 r.

L. Sokolov, Psihologija grėha i dobroděteli po učeniju sv. podvižnikov drevnej Cerkvi. Vologda 1905. 0-50 r. (Psychologia peccati et virtutis.)

V. P. Sokol'skij, Evangel'skij ideal hristianskago pastyra. Kazan' 1905 (426) 2 r. (Pastoris christiani species evangelica.)

A. Spasskij, Objaščeniè imperatora Konstantina Velikago v hristianstvo. Sergieva lavra 1905 (74) 0-50 r. (De Constantino M. ad Christum converso.)

B. V. Titlinov, Pravitel'stvo imp. Anny Joamovny v ego otnošeojah k dėlam pravosl. Cerkvi. (IX + 466) Vil'na 1905 (De Annae Joann. imperatricis moderatione imperii).

Th. I. Titov, Kritiko-bibliografičeskij obzor novějših trudov po istorii russkoj Cerkvi (Conspectus critico-bibliographicus eorum, quae de historia Ecclesiae Russorum nuper scripta sunt) Vyp. IV. Kiev 1905 (50).

Th. J. Titov, Russkaja pravoslavnaia Cerkov' v pol'sko-litevskom gosudarstvė. Kiev 1905. 3 r. (De ecclesia orthodoxa Russorum in regno polonico-lithuanico).

D. K. Trenev, Nėskol'ko slov o drevnej i sovremennoj russkoj ikonopisi. M. 1905 (De russicis imaginibus sanctorum pictis priscae et huius aetatis).

J. Turkin, Prazdnik Roždества Presvjat. Bogorodicy. Sb. 1905 (47) 0.25 r. (Festum Nativit. ss. Deiparae).

Religiozno-filosofskaja biblioteka. Vyp. VIII. O cėli obrazovanija (De fine educationis ex N. Pigorov, L. Tolstoj, V. Nesmėlov, A. Komenskij, K. Ušinskij) Vyšnij Voloček 1905 (84) 0-30.

Pamjatniki pravoslavija i ruskoj narodnosti v Zapadnoj Rossii v XVII—XVIII vv. t. I., č. I—III. (XCVII + CLXIV + 1771 + CXIX). Kiev 1905. (Monumenta orthodoxiae et nominis Russorum in Russia occidentali.)

Učeno-bogoslovskie i cerkovno-propovédičeskie opyty studentov Kievskoj duhovnoj akademii LVII kursa (1904). (Tentamina commentationum theologiarum et sacrarum orationum ab alumnis academiae spir. Kijov. factae.) Vyp. II. Kiev 1905 (590) 250 r. (Ubi continentur: Pereverzev, Idea theanthropica in systemate VI. Solov'ëv 1—131; Caritas erga Deum et proximum 135—234; T. Popov, Quae de morbis in libris sacris commemorentur 236—406; N. Ontlik, De vi sociali legis christianae, quam docet Th. M. Dostoevskij 407—564.)

Sistematičeskij ukazatel' statej, poměščennyh v žurnalě »Hrist. Čtenie« za 1821—1903 gody (230 XXVI. st.). Spb. 1905 (Index commentationum operis periodici Hrist. Čt. ab a. 1821—1903)

SERBICA.

„Bogoslovski Glasnik“ VII 1905. Singuli fasciculi 80 pg.; pretio 12 K per annum. (Srem. Karlovcı-Slavonia.)

Nr 1 2. J. Zeremski, Mazi sa istoka (Magi ex oriente; Mt. 2, 1—12.) p. 3—11, 81—87; porro tractabitur. Kuljukin-Bogdanovič, Suština hrišćanstva prof. A. Harnaka (Essentia religionis christianae) p. 11—26, 88—94 versio e lingua russica (Cf. [Slavica pg. 206] Slav. I th. pg. 28) continuabitur — Avtobiografija ep. Nikanora Grujića, pg. 27—37, 100—113; pars edita est a. 1904; continuabitur. Evstratiadis-Pribičević, Carigradski patriarh Fotije i njegovo značenje u istoriji deobe crkava (Patriarcha Photius et historia schismatis) pg. 38—42, 95—99: versum e lingua neograeca; porro tractabitur. — V. Miroslavljevič, Srpske veroučevne knjige u Avstro-Ugarskoj 1690—1902; pg. 43—47; tantum pars. — D. Ruvarac, Bukovinski episkop Evgenije Hakman pg. 114—119; continuabitur. — E. E. Golubinskij-Maksimovič, Vera, moral i religioznost kod Rusa u I. periodu (Religio et moralitas I. periodo historiae Russorum) pg. 120—127; versum e lingua russica; continuabitur. — V. Maksimovič, Da li je u pravosl. bogoslužbenim knjigama izraženo učenje o bezgrešnom začecu Bogorodice? — An in orthodoxis libris liturgicis doctrina de immaculata Dei Genitricis conceptione expressa sit? (pg. 48—59.)

Illmus. eppus. graeco-cath. Crisiensis (Drohobeky) in litteris pastoralibus, tempore iubilaei praeterito anno celebrati editis, de Immaculata Conceptione B. M. V. agens etiam liturgiam graeco-slavicam ut firmum documentum fidei ecclesiae orientalis adducit. (Litterae inveniuntur in Zagrabiensi »Katolički list« 1904. Nr. 49.) Hisce litteris auctor noster motus contra duo argumenta, quae a theologis occidentalibus pro Immaculata Conceptione adduci solent, exurgit: a) contra argumentum traditionis ex liturgia comprobandae; b) contra argumentum ex festo conceptionis (9. Dec) ductum. Ad primum advertit vetustam alicuius dogmatis professionem tantummodo, si constet, scriptori librorum liturgicorum et poëtae ecclesiastico doctrinam ecclesiae illius aetatis perfecte notam fuisse, legitime demonstrari posse: atque praesertim cum de poësi sacra agatur, ab eo, qui res antiquas scrutatur, magnam cautelam requiri: in poësi enim sacra similiter atque in profana symbolum, allegoriam, hyperbolam, forte etiam licentiam poëticam inveniri. Nec ipsam personam aut adiuncta poëtae praetereunda esse: poësim enim propriam scriptoris naturam praese ferre. Aliud quoque criterium historico dogmata scrutanti attendendum esse: utrum dogma ab ecclesia universa receptum sit an non; proinde historico tantum in dogma ab ecclesia universa receptum (dogma

positivum«) inquirendum esse eique id unum agendum esse, in lucem ut proferat, quomodo olim homines senserint mentemque suam de dogmatibus, quae hodie in subtilem atque claram formam redacta proponantur, verbis expresserint (p. 49—50). Auctor nonnullos locos ex liturgia adducit, ut argumentationem catholicorum infirmet. Menaem (Μηναια, mineja) enim die 9. Dec. habet: Dnesъ iz korene Davidova carskaja porfjra prozjabši, ot Jesseja izrastiti načinaet cvět tainstvennyj, v nejže Hristos Bog naš procvěte, spasajaj dušy našja (Hodie e radice David regia purpura exorta, Jesse florem mysticum incipit germinare; in quo Christus Deus noster effloruit, qui salvat animas nostras). In verbis »in quo Christus D. n. effloruit« contendit auctor rationem inveniri, cur id, quod concipitur, »purpura regia« ac »flos mysticus« appelletur. Aliud: Novoc nebo vo črevě Anny zizdetsja Boga vsedětelja povelënem, iz negože vozsjajet nevečernee solnce mir vesъ prosvěščajušče lučami božestva . . . (Novum coelum in utero Annae firmatur, Dei rerum omnium conditoris nutu, in quo Sol inocciduus illucescat, qui universum mundum divinitatis radiis illuminat. — Cathisma). Atqui, contendit, hoc loco id, quod est conceptum, vocari »novum coelum« propter »Solem« claraque esse ornamenta et symbola poësis ecclesiasticae, ideoque Dei Genitricem qua talem, minime autem ab Anna conceptam prolem (pg. 52—53). Alia quoque epitheta (»Čestnějšaja Heruvim i slavnějšaja Serafim« — Dignior cherubim et gloriosior Seraphim) eadem de causa B. V. tribui Poëtam B. Virginem ut dignum sit se non posse laudibus praedicare ob eam rem fateri, quod ad Dei Genitricis honorem evecta et Dei-Verbi incarnationi affinis facta sit. Auctor igitur contendit conceptionem B. M. V. in liturgia non qua talem sed, quatenus ipsa B. M. V. ad Christum referatur, laudibus summis celebrari. Ad quaestionem, quomodo B. V. peccato subiecta esse potuerit, Maksimovič respondet verbis S. Augustini de nat. et gr. c. 36 n. 42: »Excepta itaque s. Virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam prorsus, cum de peccato agitur, haberi volo quaestionem . . . (ulteriora non citat). Secundum explicationem auctoris s. Aug. hic »non vult quaestionem haberi« de peccato, quod revera adfuerat, et id »propter honorem Domini« i. e. ne narrando de peccato matris filii honor laedatur, quod auctor confirmare vult verbis Gregorii Nyss. (oratio I. de beat.), qui generatim dicit filiis tacendum esse de iis, quae cum generatione arte connexa sunt, ne his parentes dedecorentur, sec. Levit 18, 7: »Turpitudinem patris tui et turpitudinem matris tuae non discooperies« (! — pg. 54) — Festo die 9 Dec. Maksimovič animadvertit ecclesiam conceptionem ipsam simpliciter non celebrare. Quod demonstrat imprimis ex titulo, quo festum inscribitur: »Začatie svjatja Anny, jegda začat presvjatuju Bogorodicu« (Conceptio s. Annae, quando concipit sanctissimam Deigenitricem): etenim si ipsa conceptio B. V. celebraretur, festum inscriberetur: »Začatie presvjatyja Vladyčicy našeja Bogorodicy i Prissnoděvy Marii« (Conceptio sanctissimae reginae nostrae Mariae, Deigenitricis ac semper Virginis). Sed in isto genere festum esset Deigenitricis ac festum maius nec in typico (ustav, directorium) signo festorum minorum primae classis signaretur, sicut revera signatur. Demonstrat idem 2^o ex condacio (kondak, κοντάκιον): »Prazdnuet dnesъ vseleennaja Annino začatie byvšee ot Boga, ibo ta porodi pače slova Slovo rozdšuju« Celebrat hodie mundus Annae conceptionem quae fuit a Deo [γεννημένην ἐν θεῷ], etenim ipsa Eam concepit, quae Verbum, supra quam dici potest, concepit; deinde ode I.^{ma} canonis 1.^{mi}: »Začatie dnesъ bogomudraja Anno tvoe prazdnuem, jako vměstivšuju nigděže vměstimago začala jesi, neplodnyh otreššisja uz« (Conceptionem hodie tuam, Anna divina, celebramus; quoniam eam, quae nullis terminis circumscriptum comprehendit, sterilitatis vinculis liberata, concepisti). Ex hisce auctor concludit conceptionem Annae celebrari, quia sit de Deo, i. e. quatenus Annam Deus a »ste-

rililitatis vinculis« liberaverit, eoque magis (celebrari), quod eam, quae dignitate Deigenitricis ornata sit, conceperit. Argumentatur ultimo ex tota festi indole: troparii pars prima Annam non amplius sterilem esse annuntiat, altera vero de Deigenitrice qua tali (sc. non de eius conceptione loquitur; similiter in aliis hymnis laetitia, quod Deus ab Anna sterilitatis ignominiam amovit, exprimitur; procimenum (προκείμενον, prokimenъ) vero non est de Beata, sed de Sanctis (pag. 56—57). Advertit etiam verbis »bivšee oтъ Boga« (quae [conceptio] a Deo erat) explicari, cur ad verbum »začatie« (conceptio) epitheta svjatoe, »preslavnoe« (sancta, gloriosissima) addita sint: conceptionem »sanctam«, »gloriosissimam«, quatenus conceptio *sanctae* (litt. inclin. cur. auctor) Annae gratiae divinae donum fuerit (pag. 58. — Cf. de hoc festo Nilles: Kalendarium manuale pag. 348 sqq.). Ceterum ea, de quibus auctor tractat, non sunt unica, quae in liturgia, de conceptione agunt. Qui plura de hac re videre vult, adeat: »Toscani-Cozza, De immaculata Deiparae conceptione hymnologia Graecorum. Romae 1862 — — Pg. 143—149 accurate spectatur et laudatur liber: Dr. Virgil Grimich, Der Religionsunterricht an unseren Gymnasien. Wien-Leipzig 1903. G. R.

Glasnik pravoslavne dalmatinske crkve. 1905. — Operi edendo praeest Protopr. Dj. Popović. — Singulis mensibus editur fasciculus; Zadar (Zara), 6 K per annum.

Opus hoc publicum est. Dissertationes quae in disciplinis versantur, paucas continet. Tamen ab iis, qui rerum cognitioni student negligendum non est; maxime ideo, quod Nikodim Milaš, ep., qui merito inter viros doctissimos ecclesiae orientalis numeratur, commentationes suas et partes operum suorum arte conclusorum ibi emisit et adhuc emittit. Inter opera eius celebratissimum est: Crkveno pravo (Ius ecclesiasticum), 2. ed. Mostar 1901 (12 K), quod iam in linguas russicam, germanicam, bulgaricam translatum est. — Magni momenti sunt eius: Documenta pertinentia ad historiam orthodoxae dioeceseos Dalmatiae et Istriae a XV.—XIX saeculum, tom. I. Zadar 1899. et Pravoslavna Dalmacija (Dalm. orthodoxa), Novi Sad 1901 (pg. 603; pr. 6 K), opus vere doctrina excellens (etsi ratio anticatholica interdum nimis apparet), ubi historia Dalmatiae ecclesiastica (ritus orientalis) a saeculo I. usque ad XIX. tractatur. E fasc. 1—3. haec promimus: Ep. N. Milaš, Unijaćenje u Dalmaciji god. 1832—1835 (Unionis conatus in Dalm. a. 1832—1835), pg. 7—13, 22—26, 40—46. Materia a. 1904 instituta porro tractatur necdum absolvitur. Solum documenta (nr. 36—45) historica foras dantur. — Reliqua (De vaticiniis messianis; Praeco fidei — praeco verae humanitatis) ad laudem doctrinae non aspirant. — Pg. 49—50 † Ep. J. J. Strosmyer dicitur adversarius ecclesiae »orthodoxae« gravissimus et periculosissimus fuisse, cum nemo alliciendi »orthodoxos« ita sicut is peritus fuerit. Eundem post concilium Vaticanum fere sine intermissione omnibus modis unioni ecclesiarum dedisse operam; ecclesiam cathedralem a. 1882 eodem consilio eum consecrasset. Qua opera Romae gratiam eum sibi conciliasset. Eius mortem veritatis verborum »portae inferi — ecclesiae »orthodoxae« non praevalerunt« testimonio esse. G. R.

Glasnik pravoslavne crkve u kraljevini Srbiji. — Hoc opus periodicum, cuius singulis mensibus editur fasciculus, publicum est. Tauruni (in Serbia) typis describitur; venit 12 fr. (extra Serbiam). Ineunte a. 1905, quo operi adornando M. Kovačević prof. praeesse coepit, quasi nova vitae eius fundamenta posita sunt ita ut nunc doctrina theologica omnia similia opera serbica superet. A. 1905 nr. 1—2.

S. Platon: Prvobitna pravednost po učenju Tridentskog sabora (Iustitia originalis secundum doctrinam concilii

Trid.) — pg. 36—46; 134—139. Postquam auctor obscurius exposuit, quae bona primus homo habuerit, a quo initio doctrina catholica de iustitia originali profecta sit persequitur. A s. Augustino et eius cum Pelagianis controversiis exorsis, Scholasticos doctrinam suam de statu originali ex sententia Semipelagianorum excoluisse contendit; cum enim distinguerent »imaginem« (obraz) a similitudine« (podobije), collocasse e. s. hanc in maioribus partibus animi, illam in earundem progressu ad bonum (pg. 43). Fuse explicat doctrinam S. Thomae (pg. 44) et Scoti (pg. 45), et controversiam inter Thomistas et Scotistas in concilio Tridentino, propter quam concilium quaestionem, utrum homo in iustitia creatus sit (Thomistae), an ei postea ut »donum superadditum« addita sit (Scotistae) iniudicatum reliquit et illud thomisticum »creatus fuerat« ambiguo — »constitutus fuerat« commutavit (pg. 134—136). Sed nostris temporibus, Bellarmino iesuita auctore, doctrina scotistica iam communis evasit et etiam in catechismum romanum recepta est (pg. 137—139). — Quae ex fontibus latinis hausta sunt, imprimis decreta concilii, etiam litine, non tantum in lingua vernacula ascribenda erant

S. M. Veselinović: *Palestina u vremena Isusa Hrista. De Palaestina tempore Jesu Christi* (pg. 17—26). Praemissis quae de terrae situ atque natura dicenda erant, auctor imprimis de variis historicis nominibus Palaestinae et diversis eius incolis exponit. Ex rebus historicis fusius tractandas elegit seditiones, quae post mortem Herodis commotae sunt; item factiones iudaicas tempore Christi — earumque doctrinas, studia etc.; ad extremum denique summam potestatem apud Iudaeos: de synedrio aliisque tribunalibus ei subiectis. — Commentatio brevis est, sed accurata. Ad maiorem rerum iudaicarum cognitionem haud scio an, maximo usui fuerit, si auctor plenius atque uberius Romanorum in Iudaeos potestatem civilem ac tetrarcharum et synedrii cum procuratore Romano rationem perscripsisset. Fons, unde plurima hausit, Iosephus Flavius est. — S. M. Veselinović: *S. v. apostol Varnava (S. Barnabas)* pg. 105—114. De vita rebusque S. Barnabae, secundum »Acta Apost.« et varios libros apocryphos, maxime eum, qui »Acta et passio S. Barnabae« inscribitur. Novas quidem res auctor non profert, sed omnia ad eum, qui nunc est, disciplinae statum accurate exponit, litteris russicis et germanicis (etiam catholicis) copiose usus. Quo anno S. Barnabas mortuus sit, de hoc nihil affirmat, sed tantu varias coniecturas, quae inter a. 53—102 variantur, sine partium studio commemorat (pg. 113—114). G. R.

SLOVENICA.

Cerkveni spomeniki Lavantinske škofije. I. Dekanija Gornje-grajska (Monumenta ecclesiastica episcopatus Labacensis I. Decanatus Oberburgensis). Spisal *Avguštin Stegenšek*. S 162 slikami in 3 tablicami. V Mariboru 1905. Založil pisatelj. 239 pag. mag. 8^o.

Magna cum industria colligere coepit Augustinus Stegenšek antiquitates et monumenta ecclesiarum, capellarum et monasteriorum aliarumque aedium sacrarum episcopatus Labacensis. Quod in aliis terris academiae scientiarum suscipiunt, suscepit iste solus propriis viribus et sumptibus. Fasciculus primus continet topographiam decanatus Oberburgensis, et quidem topographiam, quae artis christianae opera quoad stilum, antiquitatem, pretium aestimat. Insertae illustrationes neon adiectae tabulae formas monumentorum, imaginum, aedificiorum e. a. ante oculos ponunt. Magni pretii sunt appendices, in quibus auctor

quasi summam pervestigationum suarum in conspectu ponit (excursus de cultu singulorum sanctorum, qualiter in numero ecclesiarum ipsis consecratarum apparet, historico-topographicus conspectus sacrarum aedium, consignatio alphabetica et biographica artificum e. a.)

QUAEDAM, DE QUIBUS THEOLOGI UTRIUSQUE ECCLESIAE DISSENTIUNT.

I.

Doctrina de ecclesia.

B. De membris Ecclesiae.

De membris ecclesiae theologi Russorum multa ne tractant quidem, in aliis plus minusve errant et solum tertia pars doctrinae nostrae ab eis diserte approbatur. Illa, in quibus nobiscum sentiunt paucis quidem absoluturi, tamen, ut tota catholicorum doctrina hac de re perspiciatur, ponere atque exponere libet: Membra ecclesiae actu et simpliciter esse omnes et solos valide baptizatos, qui, si adulti sunt et de revelata a Deo doctrina audierunt, triplici vinculo professionis verae fidei, obedientiae hierarchicae, communicationis ecclesiasticae inter se colligantur¹⁾.

Imprimis quid haec verba sibi velint, explicandum est. Membra sunt ii, qui coniunguntur in societate ad communem finem obtinendum; membra actu et simpliciter sunt, qui non solum potentia aut secundum quid i. e. secundum minorem partem sui (cf. Reeb, Distinctiones n. 65) membra sunt: velut peccatores secundum quid sunt extra ecclesiam, quia a Spiritu s. (anima ecclesiae) non animantur (cf. Hieron., In Eph. 5, 24), tamen simpliciter sunt in ecclesia, quatenus omnes condiciones a Christo constitutas, sub quibus homines sint membra ecclesiae, implent. — Baptizati intelliguntur ii, qui per lavacrum a qua e baptismum pereceperunt: sunt qui negarint opus esse valido baptismo et dixerint sufficere existimatum (Palmieri); utrum opus sit baptismo cum fructu percepto necne vertitur in eo, quando (in percipiendo baptismo an antea) adulto habitus fidei infundi dicatur. — Ceterum fuerunt, qui omnes baptizatos membra ecclesiae esse putarent. Cf. Grafton, Pusey and the church revival p. 68. — Professio verae fidei postulatur a) saltem implicita, quatenus nempe in ecclesia a singulis membris nonnulla ignorari possunt, immo definita negari, dummodo admittatur vera regula fidei et teneatur quidquid ecclesia proponit (scilicet non solum: quidquid Deus revelavit). Cui igitur aliquid casu propositum non est, licet ecclesia id proposuerit, is etsi sit materialis haereticus, cum contrarium illius rei dicit, tamen, si modo admittit regulam fidei, est simpliciter et vere membrum ecclesiae. Professio verae fidei postulatur b) interna. quae naturaliter etiam extra se manifestat. Qua interna

¹⁾ Cf. Franzelin, De ecclesia Christi p. 379—424; Murray, De ecclesia disp. III.

fide opus esse negant Makarij (Pravoslavno-dogmatičeskoe bogoslovie³ t. II [Spb. 1868] p. 204) et qui cum sequuntur et ex theologis catholicis Domin. Soto, Bellarminus, Perrone, Palmieri, Wilmers etc.; qui solam externam professionem vinculum necessarium esse tenent, quam necessaria sit et quando, quoties facienda non exponentes. Utrum protestantes in ecclesia Christi insint necne vehemens est controversia theologorum Russorum horum temporum. Makarij in utramque partem trahi potest, cum non discreverit (l. e.) eos, qui regulam fidei negant et eos qui ea admissa de dogmate aliquo perperam iudicant. Silvestr in opere suo dogmatico (5 tomorum) eam quaestionem non tractat. Controversia est inter D. Bogdaševskij, A. Gusev, V. Kerenskij, V. Sokolov (ex hac parte) et P. Ja. Světlov (illinc). Quid sentiat, Světlov optime expressit in Bogoslovkij Věstnik 1904, I. 306. 307: „Ecclesiam orientalem esse ecclesiam universam seu esse ecclesiam catholicam quibusdam rationibus conantur probare. Ante omnia vocant nos ad id, solam ecclesiam orientalem veram fidem servasse omnino puram. Id affirmari potest ab eo solo, qui sua scientia omnia complectitur, sicut Deus. Quis mortalium audeat negare puram fidem inter occidentales quoque christianos esse posse? Quod ostendunt ecclesiam orientalem profiteri se universam Christi ecclesiam esse, nulla ratione fidem facere potest. Nam ecclesiae particulares non fient universales, si universales se iudicaverint. Insuper ecclesiam orientalem ita de se sentire facta quaedam revincunt.“ — Item Bogosl. Věstnik 1905, I, 703: „Separatio in fide seu error dogmaticus, si rem ipsam spectas, non est separatio ab ipsa ecclesia; praeter unitatem fidei visibilem, quae unitate externae confessionis exprimitur, potest in ecclesia esse etiam invisibilis unitas. Unitas occulta in ecclesia manifesto divisa conservari potest partim visibili (velut in ecclesiis veterocatholicis et apud aliquos theologos anglicanos et lutheranos), partim invisibili societate vitae supernaturalis, pendente non ex confessione fidei externa, sed ex viva salutarique fide christiana. — Idem (in opere suo Opyt apologetičeskago izloženiija pravoslavnago hristianskago Věroučeniija² Kiev 1898—9, t. II str. 32—40) existimat (cum Filaret, Pravoslavnoe dogmatičeskoe bogoslovie³ Spb. 1882, I, str. 6 § 4 et cum protestantibus contra alios Russorum theologos) discernenda esse dogmata „fundamentalia“, praecipua et dogmata levioris momenti. — Obedientia est debita relatio ad auctoritatem, sine qua, ut vinculo quodam, societas nulla esse potest; hierarchica refertur ad auctoritatem ecclesiasticam: cui obedientiae in capite supremo sane sola gubernatio respondet. Qui obedientiam hierarchicam detrectat, i. e. qui habitualiter seu ratione stabili firmaeque non vult subiectus esse legitimae auctoritati, est schismaticus; non autem is, qui solum data occasione actu obedire recusat. Discrimen autem (simile atque inter haereticos supra statuimus) est inter schismaticos, qui negant ius i. e. romanum episcopum habere auctoritatem in universam ecclesiam, negant se in eius potestate esse, etsi eum optime cognoverunt et eos, qui illud concedunt, sed errant de eo, quis auctoritatem legitimam obtineat, ei parere nolunt, qui reapse episcopus

romanus est, quia cum romanum episcopum esse non putant; velut saeculo XIV., cum pars fidelium Urbano VI., pars Clementi VII. et utriusque successoribus adhaerent. Solum illos, non hos, negamus esse simpliciter (cf. Basilius, Ep. 188 ad Amphil. en. 1) membra ecclesiae Christi. — Communicatio ecclesiastica est ius cooperationis et societatis bonorum ecclesiae a Christo traditorum. Id adimi potest excepta certissima iniuria, quae v. g. infantibus inferretur. Excommunicatio est primario vindicativa; sed simul etiam medicinalis: hinc defini potest: vindicta per auctoritatem ecclesiasticam statuta, qua homines baptizati privantur bonis ecclesiae visibilibus, et quatenus cum eis connexa sunt, etiam spiritualibus. Cf. Dom. Viva, Quesnellianae theses. (Beneventi 1724). Prop. 90—93 (p. 323—334). — Inter Russos v. g. A. A. Kirëev (Bogoslovskij Věstnik 1904, I, 540) concessio ecclesiam schismaticos devovere posse, in quaestionem venire dicit „kakie razmëry dajutsja etomu ponjatiju, kak ono vyražetsja na praktikë i pri kakih uslovijah otlučenie prekraščaetsja.“ — Ex voce ‘omnes’ patet nos negare etiam sententiam Viclëf. Hus, Calvin. ecclesiam esse coetum praedestinatorum, item donatianorum, homines flagitiosos esse extra ecclesiam (de quibus cf. Evg. Trubeckoj, Religiozno-obščestvennyj ideal zapadnago hristianstva v V. věkë. M. 1892, I, 109—114.).

Iam ad id, quod posuimus, demonstrandum accedamus.

I. Opus est baptismo. Homo fit membrum mystici corporis Christi, coniungitur alteri capiti generis humani per baptismum: 1 Cor 12, 13; Conc. trident., Sess. 14, c. 2. de poen. Ideo catechumeni a ss. patribus dicuntur „inserendi ecclesiae“: Cyrill. hieros., Procatech. n. 17. Cf. August., De peccator. mer. et rem. n. 39: ad Simplicianum l. 1, q. 2, n. 2. Iidem dicuntur esse in vestibulo (ἐν προθύροις): quos εἶσω γενέσθαι oportere: Greg. naz., Or. 40, n. 16. Cf. Cyr. hieros., Procatech. n. 1; Io. Chrysost., In lo. hom. 25, n. 3; Pacianus, De bapt. n. 6.; Optatus, De schism. l. 2, n. 10; Cn. laodicen. 48. — Denique in omnibus ecclesiis in precationibus sollemnibus de catechumenis baptizandis Deo supplicatur, ut „inter ecclesiae membra numerentur.“

Sed moncat quispiam, — unde re ipsa Světlov in sua causa argumentum sumpsit²⁾ — extra ecclesiam salvari neminem posse; atqui etiam eos, qui baptizati non sunt, salvari posse. — Non salvantur, nisi saltem voto sint in ecclesia: id quod omnino sufficere potest. Ceterum ideo animos eorum Spiritus movet, ut eos attrahat ad ecclesiam. —

II. Opus est baptismo valido. Id patet ex controversia patrum cum donatianis. Cf. Optatus, De schism. l. 2, n. 12. — Sed quaeres, quemadmodum congruat, ut ii, qui baptismum invalidum perceperunt,

²⁾ Bogoslovskij Věstnik 1905 I, 704: „Vně cerkvi nět spasenija. Spasenie soveršaetsja blagodat’ju. Vně cerkvi nět blagodatí, nět tainstv...: potomu vo věki věkov, seznajus’, ne ponjat’ mně sočetaanija v golovah adeptov srednevěkovogo vozzrënija mysli o neprinadležnosti inoslavnyh k cerkvi s priznaniem dějstvitel’nosti blagodatí ih tainstv!“

sint extra ecclesiam, si ecclesia est societas ideoque visibilis? Ecclesiam qua talem esse visibilem certe necesse est, i. e. maior pars eorum, qui ad eam pertinere videntur, debet reapse ad eam pertinere; verum singulos, hunc vel illum esse membra ecclesiae constare necessarium non est; ita, qui occulte et secreto haeresim ore protulit, non videri, sed esse membrum ecclesiae desiit. Sed quomodo constabit partem maiorem eorum, qui videntur esse in ecclesia, vera eius membra esse? Modo agendi hominum et promissioni Christi repugnat, ut maior pars hominum qui se credere, se baptizare velle vel baptizari, se ordinare velle vel ordinari, gratis et sine mercede sint mendaces. De singulis autem quod certum non est, iure sumitur.

III. Opus est fide. a) Fides ecclesiae una sit oportet (cf. Eph. 4, 3—16; Iren. l. 1, c. 10, n. 2; Tertull., Da praescr. c. 20; Epiphan., Expos. fid. n. 6; Io. Chrysost., In Eph hom. 11. e. 3). Atqui una non esset, si haeretici membra ecclesiae essent; qui enim negant doctrinam ab ecclesia iusto modo propositam, a magisterio authentico eiusque fidelibus discipulis et necessario inter se quoque dissentiunt. Ad consensum autem et unitatem sufficit, ut teneatur regula fidei: quidquid ecclesia credendum esse decreverit, verum esse. Cf. G. Wilmers, De Christi ecclesia p. 34—36.

b) De fidei saltem externae necessitate testimonia patrum creberima sunt. Iren., Haer. l. 3, c. 3, n. 4; Tertul., De praescript. c. 37; Cypr., Ep. 73; Ep. 52, n. 24; Athanasius, Adv. Arianos, Or. 1, n. 1; Jo. Chrysost., In Eph hom. 11, n. 3. 5; August., De unit. eccl. c. 4; C. Petil. c. 3; De haer. c. 88; Serm. 181, n. 3; Siricius, Ep. 1. ad Himer. n. 2; Leo M. Ep. 167. ad Rust. n. 18; Pelagius I, Fragm. ep. ad Jo. Patricium; ad Viatorem et Pancr.; Optatus, De schism. l. 1, n. 11. 12; Fulgentius, De fide ad Petr. n. 79—81; etc.

c) Ratio ipsa docet fidem eamque internam cum natura membri ecclesiae esse coniunctam. Nam homo expers omnis vitae supernaturalis incapax est omnis actionis, quae conferat ad finem ecclesiae; atqui ubi exclusa est cooperatio, ibi desiit ratio membri societatis. Hinc Basilus (In Hexaëm hom. 5): Nos singuli, inquit, ecclesiae per fidem inserti palmites appellati sumus.

Sed etiam dissolvenda sunt conquisita ab adversariis multa in contrariam partem argumenta, ne alios quoque incautos moveant. Imprimis nonnullis locis sacrarum litterarum abuti solent. 1 Cor 15, 12 s. Paulus „Si autem, inquit, Christus praedicatur, quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est“. Apostolus hic dicit quidem inter christianos esse etiam saducaeos vel cerinthianos, sed hos membra esse ecclesiae non dicit. — 1 Cor 5, 13 idem s. Paulus negat quidem ab ecclesia iudicari eos, „qui foris sunt“, verum illos significat, qui numquam in ecclesia fuerunt ideoque nec actu nec debito ibi sunt, non haereticos; haeretici igitur sub ius et iurisdictionem ecclesiae subiuncti sunt, licet membra eius non sint. — Locus 2 Tim 2, 20, quem nonnulli opponebant — magnam domum cum s. Augustino (De bapt. 3, n. 26; 4, 12) ecclesiam interpretantes (cf. Ambros. in l. c.) — non est proxime nectendus

cum vv. 17. 18., sed cum v. 19. S. Augustinum vero nemo dicet pelagianos et donatianos membra ecclesiae verae duxisse. Haeretici ad ecclesiam pertinent secundum quid; multa enim ex ecclesia secum abstulere, debitum eorum est, ut in ecclesiam redeant, sunt in ecclesiae potestate. Cf. August., Enarr. in ps. 54; De bapt. l. 1, c. 15. — Rom 14, 1 („infirmum autem in fide assumite“) non agitur de haeretico, sed de eo, qui nondum perfectam fidei scientiam assecutus conscientia erranti implicatur. — S. Joannes (1 Jo 2, 18, 19) dicit quidem haereticos exiisse „ex nobis“; sed id intelligendum est de aperta defectione. Itaque ideo „non erant ex nobis“, quod veram fidem negabant et ea de causa exierunt, „ut manifesti sint, quoniam non omnes sunt ex nobis“.

Deinde alia ex traditione opposuerunt. Cyprianum dicunt aliud sensisse ac Stephanum et tamen mansisse in ecclesia atque ut sanctum coli. Verum s. Cyprianus illam quaestionem videtur quidem habuisse dubiam etiam post decretum Stephani — proxime disciplinare — sed non fuit haereticus formalis, saltem ante mortem. Ceterum cf. Riess in Stimmen aus Maria Laach XIII, 348—351; Peters, Der h. Cyprian. Regensburg 1877; Fehtrup, Der h. Cyprian. Münster 1878; Cypr., Ep. 80, 1. — Concilio oecum. V., cum „tria capitula“ damnasset, occidentales se opposuerunt nec tamen credi potest eos separatos esse ab ecclesia. Sed contra doctrinam nostram non est, si separati non sunt ii, qui concilium oecumenicum esse nec eius decreta concilio oecumenico IV^o adversari ignorabant. — Similiter iudicandum est de ratione, quam concilium francofordiense habuit ad concilium oecum. VII. — In verbis Pii IX. (in bulla, 'Ineffabilis Deus'): „Quapropter, si qui secus ac a nobis definitum est, quod Deus avertat, praesumpserint corde sentire, ii noverint ac porro sciant se proprio iudicio condemnatos naufragium circa fidem passos esse: et ab unitate ecclesiae defecisse ac praeterea facto ipso suo semet et poenis a iure statutis subicere, si quod sentiunt, verbo aut scripto vel alio quovis externo modo significare ausi fuerint“ mutanda est interpunctio et incisum illud „et ab unitate ecclesiae defecisse“ ad priorem partem trahendum.

Denique, si adversariorum argumenta ex ratione ducta consideramus, ad illud de visibilitate ecclesiae iam supra respondimus (p. I.). — Simile est argumentum de ecclesiae catholicitate; si haeretici membra ecclesiae non sunt, ecclesia non est ubique diffusa absolute, sed quantum necessarium est ad id, ut catholica vocari possit; ceterum infantes haeticorum baptizati sunt eius membra. — Episcopus, qui est haereticus occultus iurisdictionem, eamque ordinariam seu muneri proprio adnexam, retinet et eatenus caput quoddam ecclesiae — praesertim, si est romanus episcopus — manet; sed non eiusmodi caput, quod simul sit membrum.

IV. Opus est obedientia hierarchica. Nam, ut aliquis sit membrum societatis, opus est saltem habitualis animus conferendi aliquid ad finem societatis; et cum cooperatio regatur et gubernetur

per auctoritatem, habitualis animus subiciendi se imperio eorum, qui habent auctoritatem in ecclesia, seu hierarchiae. Cf. Cyprianus, Ep. 69 ad Florent. Pup.; Ignat. ad Smyrn. n. 8; Hieron., in Tit 3, 11; August., De fide et symb. c. 10.

V. Ad extremum opus est, ut ecclesia hominem membrum suum agnoscat.

Nam a) omnis societas ius habet privandi membra iure cooperationis ad finem societatis, quia saepe sanctio alia non sufficit: insuper cf. Mt 16, 19. Quae ademptio rata non est, nisi ius adimatur sine certissima iniuria. Cf. Wilmers l. c. n. 401 (p. 642—646).

b) Locus Mt 18, 17 „sit tibi sicut ethnicus et publicanus“ cum sequ. sententia „Quaecumque alligaveritis super terram, ligata erunt et in coelo“ non potest intelligi nisi de eiectione. Cf. Franzelin l. c. p. 392.

c) Accedunt patrum testimonia. Cf. Cyprian., Ep. 62 ad Pompon.; Origenes, In Indic hom. 2, n. 5; Hilarius, In ps. 118 litt. 16, n. 5; Ambros., De poen. l. 1, c. 15, n. 78; Hieronym. In Ezech 17, 19; In Tit. 3; Jo. Chrysost., In 1 Tim. hom. 5, n. 2; Greg. Nyss., Oratio adv. eos, qui poenas ecclesiasticas graviter ferunt. — Cf. Makarij³ II, 202—4.

VI. Praeter ea, quae statuimus, nihil aliud exigitur: nam necessaria esset aut sanctitas seu iustitia aut actualis animus conferendi ad finem aut caritas aut praedestinatio ad gloriam.

Atqui a) non est necessaria sanctitas (cf. Franzelin th. 25 [p. 438—460]; Makarij³ II, 197—9). Id patres ex s. litteris et ex traditione probant contra novatianos et donatianos; velut Origen., In gen. hom. 2, n. 3; Cyprian., Ep. 52. ad Ant. n. 25; Greg. Naz., Or. 1. apol.; Hieron., Dial. c. Lucif.; Jo. Chrysost., In ps. 39; August., De unit. eccl. c. 13; Ad donat. post collationem n. 14; Fulgent., De fide c. 43, n. 84 s.; Greg. M., Hom. 11; 38 n. 7—14. — De Mt 13, 24—30; 36—43 cf. L. Fonck, Die Parabeln des Herrn. Innsbr. 1902, p. 140; et de Mt 13, 47—50 ib. p. 202. — Ceterum sensu quodam est verum peccatores membra ecclesiae non esse. Sane peccatores quia sunt peccatores non sunt Christi membra; sed neque peccatores, qui sunt peccatores sunt membra Christi secundum ideam ecclesiae, ut dici possint vere membra eodem sensu, quo Nathanaël „vere Israëlita“ a Domino appellatus est (Jo 1, 47). Cf. August. Ep. 43, n. 23; Cont. Petil. l. 2, c. 10 s.; De unit. eccl. n. 35; De bapt. l. 5, c. 3; l. 6, c. 3; l. 7, c. 51. 52; etc. Cf. Alticotins, Summa augustin. p. 3, q. 1, a. 3.

b) neque actualis animus conferendi ad finem. Nam in quavis societate humana accidit, ut qui praesunt aliquid imperent, quod subditi non faciant, quin membra societatis esse desinant.

c) neque vinculum caritatis, nisi caritatis socialis, quae consistit in obedientia hierarchica. Id constat ex traditione et communi consensu. Cf. Wilmers p. 647.

d) neque praedestinatio ad aeternam felicitatem. Alioquin enim potestas excommunicandi et excommunicatus recipiendi tolleretur. Cf. etiam Cypr. l. 3, ep. 3; l. 4, ep. 2; August., Tr. 45 in Jo; Contra Cresc. c. 34; Jo Chrysost., In 2 Tim hom. 6.

Quibus rebus expositis doctrina theologorum ecclesiae romanae de membris ecclesiae videtur facta esse manifesta ac perspicua. —l—

C De notis ecclesiae¹⁾.

Duo libellos russicos prae manu habemus, quae nostram quaestionem uberius — etsi non omnino secundum artis praecepta — tractant. Alter ab Alexandro (ep. možajskij), qui antea Světlakov vocabatur, institutionis causa scriptus est „O neobhodimyh priznakah istinnosti sv. cerkvi“ M. 1891 (²M. 1894), alterius auctor est A. Lebedev (O priznakah istinnoj cerkvi Spb. 1890) Solov'evii celebrato libro „La Russie et l'église universelle“ ad concertandum motus.

Alexander ep. has notas ecclesiae ponit: 1) nepreryvnost' cerkovnoj ierarhii, continuationem hierarchiae ecclesiasticae; quam (p. 3) positivam notam esse indicat; 2) nepreryvnost' sedmeričnago čisla tainstv, continuationem septenarii numeri sacramentorum; 3) nepreryvnost' edinstva v učenii i neizměnnost' ego, continuationem unitatis doctrinae eiusque immutabilitatem; 4) vzaimnoe edinenie vsěh častnyh cerkvej vo vse m suščestvennom, neizměnnom i neobhodimom k ustroeniju cerkvi božiej, ecclesiarum particularium concordiam in omnibus, quae in ecclesia Dei componenda praecipua, immutabilia, necessaria sunt; 5) to, čto ona istinnyja ponjatija i zdrazyja, spasitel'nyja suždenija vnosit i v žizn' vėrujuščih, i. e. quod veras notiones ac salutaria iudicia ad vitae fidelium usum confert.

A. Lebedev enumerat notas alias: 1) sanctitatem cum miraculis, quacum notā constantiam sentiendi, sanctitate ecclesiae fidei incolumitatem contineri (Jo. 7, 16—17), commiscet; 2) confessionem Christum sua ipsius actione fideles moventem primas in ecclesia partes agere (1 Cor 3, 5—7); 3) traditionis doctrinae ecclesiasticae [apostolicae] continuationem (velut de modo baptizandi, de azymis etc.); 4) errores evitatos²⁾.

Doctrina theologorum catholicorum his comprehendi potest: Ecclesia Christi notis distincta est, quibus veritas

¹⁾ Suarez, De virtutibus theol. disp. 9; Regnier, Tractatus de ecclesia Christi in Migne, Theol. Curs. C. t. IV, 250—434; Franzelin, De ecclesia Christi p. 355—377; D. Palmieri, De romano pontifice p. 677—685; Englert, Zur Theorie der Wesensmerkmale der wahren Kirche in Katholik 1897 II, 97. 245.

²⁾ A. S. Glagolev in opere rerum referto, Sverhestvennoe otkrovenie i estestvennoe bogopoznanie vně istinnoj Cerkvi. Har'kov 1900, p. 408—414 tres notae verae ecclesiae statuuntur a) ut doceat vera (eja idealnaja pravda), b) ne ea, quae docet, inter se discrepent (eja soglasie samoj v soboj), c) continuatio historica ecclesiae (istoričeskaja nepreryvnost' cerkvi).

eius cognoscatur: coetus consortium cum romano pontifice, sanctitas moralis membrorum miraculis confirmata, coetus catholicitas sunt notae positivae: legitima origo, unitas socialis, fidei, liturgica, neglectus mundi huiusque consequens odium, propagatio inter gentes ad negativas pertinent. Quamquam dogma catholicum non est nisi esse revera ecclesiae Christi cognoscendae notas (Conc. Vat. 1. 3, c. 3) aut catholicitatem esse eiusmodi notam.

Nota a theologis catholicis definitur: id, quod cognitum ad subiectum, cui inest, certo cognoscendum ideoque ab aliis dinoscendum ducit. Ut aliqua proprietas ecclesiae possit nota verae ecclesiae esse, necesse est eam experimentaliter cognosci posse et immediatius notum esse, eam reapse proprietatem esse quam, coetum esse veram ecclesiam Christi: et, si est nota positiva, necesse est immediatius cognitum esse eam proprietatem non posse communicari cum coetu alio. Nota negativa omne est, ex cuius defectu cognoscimus aliquid non esse illud subiectum, quod quaerimus; itaque ad id, ut proprietas aliqua sit nota ecclesiae negativa, sufficit, si constet ecclesiam veram ea proprietate carere non posse.

Ceterum notas ecclesiae cognoscendae necesse non est notiores esse quam ecclesiam separatim, seu in abstracto spectatam, sed tantum, quam ecclesiam definite seu in concreto; quatenus nimirum veritate vel etiam divina origine sacrorum librorum agnita sane ecclesiae Christi intelligentia aliqua haberi potest. Sed, cum ecclesia vera a coetibus, qui se veram ecclesiam esse simulant, debeat facile internosci posse etiam ab iis, qui nondum credunt quae a Deo revelata sunt, etiam pro his notae adsint necesse est. Id fieri nequit, nisi ratio ante fidem cognoscit, quid in natura societatis divinitus institutae, quae talem et nomine Dei docentem ac praecipientem se profitetur, positum sit vel quod certissimum indicium sit eiusmodi societatis: testimonium miraculorum.

Secundum ea, quae diximus, non omnis proprietas ecclesiae naturâ nota est. Apostolicitatis proprietas etiam successionem episcoporum complectitur: nota autem non est, nisi quatenus „romanorum pontificum successio legitima fuit, nec sunt in ecclesia episcopi, qui non a romano pontifice (ideoque a certissimo apostolorum successore) auctoritatem suam habeant.“ (Mar. de Boylesve S. J., *Cursus philosophiae*. Lutet. Paris. 1885 p. 518.) Apostolis enim tradita est quidem potestas ab ipso Christo, sed ita, ut Petro subiecti essent: apostolica igitur potestas transfundi non potest ita, ut episcopo romano obnoxia esse desinat.

Item ecclesia multis modis est sancta (de sanctitatis notione v. *Zeitschrift f. kathol. Theologie* 1899, 471—514 [J. Müller]); primum propter coniunctionem cum Christo capite; deinde propter coniunctionem cum Spiritu s., anima; tum propter finem propositum; denique propter sanctitatem privatam eamque ontologicam infantium et moralem adultorum, idque cum propter sanctitatis rudimenta in omnibus

adultis, quatenus membra omnia (cf. supra p. 594) habent saltem fidem, tum propter sanctitatem perfectam, gratiam sanctificantem, quatenus ecclesia propter talem sanctitatem multorum comparate membrorum sancta vocari potest, quippe quae instrumenta ac subsidia ad eam praebeat, ita ut ab omnibus membris comparari possit, modo eius liberalitate utantur. Verum notam ecclesiae ponimus tantum sanctitatem moralem eamque talem, quae ab omnibus approbatur velut temperantiam, misericordiam etc. Sanctitas ontologica non est nota nisi quatenus indicatur charismatis vel sanctitate morali.

Verbo catholicitatis non maximi membrorum numeri sed diffusionis per diversissimas gentes notionem subicimus. Russi ecclesiae ita propriam esse iudicant catholicitatem, ut 1) studia sua convertat non in unam gentem, sed in totum genus humanum („čto dolžna obnjat' svoeju missiej ne otděl'nyj tol'ko narod, a vse čelovečestvo“); 2) ut in ea omnia contineantur quaecumque ad hominem salvandum necessaria sunt („čto v nec, kak v bogatuju sokroviščnicu, složeno vse to, čto neobhodimo dlja spasenija čeloveka“): 3) maxime, ut doctrinam teneat eam, quae semper et ubique et ab omnibus credita est, quamque ab apostolis repeti necesse est („čto ona soderžit učenie, v kotoroe, po principu Vikentija Lirinskago, věřili vsegda, vsjudy i vsě“). Cf. V. A. Kerenskij in Hristianskoe Čtenie 1903 (83) II, p. 712.

Unitas socialis ecclesiae in eo consistit, quod omnes partes inter se conspirare volunt tanquam membra unius corporis.

Odiu mundi (mundus vel sunt rationes ac iudicia, quae ex corrupta natura humana nascuntur ideoque hominibus, ad quos ecclesia non pertinet communia sunt vel sunt homines, qui eis rationibus moventur) etiam a Metrophane Critopulo (ap. Kimmel, Libri symbolici. Appendix. Jenae 1850, p. 104) in notis ecclesiae reponitur.

Sed iam argumenta theologorum ecclesiae romanae promamus.

Ecclesiam Christi habere notas ita efficimus: Ecclesia Christi hominibus necessaria est (necessitate medii et praecepti) ad salutem consequendam. Atqui nisi ecclesia semper ac necessario visibilis esset ut vera Christi ecclesia seu a sectis falsis facile discerni posset, homines ei nomina dare non possent sine nova revelatione, quae non est via trita ad ecclesiam. — Idem discimus vel e vaticiniis V. T. (Is 2, 2 ss.; Mich 4, 1 ss.); „neque enim omnes gentes confluxurae ad eam dicerentur et alius alium invitaret, nisi quibusdam signis conspicua esset ecclesia et demonstrabilis.“ Cf. Franzelin, De eccl. Chr. th. 6, p. 65—76; Straub, De eccl. p. 188—203; Katholik LX (1880), II, 581; Stimmen v. Maria-L. XVII, 128. — Patrum praecipua testimonia sunt ap. Iren., C. haer. l. 3, c. 3; Augustin. Tr. 1. in Io n. 13. — Quod Russorum theologis nonnumquam videtur non posse idem credi quod ratione cognoscitur, nos movere non potest; concedimus enim tantum catenus ecclesiam non cognosci ratione, quatenus videlicet obiectum fidei est. De Apc 12, 6. 14 autem cf. exegetas.

Communione coetus cum romano pontifice, quam omnium oculis cerni ideoque notam esse ex hac parte posse nemo negabit, solius verae ecclesiae propriam esse constat, si — quod hic evincere nobis in animo non est — Christus primatum iurisdictionis concessit Petro, cuius successores sint romani pontifices. — Cf. etiam Ambros. In ps. 40, n. 30: Cyprian, Ep. 52 ad Anton. n. 1; Optat., De schism, don. l. 2, n. 5. 6. 9.

Sanctitatem miraculis confirmatam ecclesiae positivam notam esse hoc modo demonstratur: Externus virtutis cultus res est quae et sensibus et intellectu percipi potest: eodem sanctitas animorum quoque, ut non in singulis, ita universe in plurimis in conspectum datur: plurimos enim ex illis, qui virtutem extrinsecus colunt non posse non esse sanctos cognoscitur. Item virtus, quae editur, res est visibilis, et intelligibilis, qua auctoris vel illius coetus, ad cuius sanctitatem testimonio divino confirmandam miracula fiunt, sanctitas apparet.

Atqui sanctitatem miraculis confirmatam solius verae ecclesiae necessario propriam esse tum ratio tum libri divini (Mt 7, 16—20) docent. Cf. Ez 37, 21—28; Mt 13, 24—30: etiam Lc 1, 74—5; 12, 49; Io 15, 16: 17, 17: Eph 1, 3 etc., quatenus Christum propositum assecutum non esse teneri nequit: de miraculis cf. Mc 16, 17: Io 14, 12. —

Patres, qui sanctitatem in notis ecclesiae ponunt, sunt: Justin., Ap. 1, n. 15; Iren., Haer. l. 2, c. 32, n. 4: l. 3, c. 24, n. 1; l. 5, c. 6, n. 1; Tertull., Apol. c. 23. 44; De praescr. c. 43; Origenes C. Cels. l. 1, n. 47; l. 2, n. 8; Athanas., Or. de incarn. Verbi. n. 48. 51; August., De morib. eccl. cath. n. 65; De civ. Dei l. 10, c. 16, n. 1; Gregor. M., In evang. hom. 29, n. 4 etc.

Sed dicat fortasse quispiam etiam extra veram ecclesiam homines sanctos esse et miracula edi. Cui respondemus esse eos sanctos ecclesia hortante et iuvante, non per se neque eximie sanctos, et imprimis virtutem christianam κατ' ἐξοχήν veram erga homines caritatem (non meram humanitatem), humilitatem, mansuetudinem extra ecclesiam frustra quaeri; miracula autem, quae extra ecclesiam fiunt, fieri non posse ad confirmandam sanctitatem edentis sed tantum alicuius doctrinae particularis veritatem.

Etiam catholicitatem ecclesiae (adultae) notam positivam esse his planum fit: Catholicitas verae ecclesiae in eo consistit, ut eadem per diversissimas gentes diffusa (idque non sicut Iudaei qui inspersi tantum gentibus sunt neque gentes ad sacra sua abduxerunt, sed ita, ut ex gentibus membra ecclesiae adiuncta sint) atque aliis coetibus, qui se christianos profitentur, amplior sit; id quod in cernendi sensum cadere manifestum est.

Eandem catholicitatem propriam esse verae ecclesiae docemur ap. Is 2, 2 ss.; Mt 28, 19. 20. — Praeterea catholicitas ecclesiae mundo exosae, in tot tantisque impedimentis obtenta, in tot tantisque

procellis vexationum conservata magnis miraculis excellentiam ecclesiae patefacientibus ideoque veram eam esse testantibus iure annumeratur; ipse enim instrumentorum naturalium ad tantum successum nullus responsus in notis positivis poni sine dubio potest. — Quid patres hac de re senserint disce ex Athanas. ap. Theodoret., Hist. eccl. l. 4, c. 3; Epiphan. Haer. 61. n. 2; Cyrillus hierosol., Catech. 18, n. 26; Pacian. Ep. 1 ad Sympron. n. 3. 4; Ep. 3, n. 25. 27 Hieron., Dial. contra lucifer., n. 14—15; August., De unit. eccles. n. 11—56.

Veram ecclesiam esse non posse eam, quae contra ius et fas (fraudibus vel iurisdictionis usurpatione) orta est, plane manifesto apparet.

In vera ecclesia necessariam esse unitatem sociale[m] et ex eo, quod a Christo comparatur cum regno. civitate, domu, ovili (cf. L. Fonck, Die Parabeln des Herrn S. 220) et aliunde constat: cf. 1 Cor 12, 13; Gal 3, 27. 28; 1 Cor 10, 17; Eph. 4, 5. 11. 12. 15. 16; Rom 12. 4 ss.; Col 2, 19. — In schismate occidentali — ne quis eo implicetur, quod opponi solet — fideles capiti unitatis non definito sed infinito (sen in abstracto considerato) adhaerebant et per episcopos consentientes regebantur. Unitas tunc non per illum sustinebatur, qui tum episcopus romanus erat idque casu accidit, sed eis, quae priores pontifices decreverant.

Ab eadem ecclesia unitatem fidei abesse non posse patet ex Eph 4, 3—16: unitas autem rituum divinitus institutorum cum unitate fidei cohaeret. Ceterum societas cultus divini a Deo instituta necessario habet communes ritus a Deo institutos.

Item ad ecclesiam neglectum mundi et huius consequens odium pertinere et ex necessitate libertatis sponsae Christi³⁾ et ex Io 5, 19; 1 Io 2, 15; 3, 13; Jac 4, 4 etc. constat: ad Mt 9, 16 s. et Lc 5, 36—38 cf. L. Fonck, Parabeln p. 235, 3: ad Mt 12, 25—30 et Lc 11, 17—26 p. 305, 1.

Denique necessariam esse propagationem inter gentes nec sufficere, ut collecta sint membra ex christianis patet ex Mt 28, 19 et ex fine ecclesiae.

—/—

II.

Quid e s. libris N. T. probari possit de divortio ob adulterium.

Nihilo magis teneri potest interpretatio, quam V. V. Rozanov nuper (in period. Novyj Put' 1904, kn. 8, str. 134-8) proposuit, qui vocem πορνεία audit pro concubitu non naturali; errare eum P. V. Tihomirov in Bogoslovskij Věstnik 1904, III., 759-780 accurate demonstravit ⁷⁾.

³⁾ De concordatis cf. J., Costa-Rossetti S. J., Synopsis philos. mor. p. 726.

⁷⁾ Rozanov nec in V nec in N. T. polygamiam adulterium vocatam esse exponit: sed adulterium fuisse quamvis desiderii libidinis expletionem, quae a ritualibus praeceptis abhorrebat (velut cum alieno tempore fieret): allegat Mišna, tract. Jevamot gl. IV.

Necesse igitur est illum sensum voci *πορνεία* servari, quem ei ss. patres tribuebant et qui contextu exigitur, ita ut *πορνεία* idem significet ac *μοιχεία* ⁸⁾.

Quo posito rursus variae extiterunt opiniones. Dreher verba *παρεστὸς λόγον πορνείας* interpretatur verbis: ne loquar de causa adulterii. Assensione comprobanda est sententia Glubokovskii, hanc interpretationem philologicè falsam esse (p. 21). Ad veram vocis *παρεστὸς* vim probandam multa lexica profert (Schleusner, Bretschneider, Grimm, Thayer, Stelhorn, Green, Kühne, Schirlitz, Hickie, Sophocles, Passow) et lectionem *χωρὶς* (p. 6—7); nec vocem *λόγος* eo modo explanari permittit, quo Dreher voluit.

P. Schegg suspicatus est excepta causa adulterii nihil aliud exceptum esse nisi causam obitus coniugis: adulterium enim morte multabatur. Quaerat quispiam, cur Christus Dominus hanc exceptionem hoc modo protulerit nec dixerit simpliciter: nisi moriatur vel excepta causa mortis? Huius rei rationem Schegg existimat esse annominationem, qua Christus in responso suo uti voluit. L. c. p. 459 scribit: Übersetzen wir das *παρ. λ. π.* ins Hebr. zurück *מַלְכָּד דְּבַר עֲרֻוָּה*, so bekommen wir ein höchst nachdrückliches und schlagendes Wortspiel, das für die Pharisäer nur zu verständlich war, dass ihnen die Ohren gellten. Der ganze Streit zwischen der Schule Hillels und Schammais bewegte sich bekanntermassen um das mosaische *עֲרֻוָּה דְּבַר*, welches verschieden ausgelegt wurde. Diesen Streitpunkt bringen nun die Pharisäer auch vor Jesus, dass er darüber seine Meinung abgebe, indem sie fragen: Ist jegliche Sache eine Ervah, um derentwillen man ein Weib nach dem Gesetze entlassen darf? Und Jesus antwortete: Ein Ervath dabar ist ein Debar ervah [*דְּבַר עֲרֻוָּה*]! Das war den Pharisäern mehr als genug.“ Schegg adeo persuasum habebat interpretationem suam esse veram, ut l. c. p. 198 scriberet: „Der Satz, wie Matthaeus ihn bringt, hat seine volle Richtigkeit, aber nur in dem Zusammenhange, wie er ihn bringt. Falls er daraus gerissen und für sich als Axiom hingestellt würde, wäre er unrichtig.“ Ad dubitationem Glubokovskii (p. 15—16) adulteras iam non esse solitas supplicio affici, Schegg responderet (p. 198): „Jesus redet vom Gesetz wie es lautet, nicht wie es gehalten wird. Er sagt ausdrücklich: „Euch wurde gesagt, ihr wurdet gelehrt, nicht: ihr thut so, machet es so.“

Verum certum est hanc interpretationem esse novam, antea inauditam.

⁸⁾ Quae adulterii notio, quam late pateat, rursus inter se dissident. N. A. Zaozerskij (in Bogosl. Věstn. 1904, III., 440) arbitratur, corrumpi evangelium, si adulterium solum factum concubitus, testimonio eorum, qui coram oculis viderunt confirmatum, intelligatur: testimonium Mt 5, 28 profert, ubi etiam is matrimonii alieni corruptor appellatur, qui uxorem alienam concupiscit; item ad s. Basilium provocat, quem dicit divortium permisisse 1. ob „adulterium alterius utrius coniugis“; 2. ob „discessum (plus minusve diuturnum et perfectum) uxoris a marito culpa exsorte“; 3. ob „ignotam mariti absentiam morte eius coniectata“.

Explicatio alia, quae multis placuit, est: vel cum s. Hieronymo verba illa 'nisi ob fornicationem' referre ad verba 'qui dimiserit' et separare ea a posterioribus 'aliam duxerit' et aliquod praedicatum pro exceptione supplere velut: non licet dimittere, ita ut sensus sit: qui dimiserit uxorem suam — quod non licet facere nisi ob fornicationem — et aliam duxerit, moechatur; vel cum Maldonato sententiam in duas partes dividere: qui dimiserit uxorem nisi ob fornicationem, moechatur (*μοιχᾶται* = *ποιεῖ ἀτιμὴν μοιχευθῆναι?*) et qui aliam duxerit priore qualibet ex ratione dimissa, moechatur. Talem explicationem ex natura linguae hebraicae probabilem reddi.

Glubokovskij (l. c. str. 402) hanc quoque explicationem reicit: Reapse doctrina de peccato illius, qui uxorem suam solum expellit, a contextu abhorrere videtur; Christus interrogatus erat et respondebat de matrimonii insolubilitate. Bene etiam Nisius S. J. l. c. animadvertit: „Negari nequit utroque modo adhibito textum reddi valde implexum, rationem loquendi exhiberi valde difficilem et insuetam, dum in sententia contraria textus per se sit facilis et clarus, neque dici possit exceptionem debuisse grammaticae poni demum post 'aliam duxerit'. Accedit, quod auditores Christi (Judaei, Pharisei, Discipuli) verba sensu supra exposito vix potuerint intelligere, dum de imperfecta illa dimissione ne cogitarent quidem, dum verbum dimittere in quaestione posita (19, 3) prorsus de dimissione perfecta intelligerent, et in verbis Dent 24, 1 ita accipiendum esset. — Quodsi reponitur Christum saepe nova, mysterii plena proposuisse, quae postea demum intellecta sint, id verum est de rebus (parabolas), quae per se ut obscurae proponebantur; vix autem licuisse Christo videtur verba prorsus alio sensu adhibere, quam auditores accipere poterant, atque ita in errorem gravissimum inducere“.

Duplex modus textum s. Matthaei interpretandi adhuc restat, qui cum insolubilitate matrimonii (consummati) absoluta componitur. J. Grimm (Die Einheit der 4 Evangelien. Regensburg 1868. S. 258-316). A. J. Zagorovskij (O razvodě po russkomu pravu. Har'kov 1884 p. 38—39), alii exceptionem ex Judaeorum consuetudinibus et natura evangelii s. Matthaei explicant. Concedunt simpliciter Christum pro Judaeis in statu transitorio a V. T. ad N. hanc causam concessisse, approbasse, indulgisse. Ideo solum Matthaeum hanc exceptionem referre idque ubi Christum facit loquentem cum Judaeis (5, 32: 19. 9); Ap. Marcum (10, 11) Christum ad discipulos locutum esse. Primo aspectu haec interpretatio mira videtur esse. Verum Nisius bene eam defendit l. c.: „Haec secundum dicta ad Judaeorum tum praesentia instituta, tum usque ad novae oeconomiae introductionem futura limitari deberent. Neque haec limitatio arbitrario fingeretur, dum ex ipsa evangelica historia et indole Matthaei ratio discriminis a verbis Marci et Lucae apparet, dum non inepte progressus quidam in proponenda perfecta doctrina revelata intra tempora evangelica et apostolica admittitur, dum ipse textus Matthaei forma sua maiorem perfectionem adhuc manifestandam portendere videtur. Hinc Marcus et Lucas limitari non

possunt per exceptionem in Matthaei textu contentam, licet principium hermeneuticum sit verissimum, generales alienius loquentis expressiones per se semper cum exceptionibus alibi manifestatis sumendas esse“.

Idem Nisius aliam quoque explicationem affert eamque veriore esse existimat: „Christum excipere casum adulterii, quin in praesentiarum aliquid in hunc vel alium sensum statuatur, id alteri occasioni (Mc. Le) et revelationis continuae explicationi (Paul.) reservando. Nihil statuendo autem de causa adulterii pro Judaeis status consuetus interim manebat, pro omnibus christianis specialis instructio danda erat, quae et vinculi indissolubilitatem stateret et imperfectam dimissionem permetteret. — Si logice propositio penes Matthaeum 5, 32 : 19, 9 examinatur, non videtur aequivalere affirmationi ob fornicationem dimittentem uxorem et aliam ducentem non esse adulterum. Prona enim intelligitur quaestio audientis verba Domini, quid in casu adulterii censendum sit. Atque reapse verbum excipere non raro pro praescindendi conceptu ponitur, et excipere possum aliquid non solum a praedicatione propositionis, ut contradictorium de eo affirmem (cf. similem casum in conc. Trid. sess. 5, ubi synodus includere non vult vel excipit beatam virginem a decreto de peccato originali, quin tamen de illa aliquid statuatur). Quodsi vero ex adiunctis orationis haec arcta et subtilis verborum Domini interpretatio auditoribus rudibus non accommodata diceretur, quid prohiberet hanc obscuritatem in verbis Domini admittere, quae Judaeis pro eo stadio non esset causa erroris, parceret Judaeorum innatis praeiudiciis, spatium relinqueret plenam revelationis doctrinam suo tempore proponendi?“

Interpretatio Nisii a Dreheri interpretatione in eo differt, quod conceptum, qui in s. scriptura est, non cum alio commutat sed accuratius inquirat, quid „in rigore“ comprehendat.

Contra utranque hanc explicationem Glubokovskij nihil obicit, nisi ap. Mt 5, 32 difficile esse de particulari et transitoria lege cogitare: „alioquin eo modo etiam cetera praecepta sermonis Domini in monte concipienda essent, quod profecto absonum est“ l. c. p. 12; cf. 370—371. Hoc ad summum ex priore modo interpretationis sequeretur — si ab omnibus adiunctis abstraheremus; ceterum etiam illud, quod in sermone eodem dictum est de ‘raka’ tempus et regionem particularem respiciebat.

Sed iam ipsi verba Christi a Matthaeo relata arripiamus inquisituri, num demonstrari queat, ea ex sententia eorum, qui defendunt solubile esse matrimonium ob adulterium, explicari non posse.

Etenim adversarii nostri in exceptione comprehendenda minime conveniunt. Quattuor modis in universum comprehendi potest.

1. Coniux, qui coniugem sine iure (i. e. excepta causa fornicationis) repudiat eoque repudiato novum matrimonium capessit, peccat; si iure coniugem repudiat, uterque coniux ad secundas nuptias transire potest. Id Theoph. Prokopovič docet apud P. Mihalem in Hrist. Ūt. 1904 str. 674: Vinovatoe lice ne bolče svjazano sojuzom supru-

žestva posle togo, kak on narušen i razrušen, čem lico nevinnoe“. Idem P. Mihail addit ad id l. c.: Certe, si res ita non esset, neque insonti coniugi secundae nuptiae licerent. Allegat etiam s. Basilium, Ad Amphil. en. 37 (cum interpretatione Balsamonis) et en. 9.¹⁾

2. Qui sine iure uxorem eicit, est culpa, si eiecta alii nubit; cumque ita nubere alias esset peccatum adulterii, ipse hoc peccatum committit: uxor autem, quae alii nupsit non est adultera, si sine iure eiecta erat. Qui iuste ab uxore discedit, aliam ducere potest: at uxorem eius nemo ducere potest sine peccato adulterii (non formalis, sed aequivalentis).

3. Coniuges qui contra ius fasque facto inter se divortio nova matrimonia contrahunt, adulteri sunt (cf. Basil. en. 48): sed nec illi coniugi, qui iuste dimissus est, novum matrimonium inire licet. Quae opinio est Glubokovskii l. c. p. 30 (contra ep. Mihail, Tolkovoe evang. t. I. M. 1870. p. 346).

4. Idem valet quod sub 3), tantum quod solus maritus uxorem iuste dimissa novi matrimonii copiam habet, uxor (dimisso iuste marito) non item. Cuius inaequalitatis rationes indicantur a Pollentio ap. s. Augustinum, de adult. coni. l. 1, c. 6 et a s. Jo. Chrysostomo, Serm. de libello repudii (Museum 1905 [39], 894).

Contra hanc quartam opinionem ipse Glubokovskij (l. c. p. 33) ss. patrum testimonia profert (Hieron. Ep. 77 (30), 3. M. 22, 691: Augustin. De sermone Domini in monte l. 16, 43 M. 34, 1251), eorumque, qui matrimonii solubilitatem etiam in causa adulterii negant; allegat eos, ut mariti uxorisque paritatem haec in re probet.

Opinio secundo loco posita cum Mt 5, 32 pugnat: etenim post obscuram illam exceptionem sententia universalis legitur: ὅς ἐὰν ἀπολελυμένην γαμίσῃ, μοιχᾶται; atqui si is adulterium committit, committit dimissa quoque, etsi iniuste dimissa fuerit. Sed durius dixeris fortasse hoc iudicium! Iniuria sane haec est — ferenda tamen aequae atque aliae multae. Cf. August., De adult. coni. l. 2, c. 10. Ceterum haec opinio ex necessaria consecutione confecta videtur esse, quia adulterio a viro commisso eo, quod uxorem insontem dimiserit, mulier iustam causam haberet nubendi alii.

Glubokovskii sententiam P. Mihail verbis antea allatis reiecit, quod sequeretur, ut ne insonti quidem coniugi novum matrimonium contrahere liceret.

Quodsi primam opinionem veram esse ponitur²⁾, sententiam Christi vere falsam esse videtur consequens esse. Dicendum enim ei erat: qui

¹⁾ Sensum en. 37 hunc subesse vult: Maritus, qui adulterio commisso aliam uxorem assumit, poenam adulterii sibi contrahit, verum novum matrimonium eius licitum est, non iniustum. Ad en. 7. notat ideo uxorem veniam indignam esse, quod secundae eius nuptiae legitimae non sint (propter impedimentum legis civilis). P. 680.

²⁾ Ad hanc eandem refertur etiam recens consuetudo iuris ecclesiastici Russorum, et ut videtur, etiam antiquior. Certe N. Rozanov (Isto-

uxorem dimittit, adulter est: at qui uxore dimissa aliam ducit, non peccat — quia adulterium iam commisit. Praeterea quomodo verbis Christi ita conceptis discipuli mirati exclamassent (Mt 19, 10): „Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere!“ Omnia enim incommoda, omnes molestias a dilecto illatas caritas perpetitur, quoad de mutuo amore ei persuasum est. Discipulis Domini gratissimum futurum fuisse, si uxores sui diligentes ob quantacumque incommoda abigere potuissent, quis dixerit? Cf. Schol. vet. in Mt. ap. Migne P. G. t. 106, c. 1137.

Sunt qui illud quoque proponant, res adulterae meliore loco esse, quam uxoris insontis dimissae, si haec quarta opinio teneatur. Verum id quidem est; tamen magna vis huic rei tribuenda esse non videtur cum copiae novi matrimonii magna data sit merces peccati et iniuste dimissa eodem peccato idem assequi possit.

Nec illud argumentum adhibere libet eadem sententia omnibus omnique tempore viam aperiri ad nova matrimonia. Sine peccato enim id non fieret et — etiamsi ad eiusmodi peccatum multi facilius descenderent quam ad coniugis necem — tamen expedire non videtur discedere, in quo primum abusus gradu insistere incipiat legis naturalis prohibitio. Cf. J. Balmes, El Protestantismo comparado con el Catolicismo c. 25; T. Barsov in Cerkovnyj Věstnik 1904, N. 2, col. 46.

Quae contra dictas quattuor explicationes attulimus digna esse, quae spectentur arbitramur. Unde manifestum est nos, quod ad verba Christi ap. Matthaeum attinet in meliore causa esse, quam initio videbamur.

Restat, ut quaeramus, nullone loco — nec 1 Cor 7, 10—11 — sacra scriptura insolubilitatis matrimonii absolutae (etiam in causa fornicationis) testis sit. Videbimus, cuiusmodi effugia tentanda sint, ut exceptio defendatur.

Ipsa s. Pauli verba sunt haec: *Τοῖς δὲ γεγαμηκόσιν παραγγέλλω οὐκ ἐγὼ ἀλλὰ ὁ κύριος, γυνᾶν ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι, ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῆ, μενέτω ἄγαμος ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγῆτω· καὶ ἄνδρα γυνᾶν μὴ ἀφίεναι.*

Inde patet primum 1) uxori non licere sine iusta causa a marito discedere: deinde 2) marito non licere sine iusta causa uxorem dimittere: ad extremum 3) uxori, quae iuste a marito discessit, saltem non semper licere (saltem secundum apostolum, si non secundum Dominum; est enim interpositio) denno nubere.

rija Moskovskago eparhialnago upravljenija so vremeni učreždenija Sv. Synoda Č. II, kn. 1 M. 1-70 str 122 et al.) etiam nocentibus maritis nova matrimonia concessa esse refert. Mihail (l. c 685 eisdem noxiis novam uxorem ducere licuisse docet ante saeculum XVIII; primum id interdictum esse 16. Dec. 1726 in edicto ss. synodi.

Dirimus sub 1) „sine iusta causa“; nam ipse apostolus conditionis rationem habet, in qua uxori permittitur vel sine marito vivere vel marito reconciliari: exceptio igitur fieri potest. Idem sub 2) propter eandem rationem vel a fortiori diximus. Reliquum est, ut ostendamus vel a) apostolum nulla in causa concedere, ut uxor separata (quoad maritus vivit) novas nuptias capessat; et idem de marito: vel b) saltem in communiter contingentibus, id non permitti, et maxime causam adulterii non esse semper iustam causam.

Argumentum est hoc: Idem apostolus, qui iustam exceptionem a mandato priore statim tractavit — nullam tractat exceptionem a posteriore: ergo nullam saltem in communiter contingentibus — inter quae certe adulterium est — novit. Marito autem non tribuit maius ius in corpus uxoris quam uxori in corpus mariti: v. 4 *ὁ ἀνήρ τοῦ ἰδίου σώματος ὃν ἐξουσιάζει ἀλλ' ἡ γυνή.*

(Quibus sic occurrere solent: 1) S. Paulus non solet negligere discrete et plane id dicere, quae iura paria sunt marito et uxori semper quod de uxore dixerat de marito iterat: 2. 3. 4. 12—13. Quodsi hic idem non iterat, coniuges eodem iure non sunt.

2. Ne de uxore quidem verum est s. Paulum nullam exceptionem frequentiore nosse. Loquitur enim in genere de nuptiis, inter quas sine dubio multae virorum Christum aversantium uxores erant: quas

Paulus certe non vetuit denuo nubere antequam prior maritus moreretur.

Respondemus ad 1) s. Paulum profecto non potuisse permittere, ut mariti in omni causa, in qua eis ab uxoribus separari concedit, novas ducerent uxores: quodsi in hac re in eos aliud valuisset, hoc tacendum non erat.

Ad 2) responderi posset apostolum ibi uxorum virorum Christum non agnoscentium rationem non habuisse, quia discrete dicit v. 12: *τοῖς δὲ λοιποῖς*. Sed demonstrandum nobis esset interpunctionem vulgarem esse veram. Nam Catharinus, Estius, alii (cf. Primasius in h. l. M. P. L. 58, 521, D) post *ὃν ὁ κείνου* interpungunt idque ad non nuptas (*τοῖς δὲ λοιποῖς*), de quibus apostolus antea agerat, referunt. Quae si ita sunt, probatione nostra etiam privilegium paulinum in periculum adduceretur. Cf. P. Jacobi, *Indissolubitas vinculi matrimonialis*. Moguntiae 1788, p. 68: *Dessessart, Dissertation, où l'on prouve que S. Paul n'enseigne pas, que le mariage puisse être rompu, lorsqu'une des parties embrasse la religion chrétienne.* 1759.

Attamen argumentum nostrum eversum non est. Ita enim instauratur: Apostolus de lege Christi loquitur ut suo mandato opponitur. Itaque legem Christi apostolis olim datam interpretatur. Interpretatio autem est haec: Illud, quod, Christus Dominus de uxore dimissa dixit, valet etiam de uxore, quae iuste, discessit: adultera est, si (vivo marito) ad secundas nuptias transit; ubi nulla addita est exceptio. —

Quid ad hoc adversarii responsuri sint, nescimus: fore, ut appareat, speramus.

A. Špaldák S. J.

MISCELLANEA.

Iterum de transscribendis formis litterarum cyrillicis.

Beneficio P. Nilles S. J. libellum accepimus anno 1882 typis exscriptum, qui inscribitur „Memoria sulla conversione dell' alfabeto glagolito nel latino pei libri liturgici slavi di rito romano presentata dai sacerdoti delle diocesi di Spalato e Makarska al reverendissimo ordinario“. Modus ibi commendatus cum eo, quem in superiore fasciculo proposuimus, congruit, nisi quod pro ѣ et ѥ propria signa ѿ et ѡ suadentur, et — saltem specie — pro ꙗ (cum Miklošič) ê, non ě. Sed hoc discrimen nullius momenti est. J. Bidlo (in Český časopis historický XI, 198) ê ut inusitatum ac superfluum vitandum esse existimat. Verum F. Žundálek (Vlast 1905, 753) ê praefert. Non est, cur nos typographi arbitrio rem permittere dubitemus. J. Bidlo praeterea ÷ retinendum esse indicat. Quamquam in „Memoria“ in eius locum simplex e subrogatur —, ille modus, si rem ipsam spectas, videtur praefendus esse. At cum idem (p. 199) litteram ꙗ duabus litteris o et ѡ sufficit, secum ipse videtur dissentire, quippe qui statuerit ac praedica-verit (p. 197—8) id, quod etiam nostrum axioma est: „Při transskripci azbuky latinkou jest si počínati tak, aby transskribované slovo bez obtíží bylo možno napsati zase azbukou. Ex hac ratione pro cyrillico o retinendum esse arbitror (cum „Memoria“, Žundálek etc.) th: ubi, ne varietas libidoque decretorum nobis obiciatur, h sane non legeretur primitus sicut germanicum h, sed potius sicut germanicum (non latino-graecum!) ch (vel croaticum etc. h)

A. Š.

De unctione infirmorum. Memoratu dignum videtur esse respectu eorum quae pag. 9. de unctione infirmorum dicta sunt, quod Latinis obiciebatur de unctione baptisma adaequante. In antiquo corpore canonum russo (ex »incun.«) legimus in tractatu, qui inscriptus est: »O Frjazěh i o pročih Latiněh« haec (n. li = 14): крещенымъ же въ мѣру возраста дошедшим, и въ грѣхн впадшим, маслом помазуютъ во оставленіе грѣхоръ, и дваши крещающе мнимн сѹтъ, i. e.: baptizatos adultos et in peccata lapsos oleo unguunt in remissionem peccatorum, quod alterum baptisma esse putant. Itaque illud obiciebatur olim, quo nonnulli dis-sensum tolli volunt.

EXTERNA, RES SLAVICAS SPECTANTIA.

Theologisch-praktische Quartalschrift. LVIII. H. 2. Die orientalische Kirchenfrage von Sr. königlichen Hoheit Prinz Max von Sachsen. E regali stirpe ortus auctor brevem conspectum adumbrare sibi proposuit de statu et conditione ecclesiae orientalis. Enarrat succincte historiam haeresium, quae magnam partem Orientis ab unitate ecclesiae avulserunt ita ut solummodo Graeci in fide vera manserint, unde etiam se ipsos »orthodoxos« appellaverint Attamen etiam haec pars Orientis lugubri schismate ab ecclesia defecit. Auctor exponit paucis, quibus de causis et quo modo schisma exortum est.

De nationibus Slavicis in peninsula Balkanensi, quae a Constantinopoli dependebant, dicit illustrissimus auctor, difficile statuendum esse, quonam tempore schismatica fuerint et quando rectae fidei; tamen falsum esse opinari eas iam ab initio et per totum decursum historiae suae fuisse a romana ecclesia avulsas. Plurimae harum nationum etiam post schisma habuisse intervalla, ubi certe in unione cum romana ecclesia erant. Permultos sanctos harum terrarum in sanctorum numero revera habendos esse. Quod etiam de Russia valere auctor asserit, etsi non astipulatur Papenbrochio S. J., qui putat, Russiam usque ad XVI. saeculum schismaticam prorsus non fuisse. Sincere reprehendit auctor acerbitatem, qua ambae partes, romana aequae ac graeca in contentionibus dissensionibusque suis utebantur, neque silentio tegit iniurias Graecis illatas, praesertim tempore expeditionum cruciatarum. Odium inde exortum altissimis radicibus defixum mansit in animo populi Graeci, ita ut unio tandem aliquando inita mox iterum evanuit. Ex discordia Orientis cum Occidente suam occasionem petiit Islam, qui ulterioris detrimenti ecclesiae Orientali causa fuit principalis. Collatio dignitatum ecclesiasticarum in manibus regiminis Turcorum est et non nisi erga solutionem grandis pecuniae exercetur. II, qui dignitates hoc modo adipiscuntur, damnum sibi compensant nimia exactione pecuniarum a fidelibus. Labentibus insuper culta atque humanitate etiam pietas apud christianos orientales paulatim evanuit. Solum in Russia sincera pietas apud multos adhuc inveniri dicitur. Mores quoque magis magisque apud Orientales lapsi sunt. Fidem tamen cum laudabili tenacitate Orientales servaverunt, sicuti et praeclaras liturgias suas, quae originem ducunt ab antiquissimis, adhuc catholicis temporibus. Interna constitutio ecclesiae orientalis etiam mutationes magnas subiit. A patriarchatu Constantinopolitano singulae nationes paulatim se separaverunt; primi erant Russi saec. XVI., dein populi peninsulae Balkanensis e. a. Hoc modo multae ecclesiae exortae sunt, quae prorsus sui iuris sunt atque inter se solummodo quoddam benignum diplomaticum commercium habent.

Quae nimia divisio ecclesiae orientalis conatus unionis cum ecclesia catholica nequaquam faciliores reddit; hoc enim modo ecclesiae nationales factae sunt, atque conversio ad fidem catholicam proditionis loco fertur non solum fidei sed etiam patriae. At saltem pars christianorum orientalium cum ecclesia catholica unita est, de qua re praesertim Gallia optime merita est. Auctor delineat breviter unionem Ruthenorum unitorum, quorum numerus in Austria est 4,000,000. Etiam Rumeni, qui in Austriam immigraverant, unionem cum ecclesia catholica inierunt numero 1,500,000. Saeculo XIX. etiam in Bulgaria optimae spei nisus ad unionem excitabatur, sed Russia ei finem imposuit. Serbia et Graecia vetant propagandam catholicam in territorio suo. Tamen etiam apud Graecos stricto sensu idea unionis radices egit, praesertim apud sic dictos Italo-Graecos, qui domicilium suum in Italia sibi constituerunt. In Italia est etiam illud a sancto Nilo conditum monasterium Grotta ferrata. Etiam apud Graecos per Orientem dispersos, apud Syros et Armenos unio a nonnullis recepta est. Numerus omnium Orientalium unitorum est 6,000,000—7,000,000. — Dein statuit auctor obligationem nostram erga unitos et non unitos. Uniti cum ecclesia arctissime iungendi atque ad maximam perfectionem evehendi sunt. Uniti enim suo tempore nobis operam suam commodare debent ad unionem cum schismaticis adipiscendam. Debemus ita nos gerere, ut uniti nobis confidant, debemus eis ostendere, eos in oculis nostris esse revera catholicos nobis pares. Debemus eis omnem dubitationem quoad conservationem rituum ipsorum tollere. Deinde nobis providendum est, ut eruditio subolis cleri uniti optima sit; itaque seminaria unitorum orientalium omnibus viribus sublevanda sunt. — De possibilitate unionis auctor iudicium suum ferre non audet;

optimismo nonnullorum tamen minime assentit. Nihilominus cohortatur vehementer, ut catholici fiduciam in Deo collocantes indefesse laborent ad unionem amovendo opiniones praeiudicatas, operam dando litteris et artibus orientalibus etc. — Exoptandum esset, ut Graecis et Russis studium in theologicis facultatibus catholicis facilius reddatur; multi enim scientiarum cupidi Orientales in universitatibus protestanticis studiis theologicis vacant, ubi rationalismum combibunt. Magna pars superioris cleri russici rationalismo iam dedita est. Etiam pecuniâ sublevandos esse labores ad unionem spectantes, monet illustris auctor.

Bessarione. Pubblicazione periodica di studi orientali diretta a facilitare l'unione delle Chiese. Mons. Nicolò Marini, direttore proprietario. Anno IX. fasc. 82 et 83.: P. Aurelio Palmieri: La Chiesa russa nel 1904. (1. La Chiesa russa e la guerra. 2. Legislazione ecclesiastica. 3. La coltura religiosa. 4. Eparchie e monasteri. 5. Missioni.)— Idem: A proposito di una nostra lettera. Dicit, quaedam in literis ipsius in Russiam missis (cfr pg. 32) minus recte translata esse e. gr. passus ille de facultatibus theologicis in Italia, acsi inferiores essent academiis russicis. In originali scripsit solummodo, academias russicas esse in meliori conditione externa quoad copiam librorum etc., cum in Italia facultates theologicae bibliothecis tempore revolutionis spoliatae sint. Caetera tamen, quae litterae eius continent, feliciter defendit. Ad extremum haec praeclara verba scripsit: »Siamo lieti di avere constatato de visu che si studia nelle Accademie teologiche ortodosse russe. I progressi della coltura teologica nel grande impero del nord saranno sempre favorevoli alla causa del cattolicesimo perchè contribuiscono ad avvicinare la Russia all' Occidente. Ed io mi auguro che un po' di calma nelle discussioni, e un giudizio piu equo di coloro che noi chiamiamo nostri nemici, e che S. S. Leone XIII. chiamava nostri fratelli dissidenti, gioverà a quella conoscenza e reciproca stima che serà il primo passo alla sospirata unione delle Chiese.« — Cronaca del Unione: L' influenza russa in Galizia.

Échos d' Orient. Revue bimestrielle de theologie, de droit canonique, de liturgie, d' archeologie, d' histoire et de geographie orientales. Tome VIII, 2 et 3.: A. Ratel: Chronique religieuse de Russie. — Idem: La quaestion de l' union en Russie et en Amérique. J. Hamberger: Les écoles russes de Palestine et de Syrie. G. Bartas: A travers l' orthodoxie. — Bibliographie. (Porphyre Ouspenski: Alexandriiskaja Patriarchia, 1898; A de Maltzew: Oktoichos 1903—4.)

Österreichische Rundschau. Herausgegeben von Dr. Alfred Freiherrn von Berger und Dr. Karl Glossy. Band II. Heft 17. Prof. Dr. Matthias Murko: »Die slavische Liturgie an der Adria«. Auctor adumbrat breviter historiam liturgiae slavicae in litore maris Adriatici, novissimosque conatus, qui ad ipsam conservandam suscipiuntur. Cum laude attingit publicationes Academiae Veglensis, lectoribus nostris bene iam notas. Minime tamen assentit illis, qui linguae liturgicae nimium tribuunt qua adiumentum validissimum ad conservandam nationalitatem, affertque exempla, ubi ritus nationalis nequam ab amissione nationalitatis tuebatur (Armeni in Polonia), et ubi e contra liturgia latina ad conservandam nationalitatem auxilio est (Poloni in Russia et Germania).

Archiv für slavische Philologie. Herausgegeben von V. Jagić. XXVII. 1.—2. A. Leskien: Noch einmal ъ und ь in den altkirchenslavischen Denkmälern. — Ludwig v. Thallóczy und V. Jagić: Slavische Fragmente aus der Bibliothek S. Giacomo della Marca in Montepredone. In bibliotheca, quam sanctus Jacobus de Marchia,

strenuus oppugnator Hussitarum et Bogomilorum († 1476), reliquit, invenitur codex, in cuius involucro fragmenta manuscripti slavici in membrana litteris cyrillicis scripti agglutinata sunt. Sunt homiletici vel catechetici argumenti; exarata sunt verosimiliter in Bosnia saeculo XV. Utrum haec reliquiae librorum Bogomilorum sint an non propter exiguitatem ipsorum dici non potest. — A. Leskien: Zur glagolitischen Schrift. — Leop. Karl Goetz: Die Echtheit der Mönchsreden des Kyrill von Turov (св. Кирилъ Туровскій † saec. XII. exeunte). — E. von Dobschütz: Ein Schreiben des Patriarchen Gennadios Scholarios an den Fürsten Georg von Serbien. — M. Rešetar: Eine altbosnische slavisch-griechische Inschrift (e saec. XV.).

Revue Augustienne. Bulletin mensuel des maisons d' études des Augustins de l' assumption Rédaction Maison Saint-Augustin, Louvain. Administration Paris VIII, Rue Bayard 5. Prix d' abonnement: 10 fr. IV, 1.—6.: Liévin Baurain: La vie chrétienne en Russie. Les Fêtes. — Idem: Notes de théologie russe. Auctor dirimit sententias discrepantes P. Aurelii Palmieri, qui theologiam Russorum uberrimam esse dicit, et P. Martinez, qui in ephemeridibus hispanicis »Razon y Fé Russos prorsus nullam theologiam habere affirmat. Russi carent quidem theologiâ scholasticâ, habent tamen sat locupletem theologiam positivam. De hac proposuit sibi auctor lectoribus interdum breves notas praebere. Etiam hic auctor meliorem mutuam cognitionem optimam viam ad componendas controversias esse putat: »Nous nous connaissons trop peu, catholiques et orthodoxes, et les uns et les autres, nous aurions grand intérêt à nous connaître mieux; nous ne nous comprenons pas, principalement parce que nous n' allons trop souvent à notre frère que comme à un adversaire, que pour découvrir et souligner malignement ses points faibles, ses vices congénitaux, signaler ce qui sépare plutôt que ce qui rapproche. Le première condition pour se connaître et comprendre mutuellement, c'est de s'aborder par charité et avec le désir de servir de quelque façon au règne de la vérité«. — E. Evrard: La vie chrétienne en Russie: Mariage mixte et divorce. Le Saint-Synode.

Zeitschrift für katholische Theologie. Innsbruck. XXIX., 2. et 3. Adolf Špaldák S. J. recenset opus professoris A. Bulgakov »O pri-natii ešče odnogo novago dogmata v rimskom katolicizmě« (Kiev 1905), qui doctrinam de assumptione corporis B. M. V. in coelum oppugnat. — Dr. Lauchert ratione habita recensionis huius ostendit, non omnes theologos Russos idem cum Bulgakov sentire, affertque exempla ex opere A. Maltzewi »Menologien der orthodox-katholischen Kirche des Morgenlandes«. — Anonymus quidam (Nilles?) demum apponit, etiam clarissimum hagiologum archiepiscopum Sergium, haud ambigue assumptionem B. M. V. quoad corpus propugnare.

Byzantinische Zeitschrift. Herausgegeben von Karl Krumbacher Leipzig, B. G. Teubner XIV., 1 et 2. Slavica tangit nonnisi tertia pars celeberrimae huius publicationis, ubi sunt recensiones nonnullarum dissertationum, quae praesertim in »Vizantijskij Vremennik« (M. Krašennikov, Vladimir Sacharov, B. Turajev, J. Kulakovskij), et in aliis foliis periodicis russicis publicatae sunt (J. Šljapkin, K. Istomin); mentio etiam fit de dissertationibus, quas A. Špaldák in »Zeitschrift für katholische Kirche« de immaculata conceptione respectu habito ecclesiae orientalis publici juris fecit, de opere Leopoldi Caroli Goetz »Das Kiever Höhlenkloster« (in recensione hac legimus: »Sehr beherzigenswert sind die Mahnworte des Verf. über die Notwendigkeit, an den deutschen Universitäten das Studium der slavischen Sprachen, besonders der russischen, und der osteuropäischen Geschichte mehr zu betonen«) e. a.

Der Katholik. Herausgegeben von Dr. Johann Michael Raich. 1905. Bd. XXXI. 2. Heft. Alphons Franz recenset librum Alexii Maltzew »Oktoichos oder Parakletike«.

Dictionnaire de théologie catholique. Fascicule XIII. In fasciculo hoc invenitur amplius et accurate scriptus articulus »Bulgarie« (col. 1174 - 1236), qui auctorem habet S. Valhé.

Rivista storico-critica delle scienze teologiche. Roma. 1905. 1. et 2. A. Palmieri: Pro teologia russa. — Idem: Il centenario di Alessio Stepanovitch Khomiakov.

Varii libri.

Historisch-politische Blätter 135, 6—10. Röh m: Verhältnis der russischen Kirche zu Altkatolizismus und Anglikanismus. — Die russischen Reformen bezüglich der katholischen Kirche.

Prugawin A. S.: Die Inquisition der russ.-orthodoxen Kirche. Berlin-Charlottenburg, Gottheiner. 123 pag. (2 Mk.).

Petrow G. S. Das Evangelium als Grundlage des Lebens. Aus dem Russischen. Hamburg, Rauhes Haus. 150 pag. (M. 1·80).

P. Marian Morawski S. J. Abende am Genfer-See. Grundzüge einer einheitlichen Weltanschauung. Genehmigte Übertragung aus dem Polnischen von Jakob Overmans S. J. VIII. et 260 pag. Freiburg 1904, Herder (M. 2·20).

Ma vie en Jésus Christ par le P. Jean (Sergieff) de Cronstadt, Archiprêtre de l'Eglise Russe. 2. édition critique par Dom Antoine Staerk O. S. B. Paris, Letlielleux 1904. 8^o 277 pag.



Slavorum litterae theologicae.

Conspectus periodicus.

Dirigentibus Dr. Jos. Tumpach et Dr. Ant. Podlaha.

1905.

Pragae Bohemorum.

Nr. 4.

BOHEMICA.

Úvod do knih Starého Zákona. Napsal Dr. *Jaroslav V. Sedláček*. V Praze 1905. Str. 471. Cyrillo-Methodějská knihtiskárna a nakladatelství V. Kotrba. Cena 5 K. (**Introductio in libros Veteris Testamenti.** Conscripta a Dr. *Jaroslav V. Sedláček*. Pragae 1905. Pag. 471. ss. Cyrilli et Methodii typographia et librorum redemptio V. Kotrba. Pretium 5 Cor.)

Eximius et operibus suis iam notissimus professor universitatis bohemicae Pragensis edidit novum opus, cui est titulus supra indicatus. Quo opere gaudium maximum paravit hominibus bohemici idiomatis, nam est primum huius generis bohemico idiomate editum, in quo adhibiti sunt fructus modernae criticae catholicae.

In prolegomenis placebit lectoribus § 2. inscripta: „Biblicum studium Veteris Testamenti“, in qua adductis adversariis V. T. tum veteribus, tum recentioribus ostendit, quam utile sit studium Veteris Testamenti.

Agens de versionibus praecipuam curam adhibuit auctor versionibus slaviceis, nam de iis loquitur a pag. 89. usque ad pag. 138. discernens versiones slavicas veteres et modernas hasque catholicas et protestanticas. Quamquam doctissimus auctor hic congressit fere omnia, quae de gentium slavicarum versionibus nota sunt, tamen promittit se suo tempore editurum esse conspectum completum historiae versionum slavicarum. Pro hac parte operis Slavi maximas auctori gratias debent et certe solvent.

In introductione speciali auctor laudandus est, quod mediam viam tenet inter eos, qui modernae criticae etiam catholicae fere nihil concedunt, et inter eos, qui nimium concedunt. Lectores grati erunt auctori, quod historiam cum introductione litterali coniunxit et ita effecit, ut libri V. T. praecipue historici melius faciliusque intelligerentur.

Si consideramus, quantum laborem auctor in opus suum impenderit, non mirabimur aliqua minoris momenti correctione indigere velut p. 219. loco matee (matri) legendum est tehýni (socru); loco „(David) odstraňuje nápadníka trůnu Isbosetha!“ legendum forsitan: „(David) jest zbaven bez svého vědomí a proti své vůli atd. (loco „(David) remouet candidatum throni Isboseth!“ legendum forsitan: „(David) liberatur in seius et inuitus a candidato etc.“; p. 447, loco anni 727. legendus est annus 527. aliaque pauca.

Quia opus hoc doctissime scriptum est, iuvabit multum alumnos operam dantes studio Scripturae Sacrae et quia bohemicè scriptum est, potest magno cum fructu etiam legi a laicis bohemicis eruditioribus; propterea omnibus, qui adhuc Scripturam Sacram ut verbum Dei aestimant, opus hoc maximopere commendandum est.

Obořiště prope Příbram. P. *Franciscus Reindl*. C. SS. R.

Museum. Časopis bohoslóvců českoslovanských (Museum, libelli periodici Bohemorum iuvenum theologiae studiosorum).
N. 3—14.

A. Rajnoch. K otázce o pronásledování Neronově (Ad quaestionem de vexatis a Nerone christianis) 113—116. — J. Foltynovský, Ze severosemitské epigrafie (Ex epigraphia Semitarum septentrionalium) 117—119, 171—175. — A. Kordík, Vzniklo náboženství způsobem přirozeným? (Estne religionis origo naturalis?) 119—124, 192—195. —

Ferd. Šob, Epiklese v církvi východní (De epiclesi in ecclesia orientali) (p. 57—64, 138—143). Haec commentatio Ferdinandi Šob praematura morte extincti, licet imperfecta relicta sit, multis conspicua est virtutibus. Quaestio ab eo sibi proposita est ex antiquissimis controversiis, etsi valor consecrationis in ecclesia romano-catholica factae agnoscatur ab adversariis (Cf. P. Kremlevskij, Nužna li cerkov' hristianinu? Spb. 1902 p. 151). E magna vi litterarum de hac quaestione, quae dispersae et dissipatae saepe sunt (velut Études 1898 p. 416: Theologisches Literaturblatt 1866, Sp. 319 ff.; Zeitschrift f. kathol. Theologie 1880, S. 90; 1896, S. 47; Cosmos catholicos 1901, p. 248 s.) tantum quaedam occasione data afferuntur; tamen vel ita patet illum in eis versatum esse et conici potest etiam in solvenda quaestione scripta quae ad id pertinent (De Lugo, Scheeben, Stentrup, Henke, Marković etc.) consulturum fuisse.

Initium sumitur ab exponenda origine controversiae. Fundamenta eius iacta sunt a Nicolao Cabasila († 1317). Ex posterioribus libellis de ea re solus Marci Eugenici (Migne, P. G. 160, 1080—89) commemoratur et describitur; haud scio an iuverit etiam progredientem controversiam persequi (quae v. g. Jo. Komnenos scripsit *Περὶ τοῦ διὰ τίνων ζημάτων γίνεται ἡ τοῦ μυστηρίου τῆς Ἐβχαριστίας μεταβολή*). Deinde exponit ecclesiam occidentalem semper docuisse et docere consecrationem fieri solis Christi verbis.

Quibus propositis variae formae epicleseos variarum liturgiarum afferuntur. Ubi desideravimus locum illum ex missali palaeorussico, ex quo doctrinam antiquam Russorum cum doctrina ecclesiae romanae convenisse patet (Commentarius authenticus II. Congr. internat. Archeol. christ. [Rom.] n. 5.). Tum epiclesis confertur cum aliis precationibus liturgiarum orientalium — in ritu baptismi et chrismatis. Denique ex ss. patribus illi loci afferuntur, qui invocati ad consecrandum Spiritus s. testimonia dant.

His terminatur trunca commentatio scriptoris. Nos autem teneri non possumus quin id, quod nobilis ille ex doctrina Duchesne de hac controversia scripsit, afferamus (Quinzaine 1896, fasc. I. p. 34): „Ac-

cepter le système des Grecs actuels c'est admettre la nullité de la plupart de messes célébrées en Occident, depuis le quatrième siècle au moins". —

In fasc. 4. ex VI. Solov'ev, Duhovnyja osnovy žizni. Spb. 1897 str. 24—54 ingeniosa explicatio precationis dominicae in sermonem bohemicum transferri coepta est. *A. Špaldák.*

Vlast. Red. *Tomáš Škrdle.* Pragae. XXI., 4—12. Dr. Ant. Lenz: »Pryč od Říma. — Los von Rom.« Describitur vita Martini Lutheri, unde cernitur qualis sit natura et ingenium eius. — Jan Hendrich: Jaký byl vztah věrozněstů slovanských Cyrilla a Methoděje ke stolici římské. (Quales se apostoli Slavorum Cyrillus et Methodius Sedi apostolicae praebuerint?) Auctor exequitur demonstrationem propositionis suae, de qua iam rettulimus. Inquirat in varias sententias aliorum (Pastrnek, Snopek, Lapôtre, a.). Defendit orthodoxiam ss. fratrum, ostenditque liturgiam slavicam, quam ss. fratres — consentiente et approbante Sede Apostolica — propagaverunt, magnum momentum fecisse non solum ad cultum et humanitatem, verum etiam ad rei publicae rationes Slavorum. — L. Bretšnajdr: V boji o náboženství (In contentione de religione). Percensetur opusculum sub eodem titulo nuper editum, in quo professor T. Masaryk negat revelationem, deitatem Jesu Christi, miracula etc., docet doctrinam et moralitatem ecclesiarum christianarum insufficientes esse, acriterque oppugnat praesertim ecclesiam catholicam.

Hlidka. Red. *P. Vychodil.* Brunae. XXII., 7—9. St. Souček: Paul Fredericq o účincích věrozněstné činnosti Říma a Byzance. Recensetur oratio prof. universitatis Gandavensis (Gent) Pauli Fredericq, quam habuit 1903 in regia academia belgica »Les conséquences de l'évangélisation par Rome et par Byzance sur le développement de la langue maternelle des peuples convertis«. Fredericq demonstrare conatur, incrementa litterarum apud nationes catholicas tardata esse vi linguae latinae, ecclesiam orientalem autem linguas nationum in liturgiam suscipiendo litteras earum ad florem perduxisse. Souček ostendit infirmitatem huius doctrinae, atque sententiam, quae affirmat ecclesiam graecam linguis nationum magis favisse, prorsus erroneam esse dicit.

BULGARICA.

Църковен Вѣстник. Nr. 4—20. — I. S.: Istočnicitě na hristianskata vĕra (Fontes religionis christianae) nr. 4, 8, 10, 11, 13. — Contra defensores theologiae protestanticae auctor solida demonstratione (e N. T., ex agendi modo apostolorum, praesertim S. Pauli) probat non solum S. Scripturam, sed etiam S. Traditionem verum esse fontem religionis christianae; utrumque fontem aequalis valoris canonici esse eundemque Spiritum S. auctorem habere.

Nr. 14. G.: De instructione publica in Bulgaria. — Magna pars magistrorum desiderat, ut instructio religiosa reiciatur ex scholis bulgaricis; atheismus in instructione publica iam valde progressus est. Auctor putat non solum populum, sed etiam maiorem partem eruditorum talia desideria magistrorum reprobare, quapropter imminens periculum adhuc praecaveri posse.

Nr. 15—16. — D. M.: Към въпроса: Евтимий, Патриарх Търновски, бил ли е признат за светия от Св. Българска Църква (Ad quaestionem, num Euthymius, Patriarcha Ternoventis ab eccl. Bulgarica sanctis adnumeratus sit) pg. 173—74. — Ex monumentis saec. XIV—XVI. (praesertim a docto Russo P. Syrku et nonnullis Bulgaris editis) patet Euthymium a monachis in monte Athone

usque ad saec. XVI. ut sanctum cultum esse. Etiam e saec. XVII. et XVIII. monumenta exstant, quae Euthymium sanctis adnumerant. Auctor desiderat, ut Euthymii Patriarchae memoria in libris liturgicis et ecclesiis bulgaricis innovetur.

Nr. 15—16. — Disputatio de primatu et infallibilitate R. P., habita in seminario theol. bulgarico Constantinopoli (initio a. 1905), pg. 184—86. Prof. Laskov disputationem inauguravit sermone de Eccl. catholica eiusque capite Romano Pontifice. Eccl. catholica magna vi eminet, quae secundum Laskov neque mendacium (ut protestantes affirmant), neque veritatem (ut catholici dicunt) profundamente habet, sed veritatem corruptam, vitiatam, errorem totius populi Latini, cuius summa principia erant: imperium in totum orbem terrarum et »pro Roma omnia licita sunt«. Romae et papis praesertim superbiam et perfidiam politicam obicit, sed non demonstrat. Tunc secuta est disputatio de locis sequentibus: 1. Num praeter Christum, caput invisibile, ecclesiae necessarium sit caput visibile. 2. Constituitne I. Chr. Petrum caput Ecclesiae et principem apostolorum (exeg. in Mt. 16, 18—19; Io. 21, 15—17). 3. Num catholicis favent Lc. 22, 32; Act. 1, 15—26; 2, 14; 9, 32; 10; 15, 7—11. 4. Ap. Petri de seipso sentiendi modus (ex eiusdem epistolis) et ap. Pauli ad Petrum relatio (Gal. 2, 11—17). 5. Potuitne Petrus episcopus Romanae Eccl. esse, aut per 25 annos ut Baronius tenet? 6. Favetne catholicis historia 4 primorum saeculorum. 7. Potestne probari infallibilitas R. P. ex S. Scriptura. 8. Liberius, Honorius aliique damnati ut haeretici. 9. Vita privata Alexandri VI., Joannis XXIII. aliorumque.

Nr. 17 et 20. — G.: Ad quaestionem de origine religionis. — Auctor agit contra complura bulgarica opera periodica, quae sensum religiosum nil nisi errorem generis humani in periodo eius iuvenili, commenta et portenta, quibus solum vulgus incultum contentum esse possit, demonstrare conantur.

Nr. 19. — D. M.: »Propaganda catholica« in Bulgaria, pg. 220—223. — Auctor breviter, sed modo Eccl. catholicae valde inimico, tangit historiam relationis Bulgariae ad Eccl. catholicam. Anno 1860. unio cum Eccl. cathol. inter Bulgaros magnos progressus fecit, sed ad breve tantum tempus. Ultimis his annis sec. auctorem »propaganda catholica« audacior evasit; nunc scholae et ecclesiae catholicae etiam in iis urbibus erectae sunt, ubi catholici non sunt (e. g. Ternovo, Jambol, Slivan). Sec. auctorem iniuste nonnulli dicunt principem Bulgariae nunc (regnantem ut catholicum rem promovere; unicam causam crescentis audaciae missionum catholicarum apathiam nimiamque indulgentiam Bulgarorum esse. »Propaganda catholica etiam ad pagos se extendit. Ipse auctor vidit sacerdotem catholicum (natione Polonum) e pago Gadžilovo, ubi 4—5 familiae unioni adhaerent, vestitum omnino sicut sacerdotes Bulgari non uniti; in pago Soudžak, ubi 8 familiae unici addictae sunt sacerdos catholicus natione Bulgarus habitat. Maxime vero auctorem inquietat, quod sacerdotes uniti in Bulgaria eodem modo ac non uniti vestiti incedunt, ut populum simplicem facilius »fallant decipiantque«; ipse metropolita catholicus (rit. lat.) Philippopolitanus ecclesias unitorum visitans vestibibus metropolitae orientalis vestitus incedit. Hac in re auctor magnum periculum magnamque perfidiam »propagandae catholicae« cernit. Quapropter principem et gubernium civile appellat, ut ecclesiam bulgaricam tueantur a tali »periculoso proselytismo«.

G. R.

CROATICA.

Katolički List. Izlazi svakog četvrtka. Cijena za Zagreb 10 kruna, poštom 12 kruna. Tečaj 56., godina 1905. Odgovorni urednik Dr. Josip Pazman, kr. sveučilišni profesor. Zagreb. — »Litterae Catholicae.«

Exeunt omni feria V. Pretium pro Zagrabia 10 coronae, cum posta. 12 cor. Tomus LVI., annus 1905. Numerus XVII—XXI. Dirigente responsabili Dre. Josepho Pazman, regiae universitatis professore. Zagrabiae. —

»Curate strenue, ne Ecclesiae castra defensoribus careant in regno Croatiae.« Quae sunt verba, a Ss. Leone XIII. papa ad dirigentem litteras hebdomadales »Katolički List« in brevi epistola anno 1900 scripta. Gaudio magno impleti sumus litteris his perlectis; nam optima conscientia declarare possumus, ecclesia croatica optimos defensores fidei possidet. Numeri praedicti hanc materiam pertractant: »Ss. Domini nostri Pii PP. X. litterae encyclicae ad sacros universi catholici orbis antistites de christiana doctrina tradenda,« quae lingua originali in lucem editae sunt. — »O drevnom dogagjaju nove misli.« Piše Mons. M. Stepinac (De casu priore cogitationis novae). Materia porro tractatur de actibus Sauli, qui rationalista et nationalista vocatur, et Davidis, qui semper animum quasi christianum erga inimicos suos prae se tulit et praecipue occisionem regis ut personae sacrosanctae perhorrescebat, quamquam personas privatas culpâ oneratas occidi iubere non verebatur. Auctor doctus parallelam intra actionem Davidis et occidentes regem Croatiae Zvonimirum in concione forensi fecit et hos, quia facinus maximum patrarunt, ex toto corde condemnat et infelicem fortunam nationis croaticae uti poenam divinam agnoscit. »Listovi mladom dušobrižniku.« Prevodi Jankov s Dobre. »Epistolae ad neosacerdotem.« Transtulit Jankov de Dobra. In capitulo XV., »Dušobrižnik i oženjeni«, »Aninarum curator et matrimonio coniunctus« inscripto res de officio sacerdotis agitur, coniuges admonere, ut iuramentum apud altare peractum etiam fideliter conservent. In capitibus sequentibus sermo est praecipue de cura sacerdotis erga liberos (Dušobrižnik i djeca) atque erga repetentes (Dušobrižnik i opetovničari), qui e schola exierunt et omni die dominica in religione christiana docendi sunt. Sunt autem articuli, qui quaestiones contemporaneas pertractant, exempli gratia: »Žuri im se«, ubi de decisione ecclesiae a republica Gallica agitur, »Dvije tri k preinaci vjerske obuke« — »Exempla aliqua transformationis religionis docendae« auctore Mirko Pacher, catecheta, »Unijati u Rusiji« — »Graecocatholici in Russia« auctore Francisco Suša et »Nova metoda apologetike« auctore M. Ettinger, qui novam apologiam religionis christianae, quae in eo consistit, ut fidem nostram cum cultura aevi hodierni concordantem faciat, ut non christianam contemnit. In omni numero »Vjesnik« (nuntius) res catholico-politicas et religiosas describit. Qua ex causa »Katolički List« rei catholicae in Croatia optime prodest et optandum est, uti etiam eventibus laboris sui gaudere possit. *Fr. H. Žundátek.*

Vrhbosna katoličkoj prosvjeti. Izlazi dvaput (5. i 20.) na mjesec. Godina XIX. Broj 3.—10. Izdaje kaptol Vrhbosanski. Uredjuje Dr. Ivan Šarić. Ciena na godinu 10 K. Sarajevo. — Magnobosna culturae catholicae. Editur (bis in mense (V. et XX.) Tomus XIX. Numerus III—X. Sumptibus capituli Magnobosnensis. Dirigente Dre. Joanne Šarić. Pretio annuo 10 cor. Sarajevo. —

Annos undeviginti haec bimensilis publicatio implevit, ad confirmandam fidem inter Croatas catholicos in terris occupatis Bosna et Hercegovina operans, summo protectore reverendissimo Domino Dr. Josepho Stadler, archiepiscopo Magnobosnensi optime merito, qui inter cooperatores ut scriptor peritus fungitur, clero suo bonum exemplum dans etiam in rebus litteralibus. Articuli materiam contemporaneam praecipuo modo pertractant; de quibus sequentes specialiter afferimus: »Okružnica svim vjernikom nadbiskupije vrhbosanske« (Josip, nadbiskup) — »Litterae pastorales omnibus fidelibus archidicceseos Magnobosnensis« in quibus archiepiscopus Dr. Stadler de cultu Ss. Cordis Jesu augendo loquitur. — »Za katolički laikat.« Piše

dr. Ivan Dumujšić. »Prolaieatu catholico auctore Dr. Joanne Dumujšić. Sermo autem est in hoc egregio studio de ecclesia et mundo, de catholicismi valore futuro. — »Pape i Hrvati«. Piše dr. Fran Binički. »Papae et Croati. Scripsit Dr. Franc. Binički. Tempora et actiones Innocentii IV., Alexandri IV., Urbani IV., Clementis IV., Gregorii X., Nicolai III., et IV., Bonifacii VIII., Benedicti XI., Clementis V., Joannis XXII., Benedicti XII. et aliorum pontificum Romanorum, quae res croaticas spectant, afferuntur. — Stephanus Hartman characterizat in articulo »Naša banda« inimicos ecclesiae, praecipue Stephanum Radić, qui culturam hussiticam Pragae accepisse videtur, quia in mensili »Hrvatska Misao« contra Romam et ejus religionem pugnat, eonfessionem orthodoxam tolerantem esse affirmans, deinde fratrem eius Antonium, quos ambos Castorem et Pollucem nominat. Quod opus ex ea causa magni pretii est, quod adversarios ex ipsorum enuntiationibus condemnat. — De catholicismo in Japonia secundum fontes optimos refert Joannes Nep. Králiček S. J. et quaestiones, utrum Japonia catholica sit evasura, cur ibidem religio christiana celerius non crescat, solvere nititur. — De decisione ecclesiae a republica in Gallia secundum abbé Naudet articulus »Razslava Crkve i države« agit. — Dr. Joannes Koščak magni valoris esse litteraturam catholicam summopere protegendam affirmat in articulo »Za katoličku štampu« — Mors Josephi Georgii Strossmayer omnes Croatas et Slavos maximo dolore affecit, quem animum etiam Vrhbosna in lucem edit in eius necrologo, praesertim autem praestantissimo sermone Dris. Josephi Stadler super sepulcrum Strossmayerianum sub prelum dato — Dr. Marianus Zdziechowski, Polonus, professor universitatis Jagellonicae Cracoviensis, slavista optime notus, christiano animo gaudens, a quo ecclesia nostra in defendenda veritate adhuc multa expectatura est, inexplicabili quodam casu in opere polonico, a H. Glück sub titulo »Pestis perniciosissima« in linguam germanicam translato, contra croaticas litteras periodicas catholicas magno fervore pugnat, et quidem hac de causa, quod catholici scriptores croatici liberalismum toto ex corde detegunt, secundum eius opinionem amore christiano carentes. »Vrhbosna« in Nro. IX. articulum polemicum cum rei cognitione et amore revera christiano errorem huius docti viri explicat, hic loci non esse sermonem de re, sed de nomine liberalismi. — Praeterea inveniuntur in numeris supra dictis carmina et articuli prosaici ab Eugenia Šah (carmen supra mortem Dris. Stephanik Boroš, supra sepulcrum Strossmayeri, cui etiam articulus »Pa ipak« deditus est et Legenda), deinde carmina a Don Ilija Ujević in honorem archiepiscopi Stadler, »Drugomu Suncu« (Soli alteri) in honorem episcopi Stephani Pavlović-Lučić mortui, descriptio itineris Italici »Bilješke iz Italije« auctore Dr. Svetozaro Ritig et historico-geographicae memoriae anni elapsi: »Historičko-geografski osvrt na godinu 1904. — »Vjestnik« (nuntius), qui in omni numero adest, de rebus quotidianis catholicos spectantibus agit »Prosvjeta« (cultura) autem catholicos libros croaticos et slavicos critico animo deliberat. In Nro. IX., pag. 172., de »Časopis katoličkého duhovenstva« haec affert: »Quamvis haec publicatio iam multos annos exierit, anno currente etiam pro aliis nationibus slavicis et non-slavicis actualis facta est. Initio enim huius anni additum ei est supplementum »Slavica«, cui programma est: conspectum quam completissimum et optimum, in quantum possibile est, de operibus theologicis catholicis et acatholicis afferre.« »Quod linguam latinam attinet, scripsit Vrhbosna, »optandum est, ut domini referentes linguam omnino correctam, sed facilem adhibeant. Classicismi studium hic loci nullum finem habet; et tunc valet et illud: Classicus esse studeo, obscurus fio, quod non raris vicibus conspeximus . . . Summa cum laetitia Vrhbosna separatam editionem huius supplementi salutavit, sed conspectum hunc maximi pretii materialis esse declaravit. Quam opinionem nullatenus tenere possumus, quia 4 coronae, sicuti Vrhbosna

vult, nequaquam sufficiunt ad expensas solvendas; nam praenumeratio huius conspectus saltem initio sufficiens non est expectanda. Quae iam »Hrvatstvo in numero 154. huius anni agnovit scribens; »Pretium 6. cor. omni modo parvum est. Si »Vrhbosna, quae hanc publicatione recommendavit, pretium illud valde magnum esse declaravit, parva discrepatio est, quia fortasse hanc publicationem solummodo 34 paginas uti in fasciculo primo tenere cogitavit, dum revera nunc 64 paginas habet, et ita et futuro tempore, si necessarium erit, et plures. Si etiam deliberamus, quantas expensas directio cum emendis libris et publicationibus praesertim russicis habet, pretium parvum esse agnoscendum est.« — Sicuti supplementum exit liber I. partis alterius Logicae: Kritika ili Noetika. *Fr. H. Žundálek.*

POLONICA.

Ks. Włodzimierz Piątkiewicz T. J.: **Mistyczne ciało Chrystusa a charaktery sakramentalne. (De characteribus sacramentalibus ratione habita corporis Christi mystici.)** Kraków 1903 (pag. 79 in mag. 8^o).

Vestigiis ingeniosarum pervestigationum doctoris Matth. Jos. Scheeben („Die Mysterien des Christenthums“) atque patris Em. Lingens S. J. („Die innere Schönheit des Christenthums“) insistens auctor pulcherrime disserit de quaestione, quam sibi proposuit. Characteres indelebiles, qui baptismo. confirmatione et ordine imprimuntur, considerantur hic relate ad mysticum corpus Christi i. e. ecclesiam. Modus, quo hic res considerantur, novum lumen adhibet huic admirando mysterio. Exoptandum est ex mente auctoris huius opusculi, ut tota disciplina theologiae dogmaticae ratione habita corporis Christi mystici construat.

De autentia loci, qui in evangelio secundum s. Joannem inde a cap. VII. v. 53. usque ad cap. VIII. v. 11. legitur dissertatio critica auctore *Al. Syski*, s. Th. Mag. Varsaviae. Sumptibus redactionis „Przeгляд katolicki“ 1904 (pag. 82 mag. 8^o).

In diligenter elucubrata commentatione sua auctor auctoritatem pericopae, quam titulus iudicat, defendit ab illis, qui eam reiciunt ex rationibus tum externis (provocantes ad testimonium codicum, versionum atque ss. patrum), tum internis (ex argumento, stylo atque contextu). In ultima parte dissertationis explicat, quibus ex causis pericopa haec in permultis, et quidem antiquissimis et praestantissimis codicibus omissa inveniatur. — Reticere tamen non possumus in dissertationibus scientificis sono orationis utendum esse tranquilliore, quam ille est, quem auctor nonnumquam adhibuit.

RUSSICA.

Вѣчная жизнь какъ высшее благо. (Vita aeterna ut summum bonum.) (Pars reliqua.)

Hic modus unionis, quo nobis unitur, in visione beatifica qua obiectum amatum, idem est atque is, quo nobis iam hic in terra coniungitur Spiritus s.; caritas quippe eadem, quae in patria habetur,

etiam hic nobis conceditur. At vices visionis gerit fides. Accipimus enim hic „arrhabonem“, non totum.

Utrumque visio Dei et amor eius, tendit ad mentis creatae deificationem. Hinc patet etiam originem vitae futurae esse in nostra regeneratione, qua ex hominibus evadimus filii Dei, qua natura humana mutatur in divinam: nondum quidem „apparuit“ quid simus, sed apparebit. Quae regeneratio non fit nisi hic in terris sive baptismo sive poenitentia; quodsi hic facta non est, post mortem non fiet. Sitne haec elevatio in statu viae normalis et primario intenta necne, hanc quaestionem omittere placet; item quomodo id in angelis fuerit.

Sed effectus visionis et amoris divini consideremus. Duo imprimis gignit amor generatim: extasim et unionem cum amato. Duplici modo fit extasis: oblivione neglectuque sui creato et defectu virium inferiorum illato.

Prior modus extaseos (Dionys. Areop. v., De div. nom. c. 4 p. 1) est, si amans affectum suum in amatum transfert, atque sui et suarum rerum obliviscitur. Amans quasi ex se egressus est, versatur non in suo corpore, sed apud amatum, vivit non in se, sed quasi in amato. (Gal. 2, 20 vivo iam non ego, sed . . .) Apostolo vita ulla non est nisi Christo et eius causae inservire ita, ut commoda sua, honorem suum, denique omnia sua oblitus sit. Hic amor extaseos invenitur excellenti modo in beatis. Ita trahuntur cogitatione et affectu in Deum, ut ex se ipsis plane exeant, nihil de se aut rebus suis cogitent, nihil sibi appetant, sed id tantum cupiant, quod ad Deum pertinet et in eius gloriam est. Exuerunt igitur omnino omnes motus amoris proprii, sibi mortui Deo vivunt (recordare sis, quid dictum fuerit in 1. parte ab auctore russo de egoismo). Exuerunt vitam humanam, quae solum de se cogitat, et induerunt vitam divinam, quae est Deum contemplari et in omnibus amare. Neque contristantur de damnatis, etiamsi consanguineos inter eos videant, quia gaudent de iustitia et voluntate divina, quae ipsorum voluntas facta est.

Alter effectus amoris est unio cum dilecto, ita ut ex utroque quasi unum fiat. Hoc fit non solo affectu, sed, quia amor amantem impellit, ut amato se arctissime coniungat.

Amor divinus excitat etiam ad unionem 1. ad unionem per frequentem recordationem et memoriam. Qui de Deo raro cogitat, parum eum amat. 2. ad unionem per obsequium. Qui Deum amat, suis neglectis quae Dei sunt quaerit. Qui neglectus sui est quaedam demersio sui in abyssum divinitatis. 3. ad unionem per similitudinem vitae (non solius naturae). Inde magna perfectio et sanctitas sanctorum (Math. 5, 20; Rom. 13, 14; 1. Cor. 15, 49; 1. Pet. 4; Gal. 5, 24) 4. ad unionem per sublimem contemplationem, qua in hac vita Deo arte conjungimur 5. ad unionem per demersionem in abyssum divinitatis, qua legimus aliquos sanctos, deditos contemplationi, a suo statu rei creatae quasi defecisse neque amplius se ipsos sensisse. (Descriptionem fusam videsis apud Scaramelli, Mystica theologia p. I, l. 2 n. 19 s.)

In beatis ex luce divina procedit lumen gloriae in mentem eorum, ex lumine procedit amor et rursus eos in Deum trahit, eos

ei unit et in illum quasi transformat. Ita ex summo bono viso procedit amor in mentem, qui rursus in Deum ducit. Quae res fieri nunquam desinit. Vident beati, se secundum suum esse a Deo ut fecundissimo principio procedere et summis viribus conantur in illum vi contemplationis et amoris reverti. His actibus praesertim constat vita divina beatorum. Maior unio non est, quia est unio interna, non solum externa, quia est intima et inseparabilis, quia amans cum amato ita coniungitur, ut in illum transformetur et unus cum eo fiat spiritus.

Is amor est praecipuus amor amicitiae. Est enim velle alicui bonum, eo solo consilio, ut ipsi bene sit, velut, ut habeat honorem etc. Si cui volo bonum, ut mihi inde bene sit, magis meipsum amo quam alterum. Is amor non est verus amor. Beati habent verum amorem amicitiae. Exoptant Deo duplex bonum: omnes perfectiones eius internas et gloriam externam. Amor, quo beati Deo omnia bona interna volunt, est ipse amor beatificus, quia ea bona sunt increata et immensa. Amor quo gloriam ei exoptant, se extendit ad gloriam externam Dei ex hypostatica unione Christi, et ex omnibus laudibus beatorum, eorum donis et ornamentis, ex conversione peccatorum, operibus iustorum, ex Ecclesia, ex iustis poenis impiorum, ex magnitudine, pulchritudine et ordine universi, ex providentia divina etc. Hanc gloriam augeri in dies cupiunt.

Hic amor est stabilis et immutabilis et aeternus, certe quoad bona interna Dei, quia est necessarius neque iam subiectus est arbitrio, probabiliter et quoad gloriam. Patet ex eodem amore nasci aeternam gratiarum actionem beatorum. Patet etiam, beatos amare magis ea, in quibus gloria Dei magis apparet, ergo maxime humanitatem et incarnationem Christi, dein b. Virginem et sanctos secundum ordinem. Sed quomodo nos amare debemus, dum in terris sumus? Etsi amor erga nos omnis alius amoris fundamentum et radix est, ita ut omnis alius amor nihil aliud sit quam extensio quaedam amoris illius quo nos ipsos amamus, nihil tamen impedit, quominus Deum, in quo perfectiones illas, propter quas nos ipsos amamus, infinites perfectius et excellentius esse intelligimus, amore appetitativo magis quam nos ipsos atque adeo super omnia creata amemus; amor enim appetitativus nihil aliud est quam complacentia voluntatis in aliquo obiecto proportionata mensurae bonitatis obiectivae illius. Atque hoc amore post Deum maxime diligere debemus Christum in sanctissima eius humanitate, inter homines vero quemque eo magis amare amore appetitativo debemus, quo quisque magis vera perfectione, supernaturali imprimis praeditus est; neque fieri potest, ut amore appetitativo alium magis quam nos ipsos amemus. Aliter vero omnino loquendum est, ubi de amore effectivo agitur i. e. de eo, quod ex amore alicui efficaciter optamus et volumus. Sic non possumus Deum magis amare quam nos, quia, quae est multum laudata christianae veritatis perfectio, nunquam fieri potest, ut verum bonum nostrum — in hac vita intellige — sive a gloria Dei obiective maiore, sive a voluntate Dei seiunctum sit: Nostrum bonum est Dei gloria et Dei voluntas, Dei gloria et Dei voluntas simul est nostrum bonum.

Ratio, cur alii homines amandi sint amore amicitiae est quia habent eandem naturam et saltem destinatione -- eandem gratiam seu naturae divinae participationem quam nos. Si quemvis hominem debeo amare, quia mihi similis et imago Dei est, magis amare debeo me ipsum, qui mei non solum similis sed idem atque ego sum.

Qui maiorem gloriam Dei repraesentant, appetiunt magis amandi sunt, scilicet obiective, i. e. ex parte boni. Hoc modo beati magis amant beatiores se quam se ipsos, contenti sunt mensura suae gloriae, scientes hanc respondere iustitiae divinae. Eodem modo sentiunt de gloria aliorum, ita ut nulla invidia neque superbia oriri possit. Idem patet ex plena coniunctione eorum cum voluntate divina iustissima.

Complementum amoris est gaudium. Id provenit ex amore, et est ultima perfectio impetus amoris in obiectum. Amor boni, possidens bonum, parit gaudium de bono possesso quietam boni perceptionem. Gaudium sicut in comestione sentitur materialiter, ita in amore spiritualiter. (S. Thomas 1. 2 q. 31 a. 3). Hoc gaudium est necessarium nec auferri potest.

Gaudium beatorum est supernaturale et sublime sicut lumen gloriae et amor beatificus. Qualis visio, talis amor, tale gaudium. Magnitudo gaudii sequitur triplicem causam. Primum magnitudinem boni. Quo maius bonum, eo maius ceteris paribus gaudium. In coelis est infinitum, complectens omnem pulchritudinem et dulcedinem. Deinde sequitur potentiam, quae bonum percipit eoque fruitur. In beatis est maxima, scilicet intellectus lumine gloriae elevatus et voluntas dono charitatis confirmata. Talis potentia potest non solum Deum attingere, sed etiam quam perfectissimo modo. Tum sequitur amorem. Est summus. et sublimissimus; ergo etiam gaudium.

In qua re gaudent beati? Gaudent in bonis Dei (sanctitas, bonitas, pulchritudo etc.), in bonis Dei externis (gloria, quam comparant ei Christus, Maria, sancti, Ecclesia, universum etc.), de bonis propriis, quae sunt innumera, de aeternitate, de ornatu corporum beatorum etc.

Hoc gaudium est summum, quia beatitudo est tanta communio divinitatis, ut maioris perfectiorisve res creata non sit capax. Lumine gloriae et amore percipiunt beati perfectiones divinas perfectissimo modo et similes ei evadunt adeo, ut maior similitudo cum Deo concipi nequeat. Consistit haec similitudo vitae in visione et amore. Per ea similes processus habentur in beatis (analogice sane) atque in Deo, ita ut lumine gloriae anima fiat similis Patris, visione Filii, amore Spiritus sancti. Communis est sententia plurimorum, beatos gaudere de Deo ipso, non solum de visione Dei, quia delectantur propriis bonis Dei, non solum suis. Ergo non solum, quia eum vident, sed quia ipse tantis bonis est praeditus. Hoc gaudium est primum et praecipuum. Dein visio non est separati quicquam sicut calor a sole separatus est, sed est ipsa coniunctio cum Deo, eius apprehensio et possessio. Sicut homo immediate pecunia delectari potest, non sola eius possessione, ita beatus Deo ipso, obiecto beatitudinis suae gaudet. In quantum visio est aliquid sublime et supernaturale, potest sane gauderi de ea: sed praecipuum visionis est, quod nos Deo similes reddit et Deum nobis praesentem sistit et ostendit.

Beatos peccare non posse, constat apud omnes. Sequitur ex Apoc. 21, 27; 22, 3.; 21, 4: — Secundum s. Thomam (1. 2 q. 4 a. 4) et alios fit hoc vi visionis beatificae. Ex hac visione determinata est voluntas beatorum ad perfectissimum amorem, qui omne peccatum, etiam veniale, excludat. Visio proponit Deum et summum bonum ita, ut nulla offeratur ratio, cur velit ab hoc amore cessare. Ideo voluntas necessario amat, quia sola cessatio ab amore, sine ulla ratione, ut quae sola privatio sit, appeti non potest. Dein bonum aeternum, Deus, est infinitum, ideoque trahit ad se vi tanta, quae reapse sustineri non possit. Unde sequitur, amorem esse non liberum sed necessarium. Visio ipsa tantum omnipotentia divina auferri posset: beatus se ipse ea privare non potest. Libertas hac necessitate non laeditur vel ideo, quia beati libere voluerunt esse beati et propter hanc voluntatem divinae libertatis ab omni influxu causae (vel rationis) finalis (vel quasi finalis) quocum omissio volitionis componi non possit, participes evaserunt.

Beatitudinem esse aeternam patet ex Scriptura V. et N. testamenti.

Haec pauca ex Lessii excellenti opere de summo bono sufficiant. Quam admirabilis claritas et altitudo sententiarum! Redeamus iam ad auctorem russicum.

III.

De tribus rebus mirabitur qui libellum leget.

Primum quod auctor nullibi agit de statu supernaturali, sed bonitatem et sanctitatem dicere videtur mere naturalem, ethicam. Deinde quod negat et vitam aeternam esse vere praemium vitae huius operumque nostrorum, et nobis licere duci praemio et beatitudine etiam non excluso amore amicitiae. Tum quod modo inexplicabili Kantius auctorem auctoritate sua tantopere tenuit et duxit. Cui libello adscriptum est „inprimatur“ !

Quoad amorem doctrina catholica haec est: Duplex est amor Dei formalis*): benevolentiae et concupiscentiae, quatenus motivum est vel infinita Dei bonitas in se qua bonum Dei vel bonitas eius qua bonum nostrum. Amoris benevolentiae est igitur, velle Deo bonum, quia bonum Dei est. Amoris concupiscentiae obiectum formale est divina bonitas ut communicanda nobis. Quo amore in Deum ipsum directe ferimur, non spectantes eum ut merum medium pro alio fine (qui) obtinendo, sed in ipso nostrum bonum collocantes, appetentes igitur Deum ut ultimum nostrum finem cui. „Quamvis in hoc amore finis cui sit ipse diligens [et amor sit proprie nostri], non est tamen finis cui ultimus; etenim hic amor sui ipsius ordinabilis est per se in amorem, quo Deo tamquam fini cui bonum velimus: qui amor perfectior proinde ab alio non excluditur; sed in illo virtualiter continetur;

*) Amor materialis est is, quo volumus quidem id, quod Deo bonum est, sed propter aliud v. g. honorem Dei, ne puniamur. In hoc amore obiectum materiale est bonum Dei, obiectum formale seu motivum (seu finis qui formalis) bonitas a Deo distincta. In amore formali motivum est aliquid in ipso Deo, sive ut bonum Dei sive ut bonum amantis; finis cui formalis seu terminus amoris est vel Deus vel homo (prout amor est benevolentiae aut concupiscentiae).

volentes enim frui suo bono, volumus ipsum cognoscere, amare et glorificare, et cum nostra possessio Dei ad eius gloriam referatur, in Deum finem cui implicite tendimus, cum ipsum finem qui ultimum nobis amamus. Palmieri, De poenitentia th. 22, n. 2.

Uterque amor benevolentiae et concupiscentiae aequae atque caritas et spes coniuncti esse possunt, sicut habitu ita et actu. Cf. Schiffini, De virtutibus infusis th. 32. Nec ullum est fundamentum doctrinae contrariae Quietistarum, qui amorem Dei purum dicunt solum eum, qui est ex sola benevolentia erga Deum ut in se bonum, quaeque excludit concupiscentiam omnem in Deum ut bonum nostrum. Licet enim in actu dilectionis praescindi possit a desiderio fruendi Deo, tamen positive excludi hoc desiderium nequit: et licet actus caritatis elici possit hoc modo ut etsi Deo fruituri non simus, tamen eum propter infinitam bonitatem eius diligere vellemus, tamen cum haec condicio sit impossibilis, nequit absolute reici desiderium aut spes visionis Dei.

ad 1. Aeternitas non est elementum constituens vitae aeternae, si spectatur vita aeterna ut operatio vitalis vel praecise ut vita. Haec quidem absolvitur actibus vitalibus visionis et amoris. Sed in quantum est beatitudo, aeternitas est omnino necessaria. Beatitudo, de cuius aeternitate certitudo non adesset, non esset vera aut plena beatitudo, nam bonum, quod amitti potest, plene non beat. Ergo in aeternitate vitae beatae consistit maxima vis, quia si amitti posset, esset bonum sicut alia bona, quae amitti possunt, et omnes, quibus vita sancta difficilis est, facile dicerent ad quid est superare tantas difficultates, si et vita aeterna amitti potest. Ergo etiam ad nos vis eius nulla esset; immo dici potest, maxime propter suam aeternitatem movere ad desiderium sui et efficere ut difficultates vitae superemus.

ad 2. Vis vitae aeternae, ut contrariae inferno, sane magna est, ad multos maxima, sed ipsa re secundaria. Ad vitam aeternam obligamur ex voluntate Dei, infernum habet se tantum ut poena, ut sanctio legis aeternae si contra voluntatem divinam agamus. Auctor his verbis secum ipse pugnat, quia semper in sequentibus paginis perfectissimam vitam ut unicum motivum vitae sanctae pro nostra vita affert. Neque patet consequentia, cum dicit, ex poenis et aeterna morte sequi, vitam aeternam esse vitam infinitae plenitudinis felicitatis. Vita damnatorum non est mors vera quia etiam damnati vivunt et habent actus suos vitales. Nisi Deus nos ad supernaturalem statum finemque destinasset, ad visionem Dei, vita aeterna non esset summus gradus beatitudinis, sed solum status naturalis perfectionis et beatitudinis.

ad 3. Non potest teneri ideo, quia vita aeterna est vita vera, unica et perfecta, obligari nos, ut ad eam tendamus. Vita aeterna ut vita perfectissima movet sane hominem rationalem, ut ad eam tendat, quia homo rationem sequens magis id amat, quod est melius et perfectius. Sed obligatio in hoc non est. Potest homo saepe eligere et minus perfectum ita ut non peccet. Cf. Slay. litt. theol. p. 68. (Cas. k. d. 308).

ad 5. Quid ibi significet verbum „transcendentalis“, satis non patet. An id tantum, quod incipit demum post hanc vitam? An signi-

ficat idem ac vox supernaturalis? Qua voce hic nullibi utitur! In posterioribus paginis demonstrat fuisse. Vitam aeternam posse et debere inchoari iam huius vitae tempore.

ad 6. Qua in re consistat iuridica consideratio religionis christianae, qua honestas bonorum operum tollatur, non apparet. Num in hoc, quod vita aeterna sit praemium et merces sanctitatis bonorumque operum vitae huius? Hocne solum, quod homo agat etiam praemii aeterni causa tollere honestatem operis, a filio Dei rite facti? Miram doctrinam! Ex ea Kantius de novo triumphat somnians, quidquid non appetatur propter virtutem aut legem, inhonestum esse. Utinam essent omnes homines tales egoistae! Non essent ii quidem perfectissimi sed omnes animos salvarent. Quam pulchre auctor imitationis Christi, Thomas a Kempis loquitur l. III. c. 58., et in multis aliis capitibus, de vero amore Dei! Quodsi hic cogitavit de doctrina catholica, quae in Russia male audit, de merito de congruo et condigno, non apparet, quomodo haec res cum tractatu hoc cohaereat. Meritum de condigno nihil aliud dicit nisi, esse opera tanti pretii, ut eis ex iustitia praemium debeatur. Sed verba auctoris non sunt clara; itaque absteineamus ab ulteriore expositione.

ad 7. Demonstrari paratur falsitas et crassus egoismus amoris lucri aeterni ex notione vitae aeternae, quam explicat; sed demonstratur ad summum, agere solius Dei amore esse actionem perfectissimam et honestissimam quod nemo negat.

Alia ibi contenta videntur sat confusa esse. Nonne operatio intellectus vita est? Et quid est illud „experiri in animo vitam divinam“? Fitne alio modo nisi per intellectum? Estne intelligendum de aliqua commixtione essentiae divinae cum anima? Deus scit! Sed benevoli verba intelligamus de vitalibus actibus intellectus et voluntatis secundum Lessium supra allegatum. Sed quid significat pars huius capituli incipiens verbis: „Sed hoc nondum sufficit“? — Nonne demonstrat, scriptorem non intelligere, quae supra dixerat? Si enim Deus ita cum homine coniunctus est, ut homo experiatur vitam divinam in se, quid accedat necesse est? Nonne est maxime praesens, nonne haec est obiectiva communio cum essentia divina? Nonne essentia divina est ipse Deus? Si verba sequentia auctoris et id, quod infra de paradiso dicit considero, revera mihi in mentem venit, ipsum in hac „etiam necessaria personali communiione obiectiva“ cogitare de conversatione, quam Deus et Adam in paradiso habuerunt!!

Sed etiamsi omnia in bonam partem accipere queamus, quanta obscuritas! Nec vero modus, quo cum Deo homo coniungitur, explicatur.

Quam clare Lessius loquitur de intellectuali coniunctione cum Deo luminis gloriae ope, quo fit (uti s. Thomas dicit) adaequatio intellectus cognoscentis cum re cognita, in hac re cum essentia divina; quam clare de vitalibus actibus, quibus Deus attingitur et possidetur. Addere liceat, non hominem facere se Deo natura similem supernaturaliter. neque hoc fieri ulla, nescio qua ethica bonitate, sed hoc fieri gratia, qua homo Deus evadit, et lumine gloriae, quod adaequat vires eius infinito obiecto. Lumine gloriae recepto iam videt Deum, amat eum ut summum bonum suum amore amicitiae et est beatus. Haec visio

et beatitudo est subiectiva, quia est in subiecto, quod est beatum (ipsa visio et possessio). Dens dicitur obiectiva beatitudo hominis, quia est obiectum, quo possesso homo gaudet. Visio tendit ad rem obiectivam, etiam amor, obiectum suo modo ad beatificos actus hominis concurrat, quae communicatio cum Deo sufficit, nec aliud quidquam opus est, quia ita habetur visio essentiae divinae et amor et gaudium ex infinito bono possesso. Neque potest Dens in vita aeterna appellari exemplar operationis humanae nisi improprie, quia est obiectum fruitionis, non imitationis. Sed pergamus.

ad 8. Similitudo et adaequatio in vita aeterna si passive spectatur, est gratia et receptio luminis gloriae, si active, omnes actus ex eo et potentia procedentes, scilicet actus visionis et amoris. In his consistit etiam communicatio cum Deo. Visio est conditio ad hanc vitam necessaria. Gratia fit homo quidem deiformis, attamen cognoscit Deum solum abstracte, lumine gloriae fit talis adaequatio inter Deum et hominem, ut cognoscat eum visione. Haec vita non est quies, quia est vita, operatio vitalis. In hoc sensu nunquam finietur. Sed nequaquam crescet lumen gloriae aut similitudo. Lumen gloriae est praemium sanctitatis et meritorum, maius vel minus pro meritis et arbitrio divino: visio et beatitudo commensurantur claritati huius luminis, quia bonum amatur prout cognoscitur, et ex lumine gloriae, non ex intellectu humano, provenit maior vel minor claritas cognitionis essentiae divinae secundum sententiam probabiliorum. Sed etiamsi intellectum quoque ad maiorem vel minorem perspicuitatem pertinere ponatur, visio et amor non crescunt operationibus vitalibus, quia status vitae aeternae est status finalis, quo perfectioris homo capax non est nec altiorum meritis est. Ceterum neque homo fit magis homo operationibus vitalibus, nisi improprie. In coelis cognitione et amore facultas nostra assequitur supremum ac sublimissimum actum suum, ergo nullus progressus amplius, sed solum aeternus fructus, infinita successio beatorum actuum vitalium. In terris progreditur similitudo, cum gratia augetur. Sed in vita aeterna neque gratia neque lumen gloriae augetur. Ad summum dici potest, scientiam speculativam experientia augetur. Neque in damnatis augetur malitia, neque actus meritorios ponere possunt. (De his vide Stuffer, Die Heiligkeit Gottes und der ewige Tod.) Nihilo magis actus beatorum sunt meritorii. Auctor sensit difficultatem sententiae suae, iterum Kantianae (qui similem progressum infinitum statuit), et vexatur ea. Profecto vera quies et beatitudo haberi non posset.

ad 9. Sententia sapit Kantium et Jansenistas. Etiamsi Christus dixisset: sancti estote, quia . . . et ita internam rationem nostrae sanctitatis indicasset, tamen dixit hoc praecipiendo et vitam aeternam tanquam praemium clare proposuit. Deus cum hominem liberum creasset nec alio modo legem servandam curare posset nisi qui cum libertate hominis componeretur, ut unicum bonum hominis se huius menti ostendit, quo, nisi libertate abutitur, ad servandum legem movetur. Si multos ad vitae honestatem neque mandati vis, neque bonitas, neque inferni horrores adducunt, quomodo potest cum Kantio contra omnem antiquitatem christianam poni, unicum amorem

boni — eiusque abstracte cogniti — debere sufficere et revera sufficere ad vitae sanctitatem et salutem consequendam!

Illa quaestio, cur sit aliquid bonum (honestum), tractatur a scholasticis sicut alia eiusmodi, sed non est quaestio inter scholasticos controversa. Scholastici omnes docent, honesti ultima fundamenta esse in essentia divina. Honestum esse docent fere una voce id, quod convenit naturae rationali (adaequate spectatae); quae natura fundatur in Deo. Mandata divina praecipunt vel quae sunt intrinsecus bona — ergo non faciunt bona — vel ea, quae alioqui sunt indifferentia; qui ea iussus facit, bonum opus facit, quia praeceptum implet.

Essentia vitae aeternae et principium beatitudinis est visio et amor Dei. Homo accipit vitam aeternam, quia est eo praemio dignus. Homo, qui iam sanctus est (gratia sanctificante) accipit ut praemium novam supernaturalemque „adaequationem“ cum Deo lumine gloriae, quo Deum videbit et aeternum beatus erit. Potest moveri amore sanctitatis, sed potest moveri etiam spe beatitudinis, propter quam etiam necessariam condicionem sanctitatis implebit. Vita aeterna ut mercede Deus hominis vitam absolvi vult. — In multis iudiciis auctoris consequentiam non apparere, facile cuilibet in mentem veniat. Saepenumero id, quod verum est, praemissis non demonstratur. Velut in fine huius paragr. 9. Idem dicendum est de tota paragr. 10. Allata ex s. scriptura saepe non demonstrant id, quod demonstrandum est.

ad 10. Vita aeterna est perfectissima vita, cuius homo est capax, sed nequaquam ideo unica vera vita. Verum is, qui librum hunc scripsit, tantum Dei vitam esse veram vitam, ut sibi constet, dicere debet. Sed vita hominis beati, quam reapse dicit unice veram vitam, non est absoluta vita divina, sed solum vita deiformis. Ius existendi habet omnis vita, sane non a se, sicuti vita divina, sed a Deo; tamen ius hoc est verum ius, ideoque etiam vita humana vera vita. Ex eo quod secundum auctorem vita aeterna sola sit vera vita, obligatio ad eam tendendi, non sequitur nisi forte in confuso sensu Kantiano.

ad 11. Videtur agi de naturali sanctitate et virtute. Quo posito sanctitas huius vitae nullo modo est eadem ac sanctitas aeterna. Haec est omnino supra naturam. Si agitur de actibus amoris, potest quidem haec sententia sustineri; tamen scholastici fere docent amorem viae et patriae tota specie differre (Duns, In l. 4., d. 49, q. 5.; Thomas II. II. q. 24, a. 7, ad 3.; Caietanus I. q. 82, a. 2.). Caietanus probat id ex visione. Discrimen esse sicut inter Deum visum et non visum, ergo nullo modo inter „magis et minus in eadem specie“; s. Thomas non loquitur eadem claritate. De visione nullum est dubium. Aliud argumentum duci potest inde, quod actus amoris, qui in his citumis liber est, in coelo est necessarius; ergo differunt specie. Vita aeterna est necessario visio Dei, quam in hac vita nemo assequi potest; solus Christus eam habuit.

ad 12. Quod dicitur, bonum propter se ipsum esse christiano homini carum, falsum est, si in sensu Kantiano et naturali intelligitur. Bonus homo christianus, quaecumque agit, ad Deum refert, etiamsi de mercede non cogitet. Similitudine, quam accipit — non opere bono, sed gratia, quae ei a Deo datur —, Dei supra modum naturalem fit

similis: ad eam in vita aeterna accedit „adaequatio“ intellectus cum Deo, et amor fit necessarius. — Utinam „facere bonum et horrere peccatum“ esset nobis quodammodo necessarium! Sed, pro dolor, quotusquisque „cogitur“!

Similitudo, quam secundo loco auctor describit, videtur non esse similitudo gratiae, sed naturalis. Haec ad vitam aeternam non disponit. Sin intelligatur gratia, verum est, quod statuitur. Tamen vita aeterna etiam hoc posito est specie diversa ab hac vita. Si praeparatio est necessaria, vita aeterna est praemium praeparationis, et omnino licet moveri ratione adipiscendi hoc praemium, modo et Dei ratio habeatur. Summae beatitudinis plenitudo est praemium perseverantiae (August., De corr. et gr. c. 10.).

ad 13. Deus infundit vitam supernaturalem, sed non illam aeternam, homini in baptismo. — Paradisus non erat vita aeterna. Parentes generis humani non videbant Deum, ut est in se, neque Deus cum eis conversabatur alio modo nisi per speciem alienam. Gratia quidem fruebantur et ad vitam aeternam nati erant. Si habuissent illam, in qua beatitudo sita est, communionem cum Deo, non potuissent peccare. Amor primorum parentum fuit quidem amor amicitiae, sed nullo modo impediabat, quominus viderent in Deo etiam bonum suum. Amor aeternus non est sacrificium, quia homo nihil devovet, sed contra infinite perficitur et donis cumulatur.

ad 14. Omittamus id, quod dicitur de ligno vitae. Vitam in paradiso fuisse vitam eandem ac futurae beatitudinis non demonstratur. Arbor altera posita ibidem erat, qua primorum parentum obedientia probaretur, qua probata confirmati essent. Vel inde patet vitam illam non fuisse visionem, qua beatitudo continetur. Parentes illi absolute dominabantur in inferiorem partem hominis, concupiscentiam carnis aut rerum corporearum nullam sentiebant; ergo lignum boni et mali monuisse eos, ne curam corporis aut rerum corporearum nimiam gererent, dici nequit. Peccatum eorum fuit peccatum spirituale, peccatum obedientiae summo domino detrectatae, peccatum superbiae.

ad 15. Amor Dei fuit homini primo naturalis, non tamen necessarius, id quod ex peccato commisso patet.

ad 16. Amor, quo beatitudo continetur, est amor voluntatis, impetus voluntatis in Deum. Amorem saepe etiam ad sensus redundare patet; verum, si de amore Dei eo, qui est super omnia, loquimur, intelligitur amor aestimativus; alius quippe saepe physice impossibilis est. De amore satis diximus in secunda parte. Quae de amore ut sensu dicuntur, omnibus scholasticis admirationi erunt*).

Haec annotanda nobis visa sunt — plura annotari potuerunt, sed sufficiant! Libellus hic certe multas et pulchras sententias continet;

*). Res manifesto cohaeret cum tripartitione phaenomenorum psychicorum, quam recentiores statuere solent (phaenomena intelligentiae [um], sensus [čuvstvo], voluntatis [volja]) discernentes phaenomena, quae ducimus nuntios de relatione phaenomeni psychici ad phaenomenon psychicum a phaenomenis, quae ita ad extra referuntur, ut in rebus externis mutationem facere velimus et a phaenomenis, quae ita ad extra referuntur, ut res externas nobis repraesentent. *Red.*

sed melius rectiusque — Kantii et consortium loco — operibus scho-
lasticorum operam dedisset. Apud illos ingenium, ars, elegantia, aliae
virtutes, — sed subtilitas ac veritas apud hos. Hac sola ratione scripta
eius evadent vere philosophica et — vere christiana. Adhibentur non-
numquam ss. Patres. Quam caute iis utendum sit in nostra re, cognosci
potest ex Muratorii opere de „paradiso“. Quicumque, dum de vita
supernaturali et aeterna agit, elevatione naturae remota rem totam solum
ex parte ethica considerat, vitam supernaturalem aeternamque numquam
explicabit, sed in errores eorum, qui soli rationi omnia tribuenda esse
statuunt (Kantii, Güntheri, Kuhnii, aliorum) labetur et de notione Dei
et de doctrina de vita aeterna. F. Žák.

Церковный вѣстникъ (Církevní věstník) No. 6 - 15.

In universum agnoscitur et gravitas eorum, quae in Russia ge-
runtur et cleri orthodoxi officium, ut in hoc discrimine rerum eccle-
siasticarum vocem mittat, sincera verba faciat, operi suscipiendo sufficiat.

Ea mente consilia in omnibus numeris proponuntur, quae hic
quidem non omnia possunt exponi, quorum tamen summa fere haec
est: Ecclesia orthodoxa religiosae conscientiae libertatem non timet
(О свободѣ религіозной совѣсти, No 6, p. 163), iure tamen postulat, ut
modo, cum in eo sit, ut desinat esse reipublicae instrumentum alias
sectas custodiendi easque opprimendi, ipsa libera fiat ab omni inter-
ventu saeculari et iisdem iuribus fruatur, quae aliis religionibus modo
concessae sunt. Quaestiones de matrimonio ac divortio, de ecclesiastico
iudicio in laicos et clericos, de temperatione muneris parochialis, de
modo instituendi et eligendi clerum etc. in ecclesia orthodoxa sine
interventu potestatis civilis, eodem libero modo quo in aliis ecclesiis
dissentibus solvendae erunt (О желательныхъ преобразованіяхъ въ управ-
леніи правосл. Церк., No 15, p. 454). Sine huiusmodi libertate ecclesia
esse potest, vivere, valere, augeri non potest.

Praesens certamen, quo Russia agitur, certamen est duarum
sibi contrariarum sententiarum de rebus humanis: alii — mundani
— patriae amorem studiumque morum populi rem inutilem esse et in
rationem obsoletam cadere et cum totius mundi amore commutandam
existimant, contra alii — gentis suae amantes — eundem amorem
studiumque pignus esse veri progressus humani, condicionemque sui
iuris spiritalis et proprietatis persuasum habent (Культурное завоеваніе,
No 7, p. 206). Cleri orthodoxi est hanc alteram sententiam resuscitare
ac promovere.

Secundum opinionem amici patriae in Спб. В.т. emendatio primum
a potestate civili oriatur oportet, discrimen cleri superioris et inferioris
auferatur, dignitas patriarchalis tempore Petri Magni imperatoris sup-
pressa renovetur. Церк. Вѣстникъ autem simul hierarchiae progrediendum
esse monet v'reque iudicat, restitutam dignitatem patriarchalem liber-
tatis ecclesiasticae non esse sufficientem cautionem (Школы высшей
реформы русскоѣ церкви. No 9, p. 260). Tantum papa saecularis cederet
papae spiritali. Nihil inimicius secundo proventui ecclesiae est quam
collata in unum omnis potestas ecclesiastica, constitutio ea ecclesiae,
in qua summa imperii apud unum est, et id, quod omnia a magistra-
tibus reguntur («byrocratismus»). Contentio libertatis ecclesiasticae
non est nisi conatus restituendae illius temperationis, quae canonibus
designata est (О необходимости переменъ въ русскоѣ церковномъ управ-
леніи, No 11, p. 321). Accumulatio illa potestatis ecclesiasticae consti-
tutione conciliorum et collegiorum tollatur. Non patriarcha cum s. synodo
sed concilium canonicum ecclesiam regat. Concilia haec territorii, pro-
vinciae, sedis maximae partis negotiorum curam ad se recipiant, quae

hucusque a magistratibus senatus ecclesiastici et sola synodo gerebantur; id quod perimet illud malum, quod ecclesiae non minus quam reipublicae calamitosum est (Узкій и широкій взглядъ на реформы церковнаго управленія, No 14, p. 426). In quibus conciliis semel vel bis in anno convocandis, ubi laici quoque audiantur, clerus habeat libere sententiam dicendi atque ius partem curae vitae ecclesiasticae capiendi (Единомыслие въ главномъ всѣхъ серьезныхъ проектовъ церковной реформы, No 15, p. 454)

Episcopus et sacerdos a clero et populo ad antiquam normam eligantur. Ad quaestionem, quo modo canonicam libertatem ecclesia sit assecutura non est nisi unum responsum: concilium totius ecclesiae russicae (О выборахъ прихожанами священниковъ No 11, p. 326). Similitudo horum conciliorum de emendandis rebus ecclesiasticis cum mutatione administrationis civilis in Russia desiderata facile conspicitur.

Item complurium de censura ecclesiastica commentariolorum (No 10. Къ вопросу о духовной цензурѣ, No 12. Цѣли духовной цензуры et Духовная цензура (No 12 et 13), No 15 О духовной цензурѣ) communis est persuasio, leges huc spectantes obsoletas esse; quapropter variae emendationes proponuntur. — De nostra ikonum pictura (О нашей иконописи) No 9 Mentio fit commentarii artificis (Rericha nomine) de iconibus. Auctor monasteriorum et collegiorum imaginum pingendarum esse existimat, ut conductis praeceptoribus ruri scholae aperiantur, quae sacerdotibus rectoribus imaginibus pingendis provideant. Tali modo imagines opificum Vladimériensium, quae ita sine mente ac ratione conficiuntur, ut ab alio oculi, ab alio solae manus, ab alio nasus pingatur summovebuntur dignioresque imagines in manus vulgi pervenient. — Relationes spiritualium academiarum Kioviensis, Moscoviensis et Kazaniensis (No 10). — In annalibus vitae ecclesiasticae extra Russiae fines (No 10) studium et industria Basilianorum, qua et orthodoxia et quae Ruthenorum sunt propria in Bucovina in periculum vocantur, describitur simulque eiusdem nationis res, quae ad cultum Dei pertinent et eae, quae ad prosperitatem publicam referuntur nigris coloribus pinguntur — Litterae de concione (Писма о проповѣди) No 6. Petropoli societas studiosorum artis dicendi constituta est. In hac societate dictum fuerat, nullam esse artem concionis et arcanam eius vim in ipso oratoris animo latere et in sincera caritate erga eos, ad quos oratio habetur. I. Michail in aliquot epistolis de concione illud dictum in parte tantum verum esse iudicat atque ex artibus homileticorum illud potissimum diligentissime commendat, ut orator a sacris omnem falsum sonum evitet, linguam eorum, coram quibus dicere vult bene noverit, neve psychologiae sit imperitus. In No 8 supra notata aliqua ex parte temperantur. — Sac. I. Krylov titulo scripto »Quaestio maturitatem ad apta (Назрѣвшій вопросъ) No 9, deliberat, quomodo evenerit, ut vulgus in recenti pugna pro iuribus suis civilibus recuperandis inita, sacerdotes suos neglexerit alienaeque et noxae voluntati paruerit, quamvis animorum suorum moderatores de animorum vulneribus morbisque sincere adire et consulere consueverit. Deliberationis hic est finis: clerus orthodoxus non aestimata iuste nisi parte muneris sui spirituali, in illis tantum rebus hucusque curam posuit, quae divini aliquid habent, eis, quae corporis et vitae terrestres sunt, prorsus neglectis. Nisi auctoritate sua etiam in rebus cultus divini paulatim privari velit, clerus Russiae nunc civilis quoque rei partem capessat oportet. — B. Levickij in aliquot epistolis Roma scriptis de conventu Mariano Romae acto (No 9) internas atque externas, maxime eas, quae non ab artis praeceptis sed aliunde profiscuntur causas (visum illum Lurdis obiectum puellae et verba audita »ego sum immaculata Conceptio« Levickij non minimo fuisse momento arbitratur) exponit, quibus Pius IX. papam ad dogma de Immaculata Conceptione b. M. V. proponendum motus est. — In annalibus vitae ecclesias-

ticae extra Russiam in eodem numero mentio fit allocutionis Pii X. summi pontificis ad episcopos 12. Dec. anni superioris Romam congregatos, qua ad diligentiam in seminariis regendis et ad illos alumnos removendos admonentur, qui huius criticae aetatis more, quo ecclesiæ iudicia negliguntur, Patres eorumque doctrinam vilem habent. — In litteris Praga missis (No 14) dies 6 Martii 1905, quo 40 socii veterocatholicae ecclesiae bohemicae (Iška) ab erroribus suis damnata vetustate ad fidem orthodoxam transierunt, celebratur, quo laetior in historia ecclesiae orthodoxae pragensis non illuxerit. Litterae a conventu veterocatholico per occasionem conversionis Pragrae publicatae, condiciones habent, quibus cum ecclesia orthodoxa coaluit: quae sunt: liturgia sermone bohémico peragenda, inducenda in liturgiam quaedam cantica Hussitarum, consecrandae virtutes magistrorum Joannis Hus et Hieronymi Pragensis, liberi orthodoxiae instituto educandi, lingua tamen bohémica: iidem simul ecclesiastica lingua et cantu instruendi. — Bibliographia: Vladimirov Vas., Наставленіе въ Законъ Божіемъ для начальныхъ сельскихъ училищъ. Tambov 1904. — Malinovskij I., Очеркъ православнаго догматическаго богословія. Каменец-Podolsk 1904. — Krasnožen M., Краткій очеркъ церковнаго права. Jurev 1904. — Arsenev K. K., Свобода совѣсти и вѣропримство, Spb. 1904 (No 6). — Spasskij A., Обращеніе императора Константина Великаго въ христіанство. Serg. Lavra 1905. Oratio in spir. academia Moscoviensi habita, iam in Bog Věstnik edita. Breve argumentum iam supra attulimus. — Medvědkov A., Всемирный потопъ съ научной точки зрѣнія. Spb 1904 No 9. — Karpinskij I., Хрестоматія по древне-славянскому и русскому языкамъ, Spb. 1904 — Butkevič T. I., Ренанъ и его сочиненіе »Жизнь Іисуса«, Москва 1904. — Fišer Lorenč, Фридрихъ Ницше (Nietsche) — »антихристъ въ новѣйшей философіи. Moskva 1904.

Dr. L. Petr.

Dušeполезное čtenie. 1904. — Hoc opus periodicum, cuius singulis mensibus editur fasciculus destinatum est ad fovendam religiosam vitam in vulgo. Continet permultas morales exhortationes, aliquot dogmaticas et liturgicas quaestiones, narrationes ex historia Ecclesiastica, vitas illustrium virorum, peregrinationes ad loca sancta et miscellanea.

Iam 45 annos editur. Apparet in ea reflexiva quam vocant indoles nationis Russorum. Apud nos morales illae considerationes haud facile nanciscerentur lectorem. Quod partem doctrinalem attinet, periodicus deficere videtur in re apud nos necessaria, in solida apologia ad sensum popularem vulgaremque accommodata.

Antiquiora capita hic indicamus:

De resurrectione mortuorum. II., 43—56. Integro capite agitur de exegesi I Cor. 15, 12—23, praesertim de corpore animali et spirituali. Distinguendum est inter animam et spiritum. Spiritus quippe dicitur anima in quantum movetur a Spiritu Sancto ad vitam supernaturalem, anima autem, ut est principium vitae naturalis. Distinctio ista correspondet nostrae inter partem inferiorem et superiorem. Corpus quatenus inservit animae appellatur animale, spirituale autem, ut perfecte subest spiritui viventi vitam supernaturalem. Illud seminatur, hoc resurget idque immortale, glorificatum, cum potestate, dominans nempe in certo gradu aliis creaturis. De proportione inter identitatem et diversitatem glorificati corporis cum praesenti agetur anno proximo.

Iv. Nikolín, De origine idololatriae. I., 121—126; 503—508 II., 257—262. Revelatio docet homines primitus coluisse Deum unum. Contra id quod evolutionistae dicunt omnes antiquas religiones esse polytheisticas adducitur monotheismus Hebraeorum et idea summi Dei apud gentes. Caeterum Nigritos aliosque feros ipse Spencer concedit non esse typos primitivi hominis. Polytheismus ortus est ex monotheismo maxime duabus ex causis. Obscurata mente divinae

proprietas in plures divinitates divisae sunt. Perversa autem voluntas, quae immersa est tota in sensibili mundo, adduxit homines ad imaginandos sibi deos in forma corporea. Secundo loco in causis ponuntur confusio linguarum, qua primae metaphorae sensum solidum naetae sunt, et v. g. animalia coepta sunt coli ut dii, et divisio populorum. Formae polytheismi sunt variae. Infima habetur in fetiſismo, cui tamen antegressa est idea summi Entis. Comparatis diversis religionibus patet Christianismum non solum esse perfectissimam, sed etiam exhiberi in eo omnia, quae nationes quaecumque praesenserant velut remissionem peccati, Incarnationem immo etiam Trinitatem.

Prof. Lebedev, De fratribus Domini. — (I., 38—52; 407—425; II., 214—228; 363—370 III., 235—245; 377—396; 542—555. Evangelistae saepius quidem mentionem faciunt de fratribus Dñi, verum non ita honorificis verbis, itaque, ut videantur Dñum parvi pependisse. Tamen Christo ab inferis reduce in lucem facto credebant. Uxores habebant. Ad Apostolos non pertinuisse eos vero propius est; nam Act. 1. 14. et Mat. 12. separantur ab apostolis. Maxima quaestio est, qui fuerint.

Lebedev primum varias sententias, in quas alii venerunt, considerat, deinde promittit suam.

1. S. Epiphanius ad refellendam calumniam antidicomarianitarum, quod fratres illi fuerint veri B. V. filii, ponit haec: Beatus Joseph duxit B. V. in matrimonium aetate provecta, 80 annorum et viduus. Ex primo matrimonio habuit illos 4 filios et 2 filias. — Id tenent etiam posteriores quidam in Oriente. Opponitur totam opinionem hanc desumptam esse ex fabuloso libro apocrypho quem »protoevangelium Jacobi« vocant; senectutem et filios vel a priori repugnare muneri B. Josef.

2. Helvidius posuit fuisse eos veros atque proprios B. V. filios. Nititur autem quibusdam verbis evangelii et eo, quod meliores sint nuptiae quam virginitas. De hac re inferius.

3. S. Hieronymus contra Helvidium defendit virginitatem utriusque s. sponsi et fratres illos dicit fuisse filios Mariae Cleofae, sororis B. V., quae stabat iuxta crucem (Joa. 19). Tres fratres Dñus adscivit inter Apostolos. Haec opinio vulgata est inter catholicos. Sed contra affertur B. V. nullam habuisse sororem. Siletur id in traditione et contrarium concluditur ex eo, quod ita nomen sororum fuisset idem.

4. Recentiores nihil novi protulerunt, quod est testimonium tarditatis ingenii pro Occidente. Lightfoot defendit s. Epiphanium iisdem ferme rationibus usus, quibus ille.

5. Zahn contra eum suscitavit Helvidium ob rationes has: In evangelio leguntur: — primogenitus — uxor — antequam convenirent — vir Mariae. — Praeterea: Illi fratres erant in magno honore apud fideles. — B. V. semper in una familia cum eis exhibetur. Denique: Primis duobus saeculis eadem opinio fuit communis. Quae argumenta confutantur hoc modo: In Deuteronomio sponsus et sponsa appellantur quandoque etiam vir et uxor. — »Antequam . . .« est locutio hebraica. Primogenitus dicitur Christus iuxta Leviticum. — Apostoli in maiore honore erant quam illi »fratres«. — Sententiae isti videntur primis saeculis favere soli Tertullianus et Hegeſippus; at loci, quorum ratio est habenda, valde dubii sunt. Saec. IV. reicitur ab omnibus. Contrarium, B. V. non fuisse matrem eorum probatur inde, quod ubique sine filiis conspicitur imprimis iuxta crucem, ita ut Dñus eam s. Joanni commendaverit idque in perpetuum »ab eo tempore« (Jo. 19).

6. Endemann defendit s. Hieronymi sententiam ea tantum immutatione facta ut Mariam Cleofae sororem B. Josef fuisse dicat — Sed argumentatio eius est valde infirma. Itaque nulla opinio allata satisfacit. Proximo anno Lebedev promisit se quaestionem ad exitum adducturum esse.

Theophanis episcopi responsa de precatione. (II. 305 313; 429—436; 604—609 III., 116—125; 264—271; 438—444.

Iam apud patres erat persuasio ad vitam internam plurimum conferre frequentem usum precum »iaculatoriarum. Hoc tempore monachi magna industria incumbunt ad huiusmodi exercitia, adhibentes »precationem Jesu« quam vocant; quae est »Domine J. Ch. miserere mei peccatoris«!

In capite hoc eremita, qui nuper defunctus est, consilia dat iuxta interrogationes sibi factas a quodam monacho de usu illius precationis.

Ut precatio prosit, necesse est omnibus nervis connitaris ut bene preceris, cupiditates refrenes, ut humilitatem christianam et obsequium erga Deum tibi induas. Initio lente et accurate pronuntia verba, mens tua versetur hae una in re, usque dum Deo iuvante pervenias ad habitualement attentionem in precatione — hic est primus gradus. Secundus gradus est »precatio spiritualis«, quae est fixa attentio mentis ad Deum ubique praesentem. Tertius gradus est precatio cordis, si cum illa attentione coniunctus amor Dei cor ita replet, ut homini displiceat humana conversatio et quaerat solum Deum. Patres id appellant coniunctionem mentis cum corde.

Quidam precantur sic, ut premant partem pectoris supra cor, alii primam partem precationis dicunt spirantes et alteram respirantes etc., et sic sentire se dicunt quendam calorem. Sed hoc nihil est. Unica recta via est: Gratia Dei et attentio animi ad Deum. Reliqua omnia sunt aliena. Etiam praestat non alligare mentem certis imaginationibus v. g. crucis. Bene est, si praefinias tibi numerorum precationum et inclinationum, licet non sint prorsus necessariae. — Vita interior ita est disponenda: Mane somno solutus percurrere singula, quae in Symbolo Apostolico traduntur, ut excites animum ad Deum. In ea coniunctione cum Deo conare permanere per totam diem. Saepius cogita de novissimis. Exinde enim nascitur animus humilis, quem non respuet Deus. Ad vitandum animum vagum et ea quae eum avocant adhibe poenitentiae actiones et fuge saeculum. — Quid petimus precatione Jesu? — Id, ut Deus det »scintillam ignis coelestis«, donum precationis. Donum hoc distribuitur a Deo solo, augetur sacramentis. Id quod dicuntur homines tali exercitio mente alienati esse, potest accidere, si quis precatur conscientia dedita peccatis.

In fine sequuntur consilia pro illis, qui dicunt se videre diabolum, angelum etc. Signo crucis probentur ea visa et, si mala sunt, prorsus contemnantur.

Prof. Zaozerskij: De matrimonio et caelibatu. (I., 361—368; 522—531).

In quodam congressu philosophico D. Rozanov errores et dubia de matrimonio et caelibatu proposuit. Prof. Zaozerskij respondet, explicans doctrinam de matrimonio. Distinguendum est matrimonium active et passive sumptum. Active spectatum, seu actus benedictionis sacerdotalis, chirotonia, confert gratiam, quae saepe apparet in ipsa facie sponsorum. Ea gratia permanet cum eis usque ad mortem et est illa eadem, quam initio contulit hominibus Deus, cum eis benediceret »Crescite etc.« Ad matrimonium passive consideratum non pertinet sola generatio ut in bestiis, sed etiam educatio prolis et mutuum auxilium.

Fundatum autem est christianum matrimonium pariter atque caelibatus in amore Dei et proximi. Hinc non repugnat inter se, sed iuvant.

Caput prof. K. J. Kazanskij, quod inscribitur »Benedic anima mea Domino« est populariter scripta paraphrasis psalmi 103. Magnitudo Dei ostensa permultis exemplis desumptis e rerum natura.

In historia Moscoviae religiosae narratur origo patriarchatus Moscoviensis.

Patriarchae — antea metropolitanae subiecti patriarchae Constantino-
politano, — crescente auctoritate politica secunda ceterorum patriar-
charum voluntate proprii iuris evaserunt et postea eisdem approban-
tibus iis suffecta est s. Synodus. Ecclesia Russorum ab hoc tempore
unum ex ramis unius Ecclesiae universalis tenet.

Plura narrantur miracula imprimis celebris anachoretæ
Sarovensis. Fuscè describitur eius vita cum multis præceptis de vir-
tutibus; profuisset autem maior critices usus.

Veritatem visuum, specierum obiectarum defendit cl.
Lepahin III., 313—319 contra hallucionistas afferens varia facta ex his-
toria Russorum, ubi hostes saepe fugerunt, obiecta sibi specie B. Vir-
ginis. Qui certe nullam hallucinationem passi sunt. Argumentum stat,
dummodo illa facta omnino indubia esse probetur.

Avide a nobis occidentalibus leguntur verba celebris Joannis de
Cronstadt III, 310—313, quibus ipse naturam suorum operum explicat.
Rogaverunt eum quondam, ut deprecaretur pro quadam infirma, quod
cum ipse fecisset, illa recepit sanitatem. Cum eadem res brevi post
iterum evenisset, coeptus est vocari in dissitas regiones, ad deprecanda
mala et saepe preces eius auditæ sunt. — Vitæ rationes suscepit ex
continua meditatione illius »nosce te ipsum«. Ceterum ascenin exercere
non potest, etsi vellet; semper autem et ubique precatur Sacerdotibus
suadet, ut summo opere studeant avellere se et alios a saecularibus cu-
peditatibus, quibus animi omnium toti dediti sunt, id quod simul est
radix omnium malorum.

Haec sunt maioris momenti capita ad theologiam pertinentia;
reliqua esse omittenda visa nobis sunt. *J. Pořícký.*

**Письма и донесенія извѣстныя о Россіи конца XVII. и на-
чала XVIII. вѣка. С. Пб. 1904. Litterae secretæ lesuitarum,
qui in Russia, Petro Primo regnante, fuerunt. (382 pp. + 11.)**

Habent sua fata libelli! Etiam in Russia, prout liber hic lucu-
lenter testatur. Iam ante 20 annos, nempe a. 1883 misit Franciscus
Dvorský, archivi Regni Bohemiae Pragae director. copias illarum lit-
terarum archeographicae commissioni, ut ab ea ederentur. Commissio
archeographica commisit redactionem editionis commembro suo M. O.
Kojalovič. Cura huius docti viri magna pars textus impressa erat una
cum numeris hinc inde adiectis, notas indicantibus, quibus Kojalovič
editionem suam in fine operis supplere in animo habuit. Post mortem
eius († 1891) nemo — quod valde miramur — inveniri potuit, qui
notas illas elaboraret, ita ut editio sine notis in lucem prodierit!

Editio haec praebet non pauca, quae magni sunt momenti. In-
veniuntur hic in summa sexagenae litterae, quae a. 1698—1720 ma-
xima ex parte a membris Societatis Iesu in Russia degentibus patri
provinciali provinciae Bohemiae inscriptae sunt.

De rebus gestis missionariorum catholicorum Moscuæ ante annum
1698 scripsit Ferdinandus Menčík in „Časopis katolického du-
chovenstva“ 1883, 610 sq. („Česká missie v Moskvě r. 1684“), quod
paucis hic in memoriam reducere volumus. Imperator Leopoldus I. misit
a. 1684 Moscuam legatos barones Žeranovský de Žeranov et Blumen-
berg, qui pacem inter Russiam et Poloniam componere atque missio-
nariis catholicis aditum in Russiam patefacere debuerunt. Post multas
disceptationes demum concessum est, ut pro catholicis exteris Moscuæ
commorantibus missionarii sumptibus aulae caesareae austriacae consti-

tuerentur. Cum e rationibus politicis ad munus hoc sacerdotes poloni adhiberi non potuissent, decretum est, ut e provincia Societatis Iesu Bohemica missionarii Mosconiam mitterentur. Iam eodem adhuc anno 1684 venerunt Mosconiam P. Joannes Schmid et P. Joannes Albertus de Boye, qui in suburbio Moscouiensi idoneam domum emerunt. A camera aulica eis salarium 500 fl. assignatum est. Ambo hi viri omni ope atque opera enitebantur, ut receptum officium optime persolverent. P. de Boye iam a. 1686 mortem occubuit ¹⁾, P. Joannes Schmidt verosimiliter a. 1688 in provinciam suam reversus est. Eodem anno Mosconiam missi sunt patres Georgius David et P. Tobias Tichovský, qui iam anno 1690 Moscoviâ abire coacti sunt ²⁾.

De ulteriori eventu missionis catholicae Moscouiae certiores nos faciunt hae ipsae „Litterae secretae Jesuitarum“.

Post abitum dictorum patrum vocavit residens Poloniae Dovmont occulte e Lithuania P. Terpilowský S. J., qui aliquamdiu Mosconiae delituit catholicis inserviens: sed deprehensus tandem a Russis intertrusiones et verbera trahis iniectus est et iterum auctus ad limites Lithvaniae, incassum contra protestante et iura legatorum allegante Dovmont. Plus anno catholici caruerunt omni sacerdote, intra quod tempus 12 personae perversae fuerunt partim ad Lutheri, partim Calvinii haereses, partim ad schisma. Adveniens tandem internuntius caesareus Kurtz adduxit secum P. Koblitz Dominicanum, qui fere duobus annis communitati inserviit, usque dum submitterentur anno 1692 duo sacerdotes saeculares: decanus Kmstadiensis Franciscus Löffler et parochus Paulus Jarosch, qui usque in sextum annum inservierunt catholicis magno cum virtutis exemplo, eumque eorum tempus missionis expirasset, successerunt patres Societatis Jesu: P. Joannes Milan, qui nomen sum in „Franciscus Aemiliani“ mutavit, et P. Joannes Berula.

Anno 1698 venerunt Moscoviam in comitatu legati caesarei Gvarient. Adventus eorum commotionem sat magnam excitavit. „Rumor hic fuerat“ — ita scribit P. Milan ³⁾ Patri Francisco Dubský S. J. — „quod veniant Iesuitae. Ita Smolensci ad nos exploratum submissi fuerunt popae tres, at contrarium tum ex moribus, tum ex modo agendi prorsus dissimili edocti, amabiliori nos dein vultu intuiti sunt, patuitque nobis omnis aditus etiam ad templa et monasteria. Similiter hic Moscuae interpres linguae germanicae, natione Ungarus, quondam catholicus, nunc Ruthenus, invasit nos, quod occulti Iesuitae essemus — ita haec natio patres istos abhorret. Incredibile dictu est, quam malam de Societate habeant opinionem, aiunt de illis, quod nonnisi seditiones et turbas faciant; Rutheni ita de illis persuasi sunt, ut putent 100 milibus per clausam terram eos videre, et ideo tale Argos, quod nolint ha-

¹⁾ P. Ioannes Milan scribit a. 1699 de P. Boye: „qui hic in summis adhuc laudibus est“. Письма pag. 244—245.

²⁾ F. Menčík in „Časopis kat. duch.“ 1883, pag. 610 sqq.

³⁾ Nomen „Geraldus a s. Cruce“, quo litterae subscriptae sunt, est, ut opinio nostra fert, ipsius nomen fictuum.

bere, qui se omnibus immisceant Officium divinum peragebant missionarii in ligneo oratorio domus legati caesarei. Mox etiam Russi templum hoc catholicum accedere coeperunt, neque amplius horrebant missionarios, dicentes: „sumus fratres, unius matris filii“. Praesertim e clero russo „multi erant Nicodemi“.

Notatu digna sunt, quae missionarii in litteris suis de quodam diacono russo Petro narrant: „Invenimus hic sub adventum nostrum quendam Petrum, vere martyrem. Fuit is diaconus Ruthenus, quis scit, ubi s. ecclesiae Romanae occulte unitus⁴⁾, qui multum fructificavit in populo pro veris sacramentorum formulis solícite laborans, ne plebs, quae potissimum materialiter schismatica est, privaretur viis salutis. Dixerat is concionem, in ea carpserunt quaedam aliqui et patriarchae detulerunt, qui hominem citavit ad publicum synodi consessum, ubi libere pontificem — caput ecclesiae, Spiritum sanctum a Patre Filioque procedentem etc. confessus est. caesus, catenis vinctus, domo et bonis exutus, in exilium pulsus est. Dicunt eum iam in miseriis expirasse, alii volunt combustum esse. Si ita est, utinam mei meminerit apud divinam misericordiam. Sancta et innocens fuit anima. .“ (pag. 215). Dein in posteriore epistola scribitur de hoc Petro: „Martyr noster Petrus diaconus, de quo alias scripsi, vivus nempe martyr etiamnum manet constans, licet in exilio in monasterio, nempe Archangeli ad littora vivat arcto pane et modica aqua, inclusus carceris subterraneo. Fecit actus constantiae multos et magna dignos historia“ (pag. 250).

Labor missionariorum terminis coloniae exterorum continebatur; erat enim Moscoviae suburbium „Sloboda“, ubi alienigenae degebant: Itali, Graeci, Dalmatini, Angli, Hollandi c. a. De hac colluvie diversarum gentium, pusillo grege suo, scribit missionarius: „Inter Anglos et Hollandos recenter advenas copiosos non numeramus fidei nostrae, nisi 40 circiter. Ex meis autem Italis, Graecis et Dalmatinis ad 80, praeclaros omnes et ferventes fidei cultores“ (pag. 215). Accurrente ex Italia, Hollandia et Germania populo praesertim nautico numerus catholicorum brevi in 400 accrevit (pag. 356).

De onere laboris conqueritur missionarius dicens: „In Moscoviae Sloboda vel quasi anteurbio, quod Germanorum vocant, invenimus campum laboris nostri, qui multo sudore et patientia eximia egebit multorum adhuc, si Deus faverit, missionariorum. Credimus experti, quod pie defunctus P. Tichovsky dicere solebat, dulcius esse in extrema barbarie laborare, hominem inferiorem spectando: ibi enim sola barbarie, hic vero et barbarie et exquisitissimis agitur fraudibus praeterea“. Nihilominus nequaquam animo se demittit, sed fortem sese praebet. „Hoc vero“ — ait — „animos hucusque (Deo gloria!) nobis prorsus non dejecit, imo auxit, ut eo fortius stemus pro partibus Dei, quo potentiores hic sunt vires diaboli“.

Exteri Moscoviae degentes, in quorum salutem missionarii initio omnes suas curas conferebant, omnes germanice sciebant, praeterea

⁴⁾ Alio loco (pag. 356) dicitur a P. Tichovský ad unionem perductus esse.

tamen „quilibet ruthenicam adhibere et addiscere conabatur“. Erant hi extranei religionis diversissimae, praeter catholicos tamen solummodo lutherani et calvinistae habebant exercitium religionis publicum. Apud Russos quoad religionem utrique in odio erant.

Summum periculum missioni catholicae imminerebat tempore seditionis strelitiorum, quorum intentio fuit excindere funditus Germanos (ita omnes advenas vocabant) et eorum Slobodam. Rebelles tamen prudentia et strenuitate generalis Gordonii caesi sunt.

Una cum legato caesareo etiam missionarii ad audientiam apud imperatorem admissi sunt, quod ad id tempus factum non fuerat.

Experientia edoctus optimam agendi rationem missionarius suscepit: „multa facere et pauca dicere, plausus Deo donare, qui, si pro gloria eius necesse fuerit, etiam hos donabit, interim solidum spectare fructum“.

Omnibus votis expetebant missionarii, ut loco parvi templi ex lignis maius lapideum exstruere ipsis concederetur. Ne hoc fiat inimici omnibus viribus impediabant. Unus e primariis bojarinis dixit missionario: „Oportet nos omni modo impedire, ne ecclesiam habeatis ampliolem et magis formatam, alias nostra evacuabuntur templa et omnes ad vestras accurrent cerimonias“.

Intellexerunt enim adversarii aliquo rumore, missionarios esse de Societate, hinc omnes machinas adhibuerunt, ut eos vel amoverent, vel ipsis infamiam aliquam aspergerent, maxime generalis Le Fort per litteras nomine Iesuitarum confictas (pag. 225, 356).

Inter Russos hostem maximum habebant missionarii principem Boris Alexiowitz Galleczin, de quo ita referunt: „Est enim in hac opinione, quod si non adessent sacerdotes catholici, plerique fierent Rutheni, neque multum fallitur, ipse enim in hoc est ingens apostolus, obit mare et aridam, ut vel unum faciat proselytam. Quot iam per eius blanditias perierunt! Caeterum veneratur sacerdotes romanos, utcumque nos iam invitavit aliquoties indirecte de facto autem necdum consultum videtur illi innotescere, usque dum sciamus bene ruthenice; solet enim semper movere discursus de pontifice, cui si non possit prompte responderi ruthenice, ut praesentes bene intelligant, timendum est, ne sibi triumphum faciat et victoriam fingat“.

(Reliqua deinceps persequemur.)

Странникъ (Strannik), opus periodicum (12 fascic. 2 tomi quotannis eduntur Petropoli, Nevskij Prospekt d 182; cum addimentis constat extra Russiam 11 rub., praeprimis clero parochiali destinatum. De quaestionibus in agendo positis maxime tractat multaque de vita religiosa Russiae et externarum terrarum affert in quibus capitibus studium conservandae vetustatis hucusque praevalerat. Modo ab ineunte anno 1905 in Strannik consilia liberiora apparent, conspectus vitae ecclesiasticae libere atque ingenue conscribitur — quae sane indicia sunt vitae novae in ecclesia russica, quae utinam religioni christiana et populo Russorum in bonum convertatur. Quaestiones ad doctrinam theologiam pertinentes ad commune iudicium popularemque intelligentiam accomodate tractari solent; tamen de nonnullis etiam subtilius quaeritur. Quaestiones »scientificas« tractando »Strannik« progressum scientiae theologicae non ignorat eam-

que praesertim ope additamentorum pretiosorum (quae parvo pretio veneunt) inter clerum etiam minus eruditum divulgare intendit. Pretiosa additamenta, quibus potissimum fructus studiorum populariter divulgantur: 1. Encyclopaedia theologia (hucusque 5 tomi), 2. Commentarius in S. Scripturam (t. I. in Pentateuchum), 3. Tractatus apologetici (hucusque 3 libri) et ad usum accommodatissima sunt nec a doctrina aliena. Hic solum conspectum commentationum doctrina excellentium ponimus:

Prof. S. S. Glagolev, Трѣдностъ чловѣческаго рода (De annis aetatis generis humani), I., 16—36. — Chronologiam biblicam historiae novae rerum gestarum non adversari ostenditur. Sive chronologiam biblicam sive scientiae pervestigationem sequimur, genus humanum non est plus 10.000 annis in terris (36).

A. Laskëev, Целамъ ъ еро големихъ съ христіанствомъ. (De Islam concertante cum doctrina christiana), I., 776—788, 889—903. Scriptis P. Aurelii Palmieri (libro in Germanicum converso: Die Polemik des Islam. Salzburg 1902) et N. P. Ostroumov (Koran i progress, O koranè) maxime innixus auctor narrat de orientalibus et occidentalibus scriptoribus qui Islam oppugnaverunt; Inter quae maximi momenti sunt, quae auctor de libris russicis de hac religione et de eiusdem defensore russo Bajazitov exponit (p 895—903). —

VI. Ivanovskij, Психологическія данныя въ пользу библейскаго взгляда на челоораздѣльную рѣчь, какъ особенность, исключительно свойственную чловѣку (Psychologica, quae confirmant biblicam persuasionem, vocem articulatam propriam esse solius hominis). Auctor posito animalia quandam vitam psychicam habere, non sine eruditione docet ingens inter illa et hominem discrimen ex defectu orationis in illis.

V. Golubev, Христіанскіе императоры до Константина Великаго (Imperatores christiani ante Constantinum Magnum) II., 309—330, 443—452. — De imperatoribus Alexandro Severo et Philippo Arabe auctor multa ex antiquis rerum gestarum scriptoribus depromit historiam, quae nunc est, non negligens. —

A. Lotockij, Духовное образование въ Россіи (De Eruditione clericorum in Russia) II., 149—169, 331—350. — Variis commentariis peculiaribus et corporibus litterarum antiquarum innixus auctor eruditionis ecclesiasticae et scholarum in quibus candidati clericales educabantur rationem tradit. In Russia Kioviensi maximam vim ad eruditionem ecclesiasticam habebant scholae fraternitatum orthodoxarum et a saec. XVII. Academia Kioviensis. In Russia Moscovitica conditio eruditionis ecclesiasticae multo deterior erat; medio saeculo XVII. fundata est Moscoviae academia, initio XVIII. prima seminaria clericorum instituta sunt. — Auctor multas quaestiones historicas huc pertinentes praetervolat.

I. Malinovskij, Патерикъ печерскій (Πατερικόν μοναστηρίου κιοвиensis, cui nomen est Pečerskaja lavra. (II., 453—462, 596—608.) »Патерикъ« (πατερικόν sc. βιβλίον) a saec. V. apud Graecos »vitae« monachorum vocabantur. In his prima erant ἡ πρὸς Λαῶσον ἱστορία περιέχουσα βίους δόξων πατέρων ep. Palladii circiter a. 420; — »φιλόθεος ἱστορία ἢ ἀσκητικὴ πολιτεία« Theodreti ep. Cyr.; Joannis Moschi »λεημῶν« (pratium spirituale). Cum Rutheni (Russi) suscepto veri Dei cultu ad humanum quoque cultum civilemque a Graecis perducti etiam monachorum collegia eos imitati ascivissent, monachi vacabant studiis litterariis, maxime de vitis monachorum. Ita Kioviae magno monasterio (Печерская лавра) condito procedente tempore conscriptum est a monachis decessorum »πατερικόν«, cuius exemplaria varia permanere. Патерикъ Печерскій solo proposito continetur: diversis enim temporibus conscriptus est dissimilique ratione. Propositum erat commonstrare pietatem collegii monachorum eorumque illustres vitas enarrare. Habenter hic epistola Simeonis episc. Vladim. ad Polycarpum discipulum et epistola Polycarpi ad Akindinum. Utraque epistola ex

saec. XIII. post praefationem vitas habet »ss. patrum-monachorum«, in priore constructio sacrae coenobii aedis describitur. Vita S. Theodosii et »Повѣсти временныхъ лѣтъ« (Historia antiquorum temporum), quae est de triplici re: α) de initio monasterii, β) de translatis reliquiis s. Theodosii et γ) de primis monachis. Vitam s. Theodosii certe Nestor conscripsit, — de aliarum partium auctore disputant. Utriusque origo cadit in saec. XII. Accedunt ad »πατερικόν« ipsum minus pertinentia: laudatio s. Theodosii, responsa s. Theodosii data principi »Изяслав« (»Ізяславу«) de religione latina, alia (velut historia vetus et antiqua Ruthenorum (Russorum). Exemplaria huius libri »Патерикъ Печерскій« typis exscripta vario modo consuta sunt ex partibus exempli primi idque pro diverso edentium indole. Codices scripti integriores manserunt hi: α) Аленіевскій, β) Θεοδοσιевскій, γ) Кассіановскій 1., δ) Кассіановскій 2., ε) Aliqua exemplaria anonymi, ζ) Іосифа Тризны. Quod auctores libri »πατερικόν« attinet, certum est: vitam s. Theodosii conscriptam esse a Nestore, — item de auctoribus epistolarum inter omnes constat, sed quaeritur, quis »повѣсти временныхъ лѣтъ« scripserit. Antehac Nestorem auctorem esse opinio erat, verum nunc temporis auctore Glubokovskij magis existimant Silvestrum heg. haec composuisse. Librum hunc magni momenti fuisse vel ex eo cernitur, quod persaepe legitur, cuius causa repetitur inde, quod multa ad bene vivendi disciplinam pertinentia ibi tractantur et viri celebrantur gentis propriae. Auctor huius commentationis, ut multa et praeclara ministrat, ita in nonnullis laudandus non est. Negat cum aliis viris litteratis Nestoris esse primam partem nostri »Патерикъ Печерскій«, — cuius rei unicum idque non ita firmum affert argumentum. Deinde fides eius miraculis, quae in »Патерикъ« narrantur habita — omnia enim credit nullaue ei movetur de ullo dubitatio — iudicem litteratum dedecet.

Denique etiam illud reprehendi potest, quod de sola ascetica libri parte iudicavit, quae ad historiam pertinebant, omnino neglexit.

S. Runkevič, Епархіальные архіереи петровской эпохи въ ихъ перепискѣ съ Петромъ Великимъ (De episcopis aetatis Petri M. eorumque epistolarum commercio cum Petro M.) II., 490—502, 609—624, 771—784. — S. Runkevič est notus antiquitatis investigator russicus, qui maxime in historiam ecclesiae russicae a temporibus Petri M. incubuit. — Quae hic de quattuor episcopis narrantur, ceteroqui magni momenti non sunt sed solas res domesticas ecclesiae illius temporis illustrant; omnia e fontibus repetuntur. — P. Makkaevеv, Религіозно — церковныя воззрѣнія императрицы Екатерины II. (De mente Catharinae II. imperatricis super religione et ecclesia). Auctor maxime ex scriptis litterisque Catharinae II. iudicat imperatricem, habuisse mentem, a pietate nationis russicae in rebus religionis omnino discrepantem. Res religiosas omnes imperatrix ad utilitatem solam referebat; spernendam quidem non esse religionem sed administrationem imperii nequaquam ea esse regendam. Ascetas a fanaticis non discernebat. Ad »orthodoxiam« russicam transiit, quod id non intellexerat, quid inter protestanticam doctrinam et orthodoxos praeter ritus interesset. Ritus orthodoxos non omnino contemnebat, peccata sua sacerdoti confitebatur, accedebat ad mensam Dominicam ieiunia servabat; auctor mentitam pietatem, quae ei propterea obiciebatur conatur purgare. Praeterea eadem ecclesiam sub rem civilem omnino subiciendam esse tenebat. Viros synodi dicebat esse ministros imperii curatorum, a quibus pluris aestimanda essent iussa principis quam lex evangelica. Capitis ecclesiae nomen sibi arrogabat et pro capite se gerebat.

In parte bibliographica singulorum fasciculorum censurae librorum theologorum ponuntur etiam non russicorum. Inter alia N. N. Glubokovskiĭ laudavit »Kalendarium utriusque ecclesiae« doctissimi P. Nilles — ut eis qui nostrum conspectum perio-

dicum legunt iam notum est, et eiusdem librum »Symbolae ad illustrandam historiam ecclesiae orientalis (Oeniponte 1885), quem maiorem in modum commendavit ut fontem historicum omnino fide dignum et pretiosum (II., 997). — A. Lopuchin laudavit recentissimam encyclopaediam theologiam Gallorum (Vacant-Mangenot, Dictionnaire de Théol. Catholique) ut opus vere mirandum et doctrina quam maxime excellens; gratulatus est de creberrimis eius excerptis de rebus Russiae, quamquam aegre tulit quod non deesset ratio »latina« (I, 701--702).
G. H.

Странникъ (Strannik) 1905. nr. 1—4.

E. A. L., O služeníi bližnim i »svjatom egoizmě« (De officiis pietatis et de »sancto egoismo«) pg. 7—37; 195—217. In disceptationibus de officiis monachorum calamo sumpto primum magis ratione, deinde etiam usum spectans de vita et industria monachorum scribit. Quae nunc est vitae monasticae et monasteriorum in Russia temperatio, eam ad conferendum ad usum popularem et civilem pro condicione temporis nostri aptam non esse. Ideo novas societates, nova corpora, nova collegia constituenda esse; varias novasque formas piorum munerum cultusque Dei opus esse; quas etiam in ecclesia occidentali probari.

S. Runkevič, Preosvjašč. Aleksij (Titov) i ego perepiska s Petrom Velikim 39—48 Tihon (Voinov), mitropolit kazanskij i sviažskij, i ego perepiska s Petrom Velikim. pg. 218—232, 384—400. — Aaron (Eropkin), episkop korel'skij i ladožskij, i ego perepiska s Petrom Velikim. pg. 580—597. Partes longae auctoris (Runkevič) commentationis de episcopis tempore Petri M. eorumque cum Petro M. litterarum commercio.

A. Petrovskij, Patriarhalnyj period v istorii naroda evrejskago (De periodo patriarchali in historia populi Israel) 58—64. — Sine docto apparatu auctor exponit, quomodo tempore patriarcharum populus Israel ab aliis gentibus segregatus adoleverit.

N. Kiparisov, Žizn' prav. duhovenstva po izobraženiju světskoj literatury 1904go goda (Quomodo vita cleri russ. a scriptoribus saecularibus a. 1904 descripta sit) 65—99.

Hr. Loparev, Blažennyj Jeronim (S. Hieronymus) pg. 233—241. Breviter de vita et operibus S. Hieronymi memoratur.

A. Guljaev, Pravoslavnoe bogosluženie kak faktor vospitanija voli (De liturgiae orthodoxae momento ad voluntatem excolendam) pg. 401—419.

V. Jablonskij, K voprosu o vëroterpimosti (Quaedam ad quaestionem de indulgentia erga dissentientes in rebus divinis pertinentia. De legationibus doctrinae orthodoxae inter »staroobrjadcy« et sectas propagandae causa missis — pg. 442—462.

Iv. Rozanov, Religiozno-nravstvennaja žizn' v hudožestvennom osvěščeni Th. M. Dostoevskago (Vita religiosa et pia in operibus artisticis Th. M. Dostojevskii illustrata) pg. 555—579.

Th. S—kij, Religioznyj indifferentizm našego vremeni, ego pričiny i slėdstvija (De levi aestimatione sacrorum temporibus nostris, deque causis et eventibus eius), pg. 420—430, 598—618.

A. Jurikas, Čudesnoe prevraščenie žezla Aaronova v změju (De mira Aaronis virgae in serpentem conversione), pg. 619—632. — Commentarius in Exod. 7, 10—12. compositus secundum Vigouroux, La Bible, et les découvertes modernes (t. II. p. 299—304, 593—607) id quod pg. 619. indicatur.

In genere de »vita ecclesiarum extranearum« (p. 101—110) narratur de studiis protestantium coëundi in unitatem et de statu »veteris catholicismi«, quem sectatores eius »medium quiddam tenere inter pugnantes secum protestantismi et catholicismi romani doctrinas,

ob eamque rem eam fore religionem posteritatis« (p. 121); qua fiducia incaute moti Russi respicere nimis hanc sectam videntur.

In »Conspectu operum periodicorum« (p. 112—121) exponitur de optima theologiam dogmaticam tractandi ratione et de dogmatum progressionem (sec. »Prav' Putevoditel'«, »Bog. Věstnik«, »Hrist. Čtenie«, qua de re in nostro conspectu periodico alias, si Deo placet, tractabitur.

In parte bibliographica inter alia censura libri a Josepho Schulte conscripti »Theodoret von Cyrus, als Apologet«, Wien 1904. scribitur ab A. Bronzov professore. Is laudatis eis, quae a societate vindobonensi, quae »Leo-Gesellschaft« dicitur, edita sunt, praesens opus maxime sibi placere dicit, quod auctor diligentissime litteris usus est, quae in ea re versantur, etiam russicis cum aliis tum Glubokovskii singulari opere de Theodor. J. Schulte enim, cum ipse russice nesciat, ad id opera alicuius viri docti e Societate Jesu usum esse; si minus in aliis rebus, saltem in litteris viros huius societatis cuilibet ad imitandum proponi posse« (p. 172). Schulte Glubokovskium in nonnullis rebus corrigere velle, quod fieri in rebus nullius momenti, argumentis exilibus, allatis indiligerent testimoniis (173) — A. Bronzov magnopere gaudet libro J. Schulte, quippe qui testimonio sit apud theologos occidentales ortum esse studium litteras Russorum theologicas cognoscendi eisque utendi; quapropter desiderat, ut eiusmodi studium magis magisque augeatur maximo disciplinarum, theologicae potissimum emolumento (173).

In eodem Strannik opus nostrum periodicum Slav. litt. theol. iam bis laudatum est atque commendatum. P. 536 et auctoribus et redemptoribus librorum animos advertendos ad id esse scribitur, ut libros et periodica opera censurae causa, vel permutationis faciendae mittant, quippe cum »eto simpatienoe predprinjatje zasluživaet vnimanija i vsjačeskoj podderžki so storony russkikh«. P. 692—693 censura fit fasciculi primi Slav. litt. theol.; brevissime expositis forma proposita et instituto »napisannoj s bolšim oduševleniem« et rebus, quae in eodem fasciculo tractantur, subiunctum est: Simpatienoe napravlenie i cél' etogo izdanija zastavljajut nas skazat' vměstè s redaktorami ego: Bog da blagoslovit predprinjatij trud! F. G.

Ө. Кургановъ, Накрски и очерки изъ новѣйшей исторіи румынской церкви. (Къ исторіи изложениа румынскаго митрополита-примата Ге надія Петреско.) Казань, 1904, ст. 1048 + XVI. 6 руб.

Kurganov, ut dicit Lebedev, „slavitsja mnogostoronnoju erudicijeju, hotja ego naučnyje vzgljady otličajutsja izlišnym rigorizmom i někotorym arhaizmom, bolée vsego on postvjaščает svoi trudy razrabotkě voprosa ob otnošenii cerkvi i gosudarstva na Vostokě i na Zapadě: čelovek očen' silnyj v oblasti kritiki“ (Церковная Исторіографія. Сиб. р. 548).

Kurganov, historiae ecclesiarum Balcanensium peritus, nec non operis „Устройство управления въ церкви королевства греческаго. Казань 1871“ auctor, ut ipse in praefatione fatetur, occasione remotionis Rumenorum metropolitae-primatis Gennadii Petresko 20^a maji (v. s.) a. 1896 peractae, factum hoc singulare illustrare internumque eius cum praecedentibus ultimorum decenniorum eventibus nexum proponere intendit. Factum enim hoc quasi „typica“ ecclesiae Rumenorum status, cui et aliarum ecclesiarum Balcanensium status similis est, expressio iure merito haberi potest. Nequaquam autem haec omnia, ut quidam

volunt, ex Turcarum vel Phanariotarum iugo explicari possunt, sed alia causa adsit necesse est.

Quam causam operis decursu duplicem assignat: primam: rationalismum cum omnibus suis principiis, alteram vero in eo reponit, quod particularis ecclesia una post aliam a principali sese avellat et independentem (*αὐτοκεφάλην*) sese declaret (p. 5 sqq. et passim et p. 1048.) Licet autem auctor, ut ipse testatur (p. 4.), solum „Παῦροβικκὴ ἢ οὐρεβικκὴ“ toto libro se propositurum dicat, insigne tamen historiae ecclesiae Rumenorum, etsi nondum finitum, opus in lucem edidit. Etenim „Παῦροβικκὴ ἢ οὐρεβικκὴ“ eius utpote opus systematice elucubratum documentisque, in quantum fieri potuit, plenum, a nemine, cui ecclesiae Rumenorum historiae operam dare in animo est, ullo modo praeteriri possunt.

Totum vero opus in novem capita dispescit:

In primo capite (p. 5—42) miseri ecclesiae Rumenorum status qui nunc est causas enumerat: protestantismum nempe omnesque ex ipso tamquam rivulos ex fonte profluentes effectus, videlicet negationem sacramentorum, caesaropapismum, rationalismum et atheismum.

In secundo capite (p. 43—101) politicae et religiosae „regenerationis“ Rumenorum, quae maxima ex parte rationalismi principiis innixa, evoluta est, usque ad Valachorum et Moldavorum sub uno principe Al. Cusa anno 1859. peractam unionem, historiam tradit. Usque ad saeculi XIXⁱ regenerationem, quam dicunt, Valachi et Moldavi sincere religionem orthodoxam profitebantur (p. 43), omnemque haeresim semper sollicite fugiebant; at cum magis magisque praecedentis saeculi initio politice sui iuris fierent, regenerationem suam cum magno Graecorum et Slavorum odio persequebantur magisque in dies rationalismi ideis imbuebantur.

In tertio capite (p. 102—134) amborum ducatum politicam unionem sub Al. Cusa perfectam eorumque constitutionem describit. Secundum codicem ab eodem Alexandro Cusa editum non Deus, sed Rumenica natio omnium legum origo est (p. 117.). Ad principis potestatem et res civiles et ecclesiasticae pertinent. Omnis cultus potestati civili subditur, immo et ipsa ecclesia orthodoxa gubernio subiecta per leges declaratur (p. 118). Constitutio Alexandri Cusa, licet ipsa omni religione careat, omnes tamen Occidentis sectas protegit (p. 130), matrimoniumque sicut cetera suo foro adiudicat (p. 133); factiones autem, quibus ministerium successive constituitur, conservatae nempe et liberales, cum atheismo faveant, omnem positivam religionem destruere conantur (p. 124).

In quarto capite (p. 135—291), quod in duas partes dividi potest, primo de bonis monasticis, secundo de quaestione agraria agit.

Monasteria Molde-Valachiae duplicis erant generis: alia enim episcopis loci subiecta erant, alia vero utpote sacris Orientis locis dedicata ipsis obnoxia erant; haec ultima magna ex parte a Graecis administrabantur (p. 140), verum non ab ipsis, sed per conductores, qui ex bonis monasteriorum divites fiebant; monasteria autem ipsa, licet ex se opulentissima, aere alieno premebantur (p. 152 sqq.).

Potestas civilis iam inde ab an. 1821. omnibus viribus monasteriorum bona occupare conabatur. Anno 1844. collegium quoddam ad monasteriorum bona administranda a gubernio constituitur (p. 158). Paulatim tempore sequente bona supra dicta. non obstantibus episcoporum protestationibus, referuntur in aerarium (p. 170 sqq): „saecularisationis“ enim idea ex Occidente advecta suos germinavit effectus. Licet autem patriarcha Const. intercesserit principemque admoneri iusserit, metropolita tamen Ungaro-Valachicus Nifont, patriarchae mandatis obsecundare noluit; (p. 236) immo in suo responso ad patriarcham. Cp. plenam Rumenorum a patriarchatu C. seiunctionem minabatur (p. 236). Interim vero monasteriorum bona in aerarium relata sunt et licet patriarcha et gubernia-protectoria protestati sint, lis dirempta non est, quo in statu et post pactum Berolinense a. 1878. et post quaestionem hac de causa a patriarchis a. 1892. motam, res permansit (p. 274 sqq.).

Caput quintum tres habet partes (p. 292—521). In prima parte terrarum, quibus Rumenia hoc tempore continetur, cum patriarchatu Constantinopolitano antiquae necessitudines describuntur (p. 292—335). Usque ad dimidium saeculi quinti terrae nominatae patriarchatui Const., ut per se patet, subiectae non erant, sed solum post IV^{um} concilium Chalcedonense secundum can. 28. subiectio haec statuenda videtur (p. 293 sq.). Imperator autem Iustinianus M. archiepiscopo Iustinianae Primae (quam multi Bulgarorum Ochridam esse aiunt) independentiam donavit ei que provinciarum „Daciae mediterraneae et Daciae ripensis, Triballeae, ac Dardaniae et Mysiae superioris, et Pannoniae“ (novell. 131.) episcopos, subiecit (p. 296). Cum autem Graeci Primam Iustinianam Ochridam fuisse dicant et cum terrae a Rumenis occupatae Bulgaris subiectae essent, hodiernam „Valachiam“ sub archiepiscopi Ochridae iurisdictione fuisse recte conicitur (p. 297). Leo III. Isaurus Ochridae independentiam ademit; saeculo decimo iterum Bulgarorum ecclesia sui iuris declarata quidem fuit sed solum in Iustinianae Primae limitibus (p. 298). Cum christianismi a Bulgaris apud Rumenos propagatione, intime quoque linguae Rumenicae progressus connectitur. Kurganov contra Palausov et Kautemir dicit Rumenos initio linguam slavicam habuisse, postea rumenicam introduxisse, post concilium autem Florentinum ex unionis odio iterum slavicam linguam usque ad sic dictam regenerationem habuisse, a quo tempore iam suam propriam adhibere (p. 299).

De ecclesiae Ungaro-Valachicae statu usque ad Valachici ducatus constitutionem a Radn Negru saec. XIII^o, nihil certi habemus. Radn Negru probabiliter simul cum ducatus constitutione dioecesim in Argeş erexit (p. 299.); a saeculo XIV^o medio iam certa habentur documenta. Anno 1359. Ungaro-Valachicus vojvoda Alexander I. a patriarcha Const^o cui Ungaro-Valachicae ecclesiae subiectionem spondit. *πάσης Θηγγρίας καὶ Πλαγγινῶν* metropolitam obtinuit, qui titulum *ἐξαρχος καὶ ἐπίσκοπος* habebat; anno vero 1370^o alter metropolita: *τοῦ μέρους Ὀγγροβλαχίας καὶ κατὰ τὸν Σεβερίνον*, cum titulo *ἐπίσκοπος* constitutus fuit. Primus in Argeş residebat Valachiamque Orientalem regebat:

alter autem in Severin cum iurisdictione in Occidentalem Valachiam residebat (p. 300 sqq.).

Quousque hae duae dioeceses perduraverint, incertum est. Secundum Palausov patriarcha Iosephus (1416—1439) duos metropolitas: unum in Bucarest, alterum in Tyrговиšt, designavit. Qui episcopi Florentiae unionem subscripserunt, sed a populo (?) reiecti sunt (p. 301). Post Florentinum concilium una solum metropolis fuisse videtur eaque ad tempus, cum patr. Const. catholicus esset, Ochridae subjecta erat (p. 302). Anno 1393. Valachia a Turcis occupata est. Primum de Rumenuorum ecclesia bene meritus est Radn IV (1493—1508), quem auxilio suo Const. Nifont ex-patriarcha adiuvit (p. 304 sqq.). Hic cum metropolita Valachicus esset, duas constituit dioeceses, erudiebat clerum (p. 308) intimeque Ungaro-Valachiam cum patriarchatu Const^o coniunxit (p. 310). Tempore sequente nexus his cum patriarchatu Const^o permansit, immo propter Turcarum super Valachos dominationem auctus est (p. 312): eundem statum et sub Phanariotharum iugo cernimus (p. 314).

Ducatum autem Moldavicum Bogdanus Dragoš circiter a. 1359 constituit, denno vero constituerunt Alexander I. (1401—1432) et Stephanus IV. (1458—1504). Moldavorum historia ecclesiastica initio confusa est. Initio nullos Moldavi habebant episcopos, sed solum presbyteros, quos a metropolita Haličensi accipiebant. Postea patriarcha Cp. Antonius Moldaviensem metropolim erexit, at metropolita ab ipso missus Julio an. 1394ⁱ a Moldavis eiectus est (p. 316 sq). Demum a. 1401. novum acceperunt metropolitam Iosephum (p. 318). Quae de primis metropolitae tradita sunt confusa atque inter se pugnancia inveniuntur (p. 319). Eos patriarchis Const^{is} subiectos fuisse iure ponitur (p. 320 sqq.).

Post concilium Florentinum*), cum patriarcha const. cum R. Pontifice unitus esset, Marci Ephesini consilio metropolita Moldaviensis ab archiepiscopo Ochridae designatus est eiusque ad tempus subditus fuit (p. 324).

Veri simile est Moldavorum metropolitas initio in Sučava, postea in Iassi resedisse (p. 324). Ab anno 1456 Moldavia Turcis subiacet (p. 326).

Quando post concilium Florentinum necessitudines cum patriarchis Const. restitutae sint, ignoratur; tamen eas Basili Lupul temporibus iam fuisse omnes consentiunt (p. 329).

Metropolita Moldavorum et Ungaro-Valachicus inter se obnoxii non erant. Eligebantur a cléro et a populi proceris, a vojvoda approbabantur, a patriarcha Const^o confirmabantur (p. 355).

In secunda capituli noni parte (p. 336—440) leges Rumenuorum ecclesiam temperantes ab Al. Cusa editae describuntur. Rumeni protestantismi principiis imbuti ecclesiam suam a patriarchatu Const^o divellere cupiebant, eorum desiderio Alexander Cusa a. 1859 dux electus,

*) Cf. Ch. Anner: La Moldavie au Concile de Florence. Echos d'Orient, 7 (1904), N. 49, p. 321—28; 8 (1905) N. 50, p. 5—12; N. 51, p. 72—77 (a suivre).

satisfecit. Inde enim ab a. 1863 ecclesiae Rumenuum reformatio incipit; qua in re gubernium ab episcopis (paucis exceptis) adiuvabatur (p. 337) 22. Octobris (3. Novembris) a. 1864 nova ecclesiastica constitutio approbata est (p. 339), qua Rumenuum ecclesiam ab omni externa (ξένης) liberam et sui iuris esse edicitur (p. 343); supremam potestatem ecclesiasticam generalis (γενικής) synodus habet quam princeps per summum praefectum rerum ecclesiasticarum et scholasticarum convocat quamque dimittit. Ad eam nequaquam pertinet libertatem conscientiae aut indulgentiam erga dissentientes in rebus divinis restringere (p. 344). Materia quoque consultationum ab eodem illo praefecto definitur (p. 344); decreta vero synodi solum post principis assensum pro legibus valent (p. 346). Eadem constitutione munus ac viri convocandi in synodum generalem et dioecesanem definiuntur (p. 344 sqq.), ita ut Rumenuum ecclesia tota potestati civili subiecta sit.

Brevi postea novum decretum, quo vita monastica ordinabatur, promulgatum est (p. 346). Collegio religioso accedere nemo potest nisi vir saltem 60 annorum mulier saltem 50 annorum; qui morbo incurabili laborat, prius ingredi potest (p. 347). 13. (25.) Januarii 1865 et a senatorum et a deputatorum comitiis nova lex de episcoporum electione approbata est (p. 348). Soli episcopi excepto metropolita Nifont, cui Alex. Cusa novum titulum „primatis Rumenuum“ indidit, comitiorum consessus coram omnibus reliquerunt consensumque ad legem edendam denegarunt (p. 348). Iuxta illam legem episcopi a solo principe eliguntur et a supremo iudicio civili in causis criminalibus iudicantur; solum si res mere ecclesiasticae sunt, a synodo in ipsius iudicium vocantur (p. 349). Breviter, si comparare rem licet, omnes leges ab Alexandro Cusa editae, gallicae illi „la constitution civile de clergé de France“ ex a. 1790 valde similes sunt.

Sed quod maxime dolendum est, ipse clerus, saltem major eius pars, legibus, ecclesiasticam libertatem destruentibus, edendis, plenum assensum concedere non erubuit (p. 352); qua in re metropolitae Ungaro-Valachici Nifont et episcopi Callinci, qui postea metropolita Moldavensis factus est, exemplum secutus est (p. 349 et 393). Nec tamen defuerunt, qui rem ecclesiae defenderent, maxime cum Sophronius patriarcha Const. aprili an. 1865 synodum extraordinariam convocasset, quae leges a Cusa editas communi iudicio subiecit (p. 358) suamque de iis, *διαγνώμην* edidit. Simul cum diagnome tres epistolae missae sunt: ad principem, ad metropolitam Ungaro-Valachicum, ad Moldavensem metropolim (p. 374). Peculiaris quoque delegatus ad Rumenicum principem missus est, qui tamen male a Rumenis receptus est (p. 392 cf. 416 et 435).

Episcopi, quamvis rei publicae curatorum consilia adiuverint nihilominus, cum princeps acquitatis terminos egressus esset, adierunt principem, ut communionem cum patriarcha Const^o restitueret (p. 426 sqq.). At Al. Cusa a via, quam ingressus erat, amoveri non potuit (p. 436 sqq.), sed adversarios suos omni modo reprimere conabatur. Antequam patriarchae responderet (p. 435), in variis ephemeridibus responsum publicavit, ut animos sibi conciliaret (p. 436).

Patriarcha, cum diutius responsum expectare non posset, epistolam ad liberas ecclesias orthodoxas misit consiliumque petiit (p. 437 et 449).

In tertia parte (p. 440—521) ecclesiae Rumenorum sors ulterior usque ad Alexandri Cusa remotionem, quae 10.(22). Februarii a. 1866 facta est, describitur. Iam 3.(15.) Augusti a. 1865 contra Alexandrum Cusa rebellio facta est, verum crudeliter repressa est (p. 441).

Interim patriarcha Sophronius Alexandri Cusa responsum accepit, quod continet has sententias: ecclesiam Rumenorum sui iuris (*αὐτοκεφάλην*) esse idque ab antiquis temporibus, quod ex usu et ex 34. apost. canon. et ex novella 131 probatur; — synodi autem constitutionem esse legitimam ex synodis russica et graeca et ex usu Iustiniani concluditur; — episcoporum autem electionem canonibus respondere et consuetudo et novellae Iustiniani ostendunt; quodsi episcopi in causis criminalibus in iudicium civile cogantur, mirum esse ei non debet, qui consuetudinem Moldo-Valachorum et Justiniani usum in memoria tenet. Quod autem monachos attinet se ex amore erga ecclesiam processisse dicit (p. 446 sqq.).

Patriarcha convocavit extraordinariam synodum, quae 8.(20.) Octobris 1865 *ἀνταπ' ἄτησιν* ad Rumenorum principem misit.

Duae hae patriarchae epistolae simul cum Alexandri Cusa responso ad ecclesias sua iura habentes missae sunt (p. 471 et 484), quae patriarchae Constⁱ agendi modum in omnibus rebus approbarunt (p. 497).

In sexto capite (p. 522—651) de Caroli Hohenzollern electione et de primis annis eius gubernationis exponitur. Notandum est legibus constitutum esse ut principes descendentes in religione orthodoxa educentur (p. 612).

Cecidit quidem Cusa, verum sententiae eius ultra vigeant (p. 521).

Donec Carolus electus et ab externis rebus publicis approbatus est, status ecclesiae Rumenicae miserrimus fuit (p. 614)

Novus princeps episcopus paulisper melius tractabat, unde metropolitana Ungaro-Valachicus et Moldaviensis, nequaquam sincere, necessitudines cum patriarcha Const. restituere studebant (p. 621 sqq.); sed patriarcham non fefellerunt (p. 624). Tandem post longam tergiversationem Carolus a sultano 12.(24.) Octobris a. 1866 investituram accepit (p. 626).

Secundum codicem sub Carolo editum eodem modo ac sub Cusa monasteriorum bona ad collegium rem publicam administrans pertinere dicuntur (p. 640); ecclesiam sui iuris esse; eius supremam potestatem apud nationalem synodum esse definitur. Quae synodus constat ex duobus metropolitibus, episcopis, decanis facultatis theologiae, rectoribus seminariorum et singulis viris e singulis provinciis seu conventibus (p. 641); episcopos eligunt deputati, episcopi et protopresbyteri e conventibus. Synodum summus praefectus rerum ecclesiasticarum et scholasticarum convocat; leges vero a synodo editae principis consensu indigent, ut valeant. In singulis diocesisibus corpus (consistorium) tribus

saltem membris constans est; cuius corporis homines parisi sunt episcopi iuris.

Si leges Alexandri Cusa et Caroli inter se comparentur, non multum differunt, nisi quod secundum prioris codicem episcopi a solo principe designantur, secundum posterioris codicem a deputatis et ab episcopis eliguntur et a principe confirmantur; et quod Carolina legislatio, licet alioqui canones negligat, ad ipsos tamen nonnumquam saltem provocat. In ceteris rebus idem rationalismus viget (p. 644 sqq.).

In septimo capite (652—756) ecclesiae Rumenorum fortuna ulterior narratur usque ad id tempus quo a patriarcha Const. ei suis legibus esse concessum est.

Cum domini Carolus nondum plenam pacem aquirere potuisset, convertit se ad Gregorium VI. um patriarcham Const. Is tria ab ipso postulabat: ut metropolita electus a patriarcha consensum peteret, ut liturgiae tempore patriarcha commemoraretur, ut chrisma ab ipso acciperent (p. 664).

11.(23.) Decembris a. 1872 novae — hodie quoque vigentes — editae sunt leges: episcopus eligitur a ceteris episcopis et a senatorum et deputatorum comitiis: synodus caput est ecclesiae rumenicac; quae synodus domestica e duobus metropolitibus, sex episcopis et sex titularibus episcopis constat (p. 668). — praesidet metropolita Ungaro-Valachicus vel eius loco metropolita Moldaviensis. Singulis annis binae sunt synodi sessiones: legem a synodo latam a principe confirmari oportet (p. 669); — in singulis dioecesibus proprium corpus est (consistorium) cuius membra ab episcopo nominantur (p. 670); suus cuique episcopo adiutor episcopus est, pro quo synodus a patriarcha benedictionem petit; — monasteria et scholae ecclesiasticae episcopis subiecta sunt (p. 671).

A. 1875 Nifont mortuo metropolita Ungaro-Valachicus Moldavensis Callinicus Miklesko simoniacus creatur (p. 687), et episcopus Josephus, qui pro pecunia dioecesim accepit, Moldavensis metropolita constituitur (p. 686). Verum et alii pro pecunia dioeceses obtinebant (p. 688).

Pacto Berolinensi a. 1878 Rumenia a Turcis libera, immunis, suis legibus esse iussa est; mense martio a. 1881 princeps regis nomen accepit (p. 692).

Ut auctoritatem patriarchae penitus everteret, 25. martii (5. aprilis) a. 1882 metropolita ipse contra consuetudinem chrisma consecravit (p. 693), quod etiam maiores controversias inter patriarcham et Rumenos fecit (p. 695).

Ad Joachim III. patriarchae epistolam simili modo atque Al. Cusa ad „diagnome“ synodus respondit (p. 697). Cum mense Octobri 1884 novus patriarcha Joachim IV., pacis studiosus, electus esset, Rumeni ut suam ecclesiam libertate ornaret, petierunt (p. 741). Joachim IV. convocata synodo 23. aprilis (13. Maii) a. 1885 per epistolam (*Τόμος Συνοδικός*) Rumenis beneficium petitum concedere dignatus est. Qua de re et alias ecclesias orthodoxas sui iuris certiores fecit (p. 754).

In octavo capite (p. 757—870) de ecclesia Rumenica, postquam sui iuris declarata est agitur. Cuius libertate a patriarcha probata, regni curatores episcoporum potestatem restringere coeperunt: episcopus in alterius diocesim proficisci non potest sine summi collegii regni consensu: ut vero in alienas terras proficisci possit, regis ipsius consensus requiritur (p. 759). Quin etiam eadem civili potestate suo nomine et consilio festa, ut libet, abolentur (p. 765).

14.(26.) Augusti 1886. Calliniens Miklesko moritur: -- metropolita Ungaro-Valachicus Josephus Georgian eligitur (p. 766).

Carolo regnante ulteriora rationalismo conceduntur: religio e scholis eicitur (p. 792): seminaria civili potestati omni parte subduntur (p. 795): monastica vita adeo difficilis redditur, ut monasteriorum numerus semper minuatur (p. 849). Tamen ut studia splendore augeantur, 4.(16.) Novembris 1884 facultas theologica in Bucarest erigitur (p. 807). Nova quoque decreta de parochis, clero, seminariis proceduntur, quibus potestas civilis super ecclesiam latius pateat (p. 841). A Novembri 1874 synodi „Biserica Orthodoxa Romana“ editur qua in ephemeride maxime ultimis temporibus etiam doctrina plena et vere „scientifica“ capita inveniuntur (p. 867).

„Titulares“ episcopi, cum non habeant unde vivant, non sunt episcoporum adiutores, sed alia officia habent (p. 869).

In nono capite (p. 871—1040) late Gennadii Petresko remotio describitur. Cum enim mense maio a. 1893 Josephus Georgian volens-nolens missionem accepisset (p. 872), contra legem a. 1872, latam secundum quam quemvis metropolitam doctoris gradum adeptum esse oportebat metropolita Ungaro-Valachicus Gennadius Petresko nominatus est, homo sine eruditione (p. 879). Is videlicet a. 1871 aclinandrita factus, a. 1875 pro pecunia ordinem episcopalem mercatus (p. 880), omnia ex potestatis civilis sententia peragebat (p. 880). Sed cum ipse omnia ad summum arbitrium sine synodi consensu ageret, et humilitate christiana careret, — synodum contra se excitavit (p. 883). Ad quod accessit et id quod factione ea, quae a libertate nomen habet, deserta a collegio vetustati propitio „conservatistis“ metropolita designatus erat. Novo enim curatorum rei publicae collegio e „liberalibus“ nominato ut missionem sponte peteret, ei significatum est. Alia quoque causa missionem eius maturavit (p. 893 — nihilominus ipse nulla ratione sponte cedere voluit (p. 892 sqq.). 1. Maii 1896 sessio synodi verna incepit: — episcopi contra Gennadium Petresko rebellantes non venerunt: — et licet quattuor episcopos iurisdictione privaverit, nihil tamen effecit (p. 896); itaque a summo praefecto civili rerum ecclesiasticarum et scholasticarum ut synodi consessus vernus finiretur, petiit. Qui consessum synodalem dimittere et episcopos castigare, nequaquam solius primatis esse inverecunde respondit (p. 900).

17 maii idem praefectus novam indicavit sessionem, in qua metropolita Moldavensis praesidebat. Episcopus Ioannicius Flor cum actoris partes adversus G. Petresko obtinisset (p. 901), haec crimini ei dedit: primum eum in ecclesiae libertate et regni constitutione deliquisse, — novos in liturgiam mores induxisse, — episcoporum privi-

legia ademisse — ad suam diocesim peregrinos clericos recepisse. — externas dioeceses circumventem episcopis insidiatum esse — ipsum loco synodi regnasse — potestatem disciplinarem et iudicalem usurpasse. — liturgiae tempore synodum non commemorasse (p. 901 sqq.): — alterum. quod ei obiciebat fuit, quod pecuniae cupidus quibus modis id assequeretur, dum sibi eam compararet, nihili habebat (p. 911 sqq.). Consultatione habita synodus decrevit: litem ei inferendam esse. eum omni potestate privandum et in monasterium condendum esse (p. 914. 916). 1. (13.) Iunii a. 1896. iudicium de Gennadio Petresko factum est. Cum autem tres e iudicibus simul essent actores, id quod legi ex a. 1872. repugnat. G. Petresko intercessionem fecit: — criminum quoque. quae ei obiciebantur, metropolitae Moldavensi censuram suam porrexit (p. 917 sqq.). Synodus argumentis eius solutis omni eum potestate etiam sacerdotio privavit (p. 935) et in monasterium. ubi eodem loco quo simplex monachus haberetur, includi iussit (p. 971).

Tribus rebus Gennadii Petresko excellens exstitit: primum voluit, ut se saecularis causarum actor defenderet, deinde ut causa sua suprema iudicio civili traderetur, ad extremum se esse ecclesiae R. caput et ideo legitimum iudicium de se facere nequaquam synodi esse dicere ausus est (p. 955). Synodus autem ipsa in eo peccavit. quod celerius litem instituit et quod e duodecim episcopis-iudicibus tres indices simul et actores fuere (p. 956).

De Gennadii Petresko remotione synodus alias ecclesias quae sui iuris sunt certiores fecit (p. 979 et 984). Ab ipso remotionis die autem multi G. Petresko causam defendentes variis in locis contra synodum et collegium regni curatorum seditiosa per coetus disserebant (p. 956 et 985): immo ipse Strudza unus e collegio curatorum regni confiteri coactus est idem collegium quoque eius dimissioni operam dedisse (p. 1010). Invitum igitur supremum collegium synodum convocavit, quae Gennadio Petresko dignitatem episcopalem restituit (p. 1012) et loco eius Iosephum Georgian primatem creavit (p. 1014). a. 1901 mortuus est Iosephus Ananiesko Moldaviensis metr., ei Parthenius Klinčan suffectus est (p. 1046). A. 1898. facultas theologica Iassis erecta est. Regni curatores nec postea a via inita destiterunt (p. 1024 et 1028).

Pauca de ipso opere dicenda videntur esse. Kurg. cum omnibus, quibus potuit, operibus usus esset immo et capita commentationesque variorum operum periodicorum, quae hac de re erant, perlegisset, omnia in unum collegit. Golubinskij et Kolokolcev, qui de Rumenorum ecclesia scripserunt, opiniones in notis additis diluit suasque opponit.

Opus ipsum multis documentis, quorum nonnulla plene ascribuntur et alia sensutenus allegantur, quid Orientales de ecclesia, de potestatis civilis ad eam relatione, de principis in res ecclesiasticas potestate, de iure canonico multisque rebus similibus sentiant, satis clare nos edocet.

Duo autem notanda videntur: Kurganov de ecclesia Rumena saeculo XIX. ascendente, licet historiam profanam huius temporis fuisse tractet. pauca exponere et de ecclesia catholica minus recte sentire (cf. p. 38. p. 42 sqq. et 78, 133, 297.). —

ТРУДЫ КІЕВСКОЇ ДУХОВНОЇ АКАДЕМІИ. Trudy kievskoj duhovnoj Akademii. — 1905. Nr. 1. (Januar.)

A. J. Bulgarov, Zakonnost i dějstviteľnost Anglikanskoj ierarhii s točki zrěnija Pravoslavnoj Cerkvi (Num hierarchia Anglicana legitima et vera sit, quaeritur P. 1—24. Materia a. 1902 instituta porro tractatur necdum absoluta est. Auctor praesertim N. T. »Doctrinam duodecim Apostolorum«, Patres apostolicos secutus hic demonstrat ad veram et legitimam hierarchiam necessariam esse successionem apostolicam.

P. I. Linickij, O svobodě voli (De voluntatis libertate). P. 26- 48 Commentatio nondum est absoluta

A. A. Dimitrievskij. Sergij, archiepiskop Jaroslavskij i Rostovskij, kak vikarij Kievskoj Metropoli i predsědatel' Kievskago religiozno-prosvětitel'nago Obščestva. P. 49—105 — Auctor vitam, opera, mores Sergii archiepiscopi († 1904; nomen eius saeculare erat K. I. Lanin) describit eiusque virtutes laudibus effert Praecipue laudat in eo curam animarum et eximiam facultatem religionis defendendae ostendit; auctoritate sua apud eruditos multum valuit ut praefectus »Kioviensis societatis religiosae culturae promovendae«.

V. Th. Pěvnickij, O voskresenii mertvyh (De resurrectione motuorum). 106—132. — Commentatio non est tam plena doctrinae, quam pietatem alere conatur.

P. P. Kudrjavcev, K voprosu o vvedenii v gimnazijah propedevtičeskago kursa filosofii (Sit-ne institutio ad philosophiam praeparandam in gymnasiis introducenda 133—148. — A Giljarov, professor in litterarum universitate Kioviensi, de hac quaestione nonnulla scripsit in ephemeride »Kievljanin« (1904, nr 331); cursum talem necessarium esse, sed professores carere libertate docendi quae velint, eosque, qui idonei sint, paucos esse.

»Ministerium culturae nationalis« consilium cepit, ut magistros qui studia in academiis theologicis absolverant, professores philosophiae in gymnasiis faceret. Giljarov hoc consilium improbat, Kudrjavcev, ratus philosophiam quamprimum introducendam esse probat et affirmat ad eam rem libertate docendi opus non esse.

2. K. Kemelidze, »K voprosu o vremeni prazdnovanija Roždestva Hristova v drevnoj cerkvi« (Quaeritur, quo tempore Nativitas Christi in priore ecclesia celebrata sit) 149—158. Festum Nativitatis Christi in ecclesia occidentali iam primis saeculis Christianis celebratur eodem, quo nunc, die (- 25. Decemb.); in Orienti autem usque ad saeculum IV. celebrabatur sexto die Januarii una cum festo Epiphaniae et Baptismatis Jesu in Jordane fluvio. S. Joannes Chrysostomus in oratione, quam in Nativit. Christi a. 386. Antiochiae habuit, demonstrat, hoc festum celebrandum esse d. 25. Dec. »quavis nondum sint 10 anni, ex quo natum sit festum eo die celebrandum esse«. Ex his verbis concluditur Nativitatem Christi non prius anno trecentesimo septuagesimo sexto (= 376) in Orienti d. 25. Dec. celebrari coeptam esse, prius autem Constantinopoli et Antiochiae huius diei erat festum.

In Aegypto autem usque ad saec. V., Jerosolymis usque ad saec. III. Nativitas Christi d. 6. Jan. celebrabatur (149—151).

Ad haec omnia, quae dicta sunt, demonstranda scriptor usus est libro, »Proišoždenie i značenie prazdnika Roždestva Hristova« (Kiev 1883), quem scripsit Th. Smirnov. Quam commentationem secutus, auctor affert novum documentum, ex quo apparet, quo die Nativitas Christi in ecclesia Jerosolymitana celebrata sit. Ecclesiasticum et archaeologicum »museum« urbis Tiphii continet in manuscripto georgiano (gruzinskij) epistolam Justiniani imperatoris ecclesiae Jerosolymitanae missam, in qua mentio de celebratione Nativitatis Christi facta est. Forma litterarum ostendit hunc membraneum codicem, qui

Patrum scripta homiletica et hagiologica, et deinde Justinianam epistolam continet, esse e saec. VIII. vel IX; (eadem epistula invenitur etiam in manuscripto georgiano saeculi decimi. Quamquam de scriptore huius epistolae dubitari potest, tamen est veri simile eam saec. VI. esse scriptam. Qua epistula manifestum fit ecclesiam Jerosolymitanam pristino more Nativitatem Christi constanter d. 6. Jan. celebravisse et demum auctoritate Justiniani adductam esse, ut morem tota fere ecclesia vulgatum introduceret. Etiam »Epistola ad Armenos Gregorii episcopi Arceruniev e Jerosolymis« scripta lingua Armena (quam publicavit prof. N. Marr in opere *Teksty i razyskanija po armjano-gruzinskoj filologii*, I. I., Peterburg 1900) ostendit Jerosolymis eundem diem festum die 25. Dec. celebrari coeptum esse a. 560. Imperatore Justiniano auctore. Hic scriptor edit russicam versionem epistolae Justiniani (p. 153–158), quae inscribitur »Lectio de festis Annuntiationis et Nativitatis, Praesentationis et Baptismi, scripta Hierosolymis ab imperatore Justiniano«. Scriptor, huius »lectionis«, S. Scripturam et ss. Patres secutus, ostendit nexum inter haec festa earumque verum celebrationis die. Secundum *Lc 1, 26 ss.* Annuntiatio B. Mariae Virginis facta est ab angelo mense sexto post conceptionem Joannis B., qui conceptus est circa d. 25. Septembris, (s. Joannes Chrys. dicit ritum, qui *Lc 1, 9–11* describitur, secundum *ll. Leviticum et Numerorum* adhibitum esse mense Septembri (p. 157) et paucis diebus post Joannes B. conceptus est. Id verum esse videmus ex eo, quod festum Nativitatis Joannis B. ab omnibus Christianis die 25. Junii celebratur quod comprobatum est etiam testimonis manuscripti Georgiani (saec. VIII. vel IX.), quod invenitur in Bibliotheca Imperatoria Publica Petropolitana (Nr. 11). Sequitur, ut Annuntiatio B. M. V. incurrat in 25. diem Martii et Nativitas Christi in d. 25. Dec. »Etiam hoc, quod Praesentatio J. Christi (Purificatio B. M. V.) 12. Februarii celebratur iam in pristina ecclesia, demonstrat Christum die 25. Dec. natum esse, quia praesentatio 40 diebus post nativitatem fieri solebat (158). »Lectio«, quam prius commemoravimus, affert opiniones ss. Gregorii Naz. et Nyss., Basilii et Augustini, qui eadem sentiebant. F. G.

Бизантійскій Бременникъ издаваемый при императорскої академіи наукъ подъ редакціею В. Е. Регела, Члена-Корреспондента Академіи. Томъ X. Выпускъ 1—2. Санктпетербург, 1903. *Annales Byzantini*. Quibus edendis ab imperatoria academia liberalium artium praeest V. E. Regel', cum Academia litterarum commercio iunctus. Tomus X., liber 1—2. Petropoli, 1903. XXIV 356 et 114 pag. lex. form. — Sicuti nos, catholici ritus romani, opera nostra lingua latina edenda esse sentimus, ita etiam fratres nostri slavici, Russi orthodoxi, libros suos religiosos etiam lingua graeca edendos curant, ut hoc modo coniunctionem cum ecclesia graeca prae se ferant. Qua ex causa iam titulus huius editionis periodicae lingua illa inscriptus est: *BYZANTINA XPONIKA*, sicuti etiam totus index ita redditur; etiam nonnulla capita graeca ibi adsunt.

Capita haec ibi continentur: V. Istrin, **Одинъ только переводъ Псевдокаллистова, а древне-болгарская энциклопедія X. вѣка** — **мнѣмъ го**. Unica et sola versio Pseudo-Callisthenis et palaeobulgarica encyclopaedia quae X. saeculo orta esse existimatur (1—30). Istrinъ contra Šahmatovъ duas versiones sic dictae Alexandriae ponentem unicam et solam esse demonstrat; encyclopaedia palaeobulgarica saeculo X. non est composita sed tempore posteriore; attamen partes eius

aliquae iam illo saeculo in Bulgaria fuisse possunt. N. Suvorov, Къ исторiи нравственнаго ученiя въ восточной церкви. De historia doctrinae moralis in ecclesia orientali. Suvorov de decem modis animae salvandae et contritionis confessionalis secundum vetus manuscriptum Monacense agit (31—63). — J. Kulakovskij pertractat castra Byzantina ex fine X. aevi secundum scriptum latinum (63—90), — Chr. Kučuk-Joannesov autem epistolam Joannis Cimischii, imperatoris Byzantini ad Armenorum imperatorem Ašot III. in Russicam versam secundum Matthaeum Edessenum saeculo XII. prosequitur (91—102). S. Papadimitriju explicat lingua graeca poema Theodori Prodromi e codice Marciani saeculi XII. (102—163). — In parte critica (164—279) novissimorum librorum, qui sunt de rebus ecclesiasticis byzantinisque, accuratissima solet fieri censura.

Eam partem annotationes parvae excipiunt, imprimis lingua franco-gallica scriptae „Les études byzantines en Italie“ a P. Aurelio Palmieri (281—303). Aliqua de Russico archaeologico instituto Constantinopolitano (a. 1902) exponuntur, recensentur opera professorum universitatis Petropolitanae anni elapsi, acta consessuum collegiorum doctorum excerpuntur. A. P. Поповъ anno 1903 disputationem habuit in Academia clericorum petropolitana de latino patriarchatu Jerosolymitano (tempore „cruciferorum“), in qua demonstrare conabatur, catholicos instituto catholico patriarchatu iura patriarchae orthodoxi laesisse. Causam occasus patriarchatus latini orator parvum sensum iuridicum esse existimat (pag. 339—340). — Siméon Vailhé O. S. A. (Assumpt.) adnotat diligenter lingua francogallica annales byzantinos in Palestina (343—356).

In appendice (pag. 1—113) quae inscribitur: „Actes de L' Athos“ edita sunt „Actes de Xenophon“ par R. P. Louis Petit, des Augustins de l' Assumption. Quae acta sunt de claustro Xenophonte in Monte Sacro Athone, ubi multa monumenta nondum edita latent. Materia omnis in Atho monte inventa, plurima ex parte graeca, per partes edetur, quod maximi pretii est.

Fr. H. Žundálek.

Bogoslovskij Věstnik (1904).

S. Glagolev: Коранъ (Koran) I, 248—241. Secundum Glagolev Muhamedus suae doctrinae non composuit certam quandam formulam: pro opportunitate enim suam proponebat doctrinam, veteribusque nova addebat, non inquirens multum, utrum haec cum prioribus cohaereant necne.

Itaque auctor ipse ad rationem revocare coranum conatur eumque a discrepantiae crimine defendere; tamen ut et Glagolev ipse fatetur, multas adhuc in corano invenire possumus difficultates.

Idem: Šariat (Шариатъ) II. 640—663.: In Šariat auctor inquit de legibus quarum fundamenta posita sunt in Koran: Koran enim nihil aliud est quam decretorum ac praeceptorum liber: „Koranus voluntatem legum Muhamedanarum praebuit, verum minime verba ac litteras“ (p. 640). Corpus igitur legum quae in Koran innuntantur, vel potius earum congeries Šariat vocatur. Quae in hoc codice praecepta contine-

antur. enumerat auctor eaque explicat et quomodo in usu vitae communi observentur, addit.

Idem: Секты ислама возникшія въ средніе вѣка (M. sectae mediae aetatis) II, 404—457. Секты ислама, образовавшіяся въ новое время (Muhamedanorum sectae recentioris memoriae) III, 1—40.

Hiscе in capitibus auctor inquit, in quantum Muhamedanorum vita ad legis normam expressa sit. Proponit nempe variarum sectarum inter Muhamedanos existentium historiam. In priore capite de mediae aetatis sectis tractat, in posteriore de sectis nostrorum temporum. Sectas generaliter in duas dividit classes: politicam et religiosam. — Auctores quidem russicos, qui hac de re scripserunt, frequenter allegat.

In eo autem reprehendendus est, quod opera, ex quibus doctrinam suam hausit, raro indicat. Mirati vero sumus cum in opere, ceteroquin bono, haec legeremus: „Doctrina de moribus in corano contenta cum rei publicae prosperitate componi potest: nec quae ibi observanda in religionibus proponuntur (usu separato) quicquam superstitionis habent“.

N. Кононов: Разборъ некоторыхъ вопросовъ, касающихся Стоглава (Quarundam quaestionum ad ‚Stoglav‘ pertinentium disquisitio) II, 663—702. Kononov illuminare vult ‚Stoglav‘ quod synodi a. 1551. genuinum censetur esse decretum.

Praeter alia, inquit, quomodo referatur ‚Stoglav‘ ad „nakaznye spiski“ quae vocantur. Ex eis, quae explicavit haec concludit: „nakaznye spiski“ (mandata) ad clerum parochialem directa non sunt ex Stoglav excerpta, sed Stoglav inserta sunt (p. 700). Qui Stoglav composuit usus aliis quoque documentis (p. 700), saepe sine indicio egit, et quaecumque congerere potuit, in unum conflavit (701).

Quod synodum a. 1551 ipsam attinet „nulla probabilis causa est, cur conventus ecclesiastico-о е с о н о м и с у s habeatur“.

S. Шумов: О взаимныхъ отношеніяхъ духовныхъ училищъ и семинаріи (Ecclesiasticarum scholarum et seminariorum mutuae relationes) I, 702—718.

Scholae ecclesiasticae, in quibus instituuntur illi, qui ordini clericorum ascribi volunt, a seminariis gubernantur. Quae gubernatio cum multa genuerit incommoda, auctor malis inde manantibus expositis suadet, ut illae scholae de seminariorum iurisdictione exemptae collegio ex seminarii et ex suis professoribus constanti subiciantur.

A. Vvedenskij къ вопросу о методологическѣи реформѣ православної догматики (De methodica orthodoxae dogmaticae reformatione) II, 179—209.

Occasione ex libro a Malinovskij edito „Православное догматическое богословіе“ sumpta Vvedenskij de methodo dogmatica disserit. — Qua de re in hoc conspectu periodico infra tractabitur. — Quae dissertatio etiam separatim emissa est.

V. Sokolov: Современное папство и социальный вопросъ (Hodierne papatus et questio socialis) II, 209—229. — Paupertate, et inopia, ad quam in Occidente maior hominum pars redacta est, sub oculos subiecta, socialismi de nostrorum temporum condicione desideria conatusque describit et quae ei iam contigerunt, enarrat.

Rerum publicarum curatores conati quidem sunt socialistarum studia cohibere, sed qui neque oppressione (in Germania) neque legibus pauperum gratia latis (in Anglia) quicquam effecerunt. Opus igitur fuit, ut homines eriperentur e paupertate, socialistarum doctrinae doctrinam aliam solidiorem opponere et ad luctandum cum iis non physicas, sed religionis vires arcessere (p. 117).

Quod cum multi perspexissent, oculos in R. Pontificem, ab eo auxilium petentes, converterunt (p. 217). Tunc auctor Leonis XIII., „kotorago pečat odnodunno provozglašala odnim iz veličajšich dějatelej XIX. stolětija“ (p. 220), conatus inde a primis eius pontificatus annis, fuisse describit. Quos conatus cumulo auxit a. 1891 celebri encyclica „Rerum novarum“. Cuius argumentum et effectum uberius idque incorrupte pertractat (p. 222 sqq.).

Occurrentibus adversariis, Leonem XIII. in ea conscribenda caliditate civili usum esse, respondet, se non negare id factum esse, verum in eo encyclicae momentum non verti (p. 226) unde concludit: „а потому какъ-бы небылъ величественъ выступающій предъ нами образъ папы-дипломата, онъ во всякомъ случаѣ не въ силахъ заслонить собою у затмѣнъ гаразю болѣе величественный образъ папы-христіанина“ (p. 217).

Insuper novus papa, qui non est vir civilibus artibus praestans, encyclicam edidit, qua praecipuas Leonis XIII. sententias de quaestione sociali, repetiit easque omnibus consociationibus catholicis normam esse voluit (227).

Ad extremum Leonis XIII. ideis se omnino consentire profitetur. Id unum in laudato auctore reprehendo, quod Pii IX. aures ad catholicorum preces de quaestione sociali solvenda, surdas fuisse, immo damnasae cum omnem socialem progressum; et quod ab eodem Pio IX. iudice scilicet infallibili reiectum erat, Leonem XIII. sua auctoritate in honorem adduxisse iudicat. (p. 220 et 221.)

V. Sokolov; Папа Левъ XIII. (очеркъ его жизни и дѣятельности) (De Leonis XIII. vita et actis) I, 601—640. Sokolov in hoc capite materiam de Leonis XIII. vita institutam porro tractat. Integre ceteroqui iudicans id unum peccat, quod nimiam Leoni XIII. honorum contentionem affingit, velut cum: „Тribus inquit annis variis negotiis consumptis (scil. Beneventi) delegato jam tempus esse videbatur ut ad maiores transiret honores. Itaque ut sui memoria renovaretur, ipse Romam petiit“ (p. 614).

I. Попов: Религіозной идеалъ св. Аѳаназія (Quae religionis species in mente s. Athanasii insederit.) I, 448—484, II, 91—124. Popov studia sua Athanasiana longius prosequitur. Hic, primum de naturae humanae deificatione disserit, idque tertia paragrapho de deificatione naturae humanae in primis parentibus (I, 448—463); quarta in Christo Jesu (I, 463—469); quinta in hominibus a Christo redemptis (I, 469—481); deinde scribit de Verbi Natura paragrapho sexta (II, 91—97); tum septima paragrapho de vita monastica (II, 97—124).

Totam s. Athanasii doctrinam ad artem redegit. Fundamenta eius doctrinae Popov in dogmate de coniunctione Verbi cum natura

humana posita esse existimat; dogma enim hoc s. Athanasium omnia quasi in unum connectere. Singularum deificationum ex operibus s. Athanasii erutarum causam naturam proprietates ex s. Athanasii sententia exponit. Illud, quo s. Athanasius ab aliis, praecipue a s. Irenaeo differt, uberiorem et platonice soteriologiae explanationem esse Popov arbitratur (p. 483). Platonice esse illud Popov videtur, quod s. Athanasius naturam humanam Christi existimat ita esse universalem ut sit in unoquoque nostrum (473 sq.); quod ad primorum parentum deificationem attinet, in eo s. Athanasius aliis excellit quod ea, quae in sacris libris de paradiso et rebus in eo gestis et rebus felicitatem primam et peccato hunc subsecutis narrantur philosophorum more explicat.

Quod s. Athanasius alias Christum assumpsisse certam naturam humanam, alias universalem ita ut nos omnes insimus in Christi humanitate, participesque eius corporis evaserimus docet, — hac ratione conciliat, quod hanc communitatem de Christi in nobis iustificatis praesentia explicat. Sententias de Verbi natura, in hanc s. Athanasii formam redigit: Si Verbum creatum, est quomodo potest creare? Si non est Deus, quomodo potest (nos) homines redemptione deificare? Si Verbum creatum est nonne quam praedicavit religionem mutabilem esse necesse est?

Quae de vita monastica scribit, ex Vita s. Antonii, deprompsit, quam s. Athanasii esse iudicat.

Ad extremum advertendum est Popov obscura quaedam tradere de adoptione nostra (cf. p. 452, 453, 494); neque illa intelligi possunt, quae de Platonice doctrina ad s. Athanasium pertinente scripsit.

Догматъ о Святой Тройци и подносъ знаніе (Dogma de ss. Trinitate et perfecta cognitio) II., 355—404 III., 1—40.

Duo imprimis notanda sunt, quae etiam is, qui huic operi periodico adornando praestitit p. 355 annotavit: auctorem non esse theologum professione (БОГОСЛОВЪ-СПЕЦІАЛИСТЪ), eiusque dicendi modum parum emendatum esse et, ut omnia scripto mandarentur nullo mutato verbo, eum petiisse.

Omissa eius de cognitionis processu opinione, quae plena erroris est ad hoc solum animum intendimus: auctorem dogma ss. Trinitatis merae rationis lumine demonstrare velle eiusque commentatione placita Kantii Hegelii Güntheri aliquantulum immutata repeti. Accipe, quomodo dogma explicet: Pater cognoscendo se, producit Filium (p. 3. 4.), considerando autem secum actum proprium producit Spiritum S. (p. 13) Unde Pater sit, nescimus. — Filius et Spiritus S. cognoscendo non producant, quia cognoscentes iam nascuntur. Immo nec Pater cognoscendo Spiritum S. novam personam producit, quia haec cognitio nullomodo differt a reflexa suisipsius cognitione (p. 13).

Spiritus S. non generatur, sed producitur, quia ille non per se ipsum sed per Filium a Patre cognoscitur. Catholicam de Spiritus Sancti processione doctrinam oppugnans nihil novi in medium profert.

N. A. Zaoverskij. Злонамѣренное оставленіе однимъ супругомъ другого какъ основаніе расторженія брака (Coniuge ab

altero coniuge malitiose derelicto positae solvi vinculum matrimonii) III. 318—342, 422—446.

Cum secundum orientalis ecclesiae canones (?) imperatorumque Graecorum leges, immo et secundum ecclesiae russicae decreta usque ad finem saeculi XVIII. non solum ipso adulterio commisso, verum etiam coniuge ab altero coniuge malitiose derelicto (p. 318 sq. et 422 sqq.) matrimonium solvi potuerit Zaozerskij probare conatur. revera etiam ob hanc alteram causam matrimonium dirimi posse. Eo consilio triplici utitur argumento:

1. Imprimis cum de sacramento agi bene perpexerit, ad ecclesiasticas leges provocat: Allegat s. Basilii 9, 35 et 46 canones (p. 319 sqq.), quos, interpretibus usus Balsamone et Aristene, secundum propositum suum explicat (p. 320 sqq.). Canonem 46^{um} sic explicat, ut de muliere, quae maritum ipsius assensu dereliquerit agi existimet (ВЪРОЯТНО СЪ ЕРО СОГЛАСІЯ) (p. 321); qui canon his verbis scriptus est: „Quae viro ad tempus ab uxore derelicto insciens nupsit, ac deinde dimissa est, quod prior ad ipsum reversa sit, fornicata quidem est sed imprudens. A matrimonio ergo non arcebitur, sed melius, sic permaneat (M. 32, 730). Canone vero 35 et 9 Zaozerskij statuere arbitratur vel coniuge ab altero coniuge malitiose derelicto matrimonium dirimi (p. 321): — quodque mulier, quae virum suum dereliquerat, alteri nupsit, rem culpam solum augmentem ducit (ibidem): hts enim verbis 9. canon est scriptus: . Quare, quae reliquit, est adultera, si ad alium virum accesit, qui autem relictus est, venia est dignus (addit hic: ЕСЪ ВСТУПИТЬ ВО ВТОРОЙ БРАКЪ“) et quae cum eo habitat, non condemnatur .“ (Migne 32, 679).

Sed quid, si vir in causa fuerit, ut eum mulier derelinqueret?
(Pars reliqua sequetur), *M. H.*

J. L. Gondal. S.-J., L' Église Russe ⁶. Paris 1905. (p. 62).

Quod libellus hic iam sexies editus est, testimonio est catholicis Galliae res ecclesiae orientalis cordi magnopere esse. Consilium, quod cl. auctor sibi proposuerat: cognitionem historiae ac status ecclesiae russicae pervulgandi, idonea ratione impletum est. Etiam nobis certe eiusmodi liber opus est. Sed in Gallia reconciliationem ecclesiarum separatarum magis fovere videntur quam apud nationes Russis propiores.

SERBICA.

Bogoslovski Glasnik 1905. Nr. 1—5. J. Zeremski, Magi ex Oriente, pg. 161—170 (pars reliqua). — Descripta intima pericopae huius cum scopo dogmatico evangelii s. Matthaei connexionem, ad singula transit. Radix vocis »magi« ad linguas indoeuropeas pertinet (sanscr. maha, mahat; neopers. mog; μέγας magnus); magi ergo Indoeuropei, non vero Semitae fuerunt, probabilissime e Babylonia, quae hic nomine »Orientis« intelligitur (reginam Sabae in Arabia autem ipse s. Mt. reginam austri appellat) (1—8) Arcanum stellae phaenomenon in coniunctione Jovis et Saturni reponit; talis extraordinariae stellae ostentum decembri a. 749 usque ad febr.-mart. a. 750

a. u. c. revera in tabulis astronomicis Sinensibus (a Touquet a. 1774 editis) memoratur. Cum magis Danielis prophetia de tempore adventus Messiae vix ignota fuerit, talis stellae prodigium, Messiae nativitatem indicare eis potuit (9—10). Stellam nihilominus mirabilem fuisse ex Mt. 2, 9—10 apparet (162—165).

A. Živanović, Veronauk na gimnazijama (Instructio religiosa in gymnasiis) pg. 209—217, 363—366. — Auctor disserit de materia in scholis tradenda et de libris in usum earum scriptis; novum schema, quod materiam aptius secundum singulas classes disponat, desiderat.

V. Pribičević, Srbi pitomci kijevske akademije Serbi alumni academiae Kioviensis a. 1721—1762) pg. 248—252. — Censura de commentatione prof. academiae Kiov. N. I. Petrov 28 Serbos in acad. Kiov. hoc temporis intervallo studiis vacantes enumerat, putat vero eos multo plures fuisse. Pribičević putat in archivis serbicus fortasse plura de hac quaestione adhuc inveniri posse.

Pg. 307—310. M. Grujić recensens novam editionem libri Dr. J. Silbernagl, Verfassung u. gegenwärtiger Bestand sämtlicher Kirchen des Orients, ostendit folia germanica hanc novam editionem nimis laudibus extulisse cum praesertim de eccl. Serbica multa falsa vel inaccurata contineat.

Commentationes (versionesve) scriptorum Kuljučin-Bogdanović, Eustratiadis-Pribičević, V. Miroslavjević, D. Rurarac, E. E. Golubinskij-Maksimović continuantur.

Glasnik pravoslavne Crkve. 1905 Nr. 1—5.

R. T. Ružičić, Tolstoj kao psiholog i moralista, pg. 60 67, 161—166, 252—256, 348—354.

Dr. B. Petronijević, Lajbnicova Teodiseja (Leibnitzii Theodicea), nr. 1—5; porro tactabitur.

M. N. Milutinović, Pastirsko služenje starozavetnih proroka (De V. T. prophetarum munere pastorali), nr. 2—5; p. tractabitur.

S. Domentijan, Začeci i razviće religioznih arhitekturnih spomenika (De monumentorum architecturae religiosae initiis et progressu) pg. 225—234. — Commentatio instrumento »scientifico-critico« caret.

S. M. Veselinović, Poslanica sv. apostola Varnave u patrološkoj kritici (De S. ap. Barnabae epistola in iudicium vocata a studiosis criticae patrologiae), pg. 198—212. —

Contra historicos recentiores (Gieseler, Neander Fessler, Bardenhewer e. a.) auctor cum Nirschl et cum scriptoribus christianis primorum 4 saeculorum defendit sententiam, S. Barnabam esse huius epistolae auctorem (198—204). Epistola scripta est mox post urbem Hierosolymam dirutam (post a. 70 p. Chr.), sed ante a. 76., in quo anno communiter s. Barnabae mors ponitur (204—206). Utrum epistola haec iudaeo-, an ethnico-christianis destinata sit, incertum est; constat autem eam contra christianos iudaizantes scriptam esse (209—212). Auctor in litteratura huc pertinente bene versatus est; praeter auctores germanicos, gallicos et anglicos etiam nonnullos Russos (Čeljcov, Gusev, Preobraženskij) allegat. — In appendice fasciculi huius (3.) pars versae in Serbicum epistolae s. Barnabae edita est; procedente tempore omnium Patrum apostolicorum scripta ad criticam rationem translata sub directione S. M. Veselinović edentur.

A. Vujičić, Vaviloni Biblija (Babylon et Biblia), pg. 283—290. — Status quaestionis huius in Germania bene describitur.

I. Ivačković, Simboličke knjige pravoslavne crkve (De eccl. »orthodoxae« libris symbolicis), pg. 303—325. — Commentatio occasione libro I. Michalcescu, Θεσαυρὸς τῆς ὁρθοδοξίας, Leipzig 1904 (cf. Slav. I. theol. pg. 98) oblata conscripta est. I. Iv. desiderat, ut I. Mich. momentum symboli niceaeo-constp. et extraordinarium librorum

symbolicorum in eccl. orientali momentum magis praedicaverit. Ex professionibus fidei privatis solas »Professionem orthodoxam« Petri Mogilae et homologiam Dosithei (Confessio Dosithei) »oecumenice« recepit; quapropter Michalescu fidei professionem privatam patriarchae Genadii et partim inaccuratum opus Mitrophanii Kristopuli minus recte libris symbolicis adnumerat (pg. 325).

I. Bojović, Vaspitanje (De educatione), pg. 376—383.

A. M. Popović, Uzvišenost hrišćanskog braka (De matrimonii christiani sublimitate), pg. 383—400.

S. Domentijan, Hrišćansko i talmudističko učenje o Bogu (De christiana et talmudica de Deo doctrina), pg. 401—414.

G. R.

SLOVENICA.

Katoliški Obzornik 1905. Nr. 1—2. Dr. A. Ušeničnik, Na potih vere (In viis fidei), pg. 105—121. Analysis operis a Brunetiére conscripti, Sur les chemins de la Croyance Paris 1905; annotantur quaedam de doctrinae »positivae« (certae) positivismi ad fidem relatione.

Dr. J. Krek, Jakobinska svoboda (»Libertas iacobinica«) pg. 122—142. De oppressione ecclesiae in Gallia saec. XIX et proximis annis. — Dr. A. U. »Pestis perniciosissima«, pg. 199—282. Recensio libri prof. M. Zdziechowski de catholicis libere sentientibus de ecclesia (de »liberalismo catholico«) Warszawa 1905.

Dr. J. Gruden, Akvilejski patriarhi za dobe sv. Cirila in Metoda in njih razmerje do slovenskega bogoslužja (De patriarchis aquileiensibus tempore ss. Cyrilli et Methodii; quomodo habuerint se ad liturgiam slaviam.) pg. 9—20.

Haec quaestio magni momenti est et hucusque parum explorata. In historia ss. Cyrilli et Methodii patriarchae aquileienses fere a nemine respiciebantur, cum communis esset persuasio, eis cum ss. fratribus commercium nullum fuisse, quam opinionem falsam esse prof. Gruden ostendit. Potestati patriarcharum aquileiensium magna pars populi slovenici (sensu restricto) et pars Croatiae (et Dalmatiae) subiecta erat; missionarii Aquileienses usque in partes Panoniae et Croatiae s. Methodio subditas, immo usque in Moraviam perveniebant (p. 10). Vicissim ss. fratres Slavos meridionales patriarchatui Aquileiensi subditos non mediocriter iuvabant. Iure igitur hinc colligi potest patriarchis aquileiensibus cum ss. fratribus rationem intercessisse. Revera nonnulli historici russici (Golubinskij, Mališevskij) ex vitis ss. Cyrilli et Methodii coniciebant eos ante iter romanum ad patriarcham venetianum se contulisse et inde demum Romam accersitos esse. Hic patriarcha »venetianus« non potest esse alius nisi aquileiensis (pg. 12). Patriarchae aquileienses auctoritati Graecorum apud Slavos favebant, patr. Valpertus (875—901) etiam ad schisma Photii transiit (pg. 20). In Dalmatia tunc liturgia slavica praesertim sub Theodosio metropolita late divulgabatur, tecta praesidio patriarcharum aquileiensium. — Tota commentatio aliquid inchoati et trunci prae se fert neque perfecta dici potest. Commentarios rerum regionis auctor bene cognitos habet, sed litterarum monumenta de ss. Cyrillo et Methodio, slavica potissimum nonnihil negligit. Quae cum ita sint, quaestionem tantum historicam proposuisse dicendum est diligentius alias tractandam.

Dr. J. Gruden, Glagolica v akvilejski metropoliji in njen pomen za slovensko slovstvo (Litterae glagoliticae in metropoli aquileiensi quid momenti habuerint ad litteras slovenicas) pg. 141—157. Divulgari litterae glagolitice in Carnioliā, quae terra inde a saec. XI. usque ad XVIII. cum Istria coniuncta erat, certe iam saec. XIII. coeptae sunt. Saec. XIV. eisdem diffundendis Carolus IV. imperator una cum patriarchis aquileiensibus favebat; a saec. XV. multi sacer-

dotes e terris Slavorum ad meridiem spectantibus, quae a Turcis oppressae tenebantur, in Carnioliam abibant, qui lingua slavica in liturgia utebantur. Quae omnia constantia quadam fiebant. Saec. XV. et XVI. usus librorum liturgicorum glagoliticorum iam consuetudine legitima confirmatus erat. Atque episcopi labacenses etiam XVI. sacerdotes inaugurabant, qui »idiomate glagoliticō« sacrificium faciebant. (pg. 153). Per multa fragmenta glagolitica, hac recentiore memoria variis Carnioliae locis inventa (pg. 143—147), ostendunt, quantopere libri glagolitici liturgici percrebuerint. Litterae glagoliticae etiam in usum saecularem venerant. Ex quibus omnibus efficitur litteras glagoliticās vehementer ad litteras nationis Slovenorum proprias pertinuisse et fundamenta fuisse futuri communis Slavorum meridianorum sermonis in scriptis adhibendi. Sed per scriptores protestanticos saec. XVI. hic usus interruptus est. — Prof. Gruden hac commentatione historiae litterariae et ecclesiasticae novas rationes patefecit et ea, quae exposuit, Slavorum australium historiam ecclesiasticam et saecularem illustrant.

Voditelj v bogoslovnih vedah. 1905. 2—3.

F. Kovačič, Anicij Boetij in njegovo modroslovje (De Anicio Boëthio eiusque philosophia) pg. 121—137, 272—298. (Pars reliqua sequetur).

A. Čížek, Stigmatizacija, pg. 137—150 (continuabitur).

Dr. A. Medved, Zgodovina cerkvenega govorništva (Historia eloquentiae sacrae) pg. 150—161 (pars tantum).

A. Stegenšek, O grbih na cerkvenih predmetih v konjiški dekaniji (De generis insignibus [Wappen] in ecclesiis decanatus Konjice) pg. 161—167. Auctor in rebus archaeologicis optime versatus hic nonnulla tradit quae postea in tomo II. »Monumentorum eccl. dioecesis Lavantinae« eiusdem auctoris publicabuntur.

V. Preglej, Arhivalni izpiski za zgodovino lavant. škofije (Excerpta ex archivis ad historiam dioec. Lavant. illustrandam) pg. 168—176.

J. Markošek, Razlaga sv. psalmov v kompletoriju (Explicatio psalmoreum Completorii) pg. 249—272 (pars reliqua). — Explicatio valde accurata usuique apta, textum originalem semper respiciens. Litteraturam exegeticam abundanter adhibet, etiam auctores bohemos (Sedláček, Mlčoch).

J. Kavčič, Simbolika ali znamenstvo (Symbolica) pg. 298—307 (continuabitur).

F. G. et F. K.E eclesia orientalis pg. 130—131 (Pars russica in bibliotheca Vaticana; A. Palmieri in Russia); pg. 346—348 (Disciplinae christianae in eccl. russica correctio [reformae]).

PALAEOSLAVICA.

Glagolitica. Publicationes palaeoslavicae Academiae Veglensis.

Annus fasciculus I.: Liber Ruth. Ex codice bibl. palatinae Vindobonensis transcriptum notis bibliographicis in eundem codicem ornavit *Ioseph Vajs*. Veglæ 1805. Pag. 32 in 8^o.

Lactamur de hoc novo fructu studiorum indefessi auctoris, qui in lucem profert monumentum primo aspectu quidem exiguum, sed magni momenti.

Glagolitica versio libri Ruth, quae hic publici juris facta est, extat in apographo saeculi XIV., in codice nempe, qui. a. 1396 scriptus est a quodam Vito, scriba de Castromusculo in usum capitularis ecclesiae s. Bartholomaei in castelo Roč in Istria, nunc autem

in bibliotheca palatina Vindobonae asservatur. Post diligentem per-
 vestigationem et collationem textus doctus editor hanc propositionem
 statuit: „In glagoliteo textu libri Ruth contineri partem slavicae
 versionis s. Scripturae secundum aliquem codicem graecum comparatae,
 quae antiquioribus textibus, qui dicuntur Pannonici, appropin-
 quat“. Quum textus glagoliteus, etsi generaliter sequatur textum
 Vaticanum (B), tamen saepius ab eo discedat, indicat auctor, nos
 codicem, qui glagoliteo textui pro archetypo erat, nondum nosse.
 Versionem glagoliticam auctor summopere laudat, asseverans ipsam
 „summa excellere fidelitate, ita ut non solum res alicuius momenti,
 sed minutissimas quoque particulas, quae si in alium locum transfe-
 rantur vel etiam omittantur, sententiam minime laedant, suis locis ad
 verbum interpretetur ita tamen, ut translatione servili minime laboret“.

Dein ostendit auctor, textum glagoliticum ceteris textibus slavici-
 acetate anteire, atque hanc sententiam notatu dignam profert: „Res
 cum ita se habeant, vera est propositio nostra, glagoliticum textum
 libri Ruth indicia ostendere, quae eum textibus cyrillianis praeferunt
 eumque antiquioris slavicae versionis s. Scripturae partem esse demon-
 strant. Quibus probatis nemo sane fuerit, qui nobis adversetur, quin
 textum hunc literariae haereditati ss. Fratrum probabili-
 ter adscribamus. Ex quo iam sequitur textum nostrum haud
 parvi momenti esse in historia ipsius slavicae versionis s. Scripturae,
 quam novissimis temporibus nonnulli in suspicionem vocatam esse vo-
 lunt, nisi contrarium probetur“.

Ipsaque statim ostendit, quid ex vetustissima hac versione con-
 cludere liceat. Statuit enim et explicat thesim: Versio s. Scripturae
 a ss. Fratribus Slavorum Apostolis confecta non solum Evangelium,
 Apostolum, Psalterium cum textibus, qui dicuntur parocmenici, conti-
 nebat, sed ad alios quoque textus extraliturgicos sese extendisse videtur“.

QUAEDAM, DE QUIBUS THEOLOGI UTRIVSQUE ECCLESIAE DISSENTIUNT.

III.

**Quomodo theologi ecclesiae romanae et theologi ecclesiae
 graeco-russicae locum Mt 16, 18¹⁾ interpretari soleant.**

Notum est inter praecipua argumenta, quibus primatus iurisdic-
 tionis sedis romanae in ecclesia Christi superstruitur, locum esse illum
 Matthaei, quo a Christo promissum esse beatum Petrum verum ac
 proprium ecclesiae universae superiorem fore contenditur. Hoc igitur
 argumentum undique considerandum statuimus, quo quid valeat, unde
 laboret patere et a criticis ostendi facilius possit. Itaque supposita loci
 genuinitate²⁾ demonstrari intenditur ita hunc locum explicandum esse,

1) Graece: Καὶ γὰρ δὲ σοι λέγω, ὅτι σὺ εἶ πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκο-
 δομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾗδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτήν.

2) Cf. Stimmen aus Maria Laach 1896. I., 129. 288. 375.

ut I. illa verba ad Petrum a Christo directa esse intelligantur, eumque ut personam a reliquis distinctam, non collegii apostolici vel ecclesiae repraesentantem: ut II. Simon dictus sit esse petra, petra ea, in qua Christus fundaturus sit ecclesiam: ut III. nomine ecclesiae hic ecclesia Christi universa (membra, quae actu, non ea, quae voto ad ecclesiam pertinent), ne apostolis quidem exceptis significetur: ut IV. sensus huius incisi sit: Christum Simone usurum esse in ecclesia eo modo, quo petra adhibetur ad aedificium superstruendum (sive Petrus habuit iam qualitatem, vi cuius esset ad tale munus aptus, sive petra nominatur per anticipationem a munere, quod sine speciali aptitudine naturali erat accepturus); denique ut V. haec relatio relationem primatus iurisdictionis seu superioritatis exprimat:

Iam quomodo hae singulae partes probari soleant videamus.

Ad I. Christum verba illa 'Tu es Petrus' etc. ad Simonem direxisse eumque ut a reliquis distinctum imprimis *a)* obvius est sensus huius loci. Dicit enim Christus: dico tibi. tu, tibi dabo, ligaveris, solveris. Sed si quis communitatem alloquitur etsi mediante aliquo ex ea, dummodo tota adsit, utitur plurali; sicut ipse interpret voluntatis communitatis dicit nos. Cf Mt 19, 27; Jo 6, 69.

b) Verba illa certe referuntur ad eum (vel eos), qui confessionem divinitatis Christi edidit; nam loquitur ad illum, qui ita respondit, et sicut ille dixerat: tu es Christus, ita (*καὶ ὁ δέ*) dicit: tu es Petrus. Atqui unus Simon, non dependenter ab aliorum delegatione, nec eorum nomine dixit: tu es Christus, etiamsi ceteri quoque apostoli hanc veritatem ante cognoverint. Nam 1. Christus beatum dicit Simonem Bar Jona, ergo certe non ut repraesentantem apostolorum i. e. apostolos in ipso, idque non quia Deus revelaverit ipsi, quid apostoli sentiant (nam hoc Deo indignum fuit), sed quia ipsi revelavit veritatem, quam protulit. Atqui, si Simon locutus esset nomine apostolorum, apostoli omnes beati dicendi erant. 2. Nequit supponi vel Simonem prius interrogasse singulos, acsi Christus idem non iam fecisset sua interrogatione: vel Simonem putasse se posse pro aliis ex sua notitia respondere, licet sciverit Dominum etiam humano modo illos melius nosse quam se: et hoc responsum Christum acceptasse.

c) Kephaz nomen fuit Simonis a Christo ipsi singulari inditum. Ergo non potuit Christus saltem sine ambiguitate illud applicare ad collegium apostolorum.

d) Eidem. quem allocutus est hic, promittit saltem v. 19 Christus omnimodam potestatem; iam si non ipsi ut ab aliis distincto tradita est, tradita est apostolis aut collective aut distributive sumptis. Hoc est absurdum, sc. ut 12 homines absolutas auctoritates in societate acceperint; illud vero non potuit fieri, nisi modus accuratior determinatus sit. Verum talem determinationem saltem postea factam (nisi dicas Petrum esse primatem factum huius collegii) nec ex scriptura nec ex traditione constat; ergo negandum est.

e) Christus, filius Dei praevидit sane hoc sensu accepta fore haec verba per longum tempus a maxima parte fidelium: seduxisse dicendus esset eos in errorem, si aliud intelligi voluisset. Cf. Hilarius, In Mt

14, n. 17; De Trin. l. 6, n. 37: Optatus, De schism. don. l. 7, n. 3: Cyrillus hieros., Catech. 11, n. 3: Ambrosius, In Le l. 6, n. 97: Asterius amasen., Hom. 8 in Petrum et Paulum: Basilius seleuc., Or. 25, n. 4: Afrem, Sermon. 4 in hebdom. s., n. 3. (Hymni et serm. ed. Lamy I, 412); Origenes, In Mt tom. 13, n. 31: Basilius M., Prooem. de iudicio Dei n. 7; Leo M., Ep. 10, c. 2: Theod. Abucara (Bessarione a. 8. fasc. 78, p. 311); Græcorum liturgiæ testimonia cf. ap. N. Nilles, Kalendarium manuale² I., 72. 194: La Terre Sainte 1897 (23^e année, t. XIV.) p. 106 etc.; Syrorum testimonia cf. ap. Ebed-Jesu Khayyat, Syri orientales et romanor. pontificum primatus. Romæ 1870. — Behnan Benni, The tradition of the Syriac church of Antioch concerning the Primacy of S. Peters etc. London 1871.

Ad II. Subiectum immediate designatum voce πέτρα est idem atque illud, quod vocabulo πέτρος designatum fuit.

Etenim 1. in contextu sive antecedente vocem petrae sive consequente ad Petrum et de Petro sermo est; unde sunt verba: ei, repetitum es, repetitum tibi, tu, ligaveris, solveris. Ergo et incisum intermedium „et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam“ de Petro pronuntiatum esse intellegi oportet.

2. Pronomen ‘hic’ non potest referri ad subiectum ignotum. Iam subiectum proxime nominatum et exhibitum ut petra est ipse Simon; immo aliud nec praecedit nec subsequitur, ad quod referri pronomen tale possit. Digito autem Christum aliam petram demonstrasse a) gratis supponitur; b) digito demonstrasset aut se aut alium apostolum, aut aliquam petram materialem; non petram materialem, tum quia vox ecclesiae significabat coetum fidelium, tum quia Christus aedificium materiale non extruxit ideoque se tale exstructurum esse promittere non potuit; non alium apostolum; nam alioquin huic debuisset indere nomen petrae, non Simoni; et saltem sequeretur aliquem ex apostolis accepisse primatum. Nec se ipsum: alioqui debuisset adhibere particulam adversativam, non copulativam ‘καί’; deinde promissum magnum aliquod de Petro proferendum (καὶ γὰρ δέ σοι λέγω) inepte interrupisset per incisum ‘et in hac petra . . .’, aut totum illud magnum in mutatione inani nominis constitisset. Neutrum sane dici potest.

3. Simon dixerat: Tu es Christus, et recte, siquidem hoc ipsi a Patre revelatum fuit. Christus Simoni dicit: tu es saxum (Kephaz aramaice). Illud nomen Christi determinatam significationem habebat, tamen a Simone explicatum est verbis Filius Dei; hoc Petri nomen valde indeterminatum est; si igitur etiam Christus (καὶ γὰρ δέ) vult dicere Simoni quis sit, debuit illud determinare, quatenus, qua relatione sit saxum; alioqui nec novi quicquam dixisset. Optime autem determinavit, si illud „et in hoc saxo . . .“ etiam ad Simonem refertur. Nec dici potest ex ipsis circumstantiis satis patuisse eum vocari petram, nempe ob constantiam suae fidei; nam si hoc patuisset, Christus nihil magni novique dixisset.

Ad III. Nomine ecclesiae in sententia de qua agimus a Christo

ecclesiam Christi universam ne apostolis quidem exceptis intellectam esse his docent rationibus:

1. Christus non dicit solum: „ecclesiam“, sed „ecclesiam meam“ i. e. ecclesiam Christi, eamque cum articulo: *ὀδοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν*. Atqui talis non est tantum pars ecclesiae, sed ecclesia universa seu omnes collecti in societatem a Christo fundatam.

2. Nominē ecclesiae aut intelligitur coetus apostolorum, aut coetus reliquorum fidelium, aut pars aliqua horum tunc non determinata, aut universi fideles. Si primum, consequenter universa ecclesia comprehenditur: si alterum, apostoli aut essent simul cum Petro fundamentum aut extra coniunctionem cum fidelibus; sed solum Petrum Christus dicit fundamentum ecclesiae, apostolos autem nec fundamentum nec membra ecclesiae fuisse quis dixerit? Tertium non potest statui, quia nulla pars determinata in ecclesia Christi habet in se specialem rationem, ob quam simpliciter ecclesia vocetur, vel etiam ob quam in Petro fundamentum habere dicatur: nam unica ratio hoc dicendi, quae cum aliqua probabilitate afferri possit, est aliquam ecclesiam a Petro fundatam esse: sed multae ecclesiae a Petro neque tamen ab eo solo, sed simul cum aliis sint fundatae. Ergo restat quartum.

Ad IV. Ad probandum iudicium theologorum catholicorum sensum huius partis sententiae esse: Christum Simone usurum esse in ecclesia eo modo, quo petra adhibetur ad aedificium superstruendum (sive Petrus habuit iam qualitatem, vi cuius esset ad tale munus aptus, sive petra nominatur per anticipationem a munere, quod sine speciali eius naturali aptitudine Christus ei traditurus erat), haec afferri solet ratio:

Exprimitur verbis illis ecclesia in aliqua relatione ad Petrum a Christo ponenda, qui quasi architectus vel dominus sapiens fundamentum firmum eligit aedificandae ecclesiae. Quae relatio est certe fundamenti ad fundatum, suppositi ad superstructum; alioquin enim non potuisset dici „in hac petra“.

Ad V. Restat, ut probetur hanc relationem esse relationem primatus iurisdictionis seu superioritatis in universam ecclesiam. Ad hoc praestandum ita procedunt:

Fundamentum aedificii quadruplicem vim habet: est prima pars domus, est pars, quae firmitatem et stabilitatem aedificio tribuit, „aedificium sustinet“ (Afr em l. c. Serm. IV.), est pars, extra quam aedificium vel eius pars esse nequit et est pars, quae universas partes aedificii sustentat easque in unitate continet. Ex his proprietatibus ipse Christus Dominus alias (Mt. 7, 24.) ad secundam certe respexit.

Christus hic certe respexit saltem etiam ad proprietatem secundam fundamenti. Nam alioqui dicendum esset unicam rationem, cur Simonem vocaverit potius Petrum quam *τεμέλιον* (fundamentum), fuisse blandae hyperbolae studium. Accedit, quod additum est: *καὶ πύλαι ἄδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς* concordanter cum Mt. 7, 24. Nam etsi demus hoc significare tantum: erit adeo firma sicut mors, quod a modo loquendi Christi videtur alienum et ipsi notioni verbi *κατισχύω* communi minus respondet, tamen etiam ita firmitatis ratio exprimitur certe in relatione ad fundamentum.

Deinde prima proprietas fundamenti (esse primam tempore partem aedificii) sola certe hic non potest intelligi. Nam *a)* tertium comparationis non esset sufficiens ad comparationem illam instituendam; (nec enim allegari potest forte Mc. 3, 17., ubi nec vere impositum est nomen proprium, nec tanta sollemnitate prolata comparatione, qua tamen sicior est comparatio nostra): praesertim cum primum membrum societatis numerosae potius primo lapidi quam toti fundamento comparandum esset. *b)* non est verum Simonem primum hominem vere christianum fuisse. Cf. Lc 1, 31. ss.: Jo 1, 15. 30. 36. — Iam vero et secunda et tertia et quarta proprietas fundamenti in relatione ad societatem aliquam (et sermo est de una) pertinent solum ad auctoritatem supremam, a qua universa societas (omne. collective sumpti) pendet et regitur.

Nam *a)* et experientia docet et a priori patet nisi omnes, qui ad ecclesiam pertinent, etiam collective sumpti ad Petrum sequendum eique praecipienti adhaerendum obligati essent, nullam unitatem posse obtineri vel conservari. Atqui sine unitate nulla stabilitas aut firmitas. *b)* Aliud quidquam, quod munera illa vel eorum aliquod gereret, esset aut primatus honoris vel auctoritatis, aut primatus praedicationis prae universa ecclesia. Atqui de primo docet experientia v. g. in parliamentis (senatibus): alterum aut intelligitur eo sensu, quod doctrina Petri sit fundamentum, tunc non Petrus esset fundamentum, sed eius doctrina, ipse vero architectus: aut intelligitur eo sensu, quod Petrus primus praedicavit Christum et etenim certe non praestat illud, quod petra: praesertim cum Ecclesia sine hoc actu transeunte Petri etiam potuerit aedificari et talis prioritas in praedicando robur ad portas inferi superandas addere non potuerit. Nec patribus istud explanationis unquam venit in mentem.

Restat, ut et altera pars audiatur. Et quia a priore stamus, huic concedendum videtur esse, ut verbis non mutatis quae statuunt proferamus.

Primam quidem graecarum epistolarum generalium interpretationem cognoscere non alienum videtur esse. In epistola data 6. Maii a. 1848³⁾, § 11. legimus: „Nisi ecclesia Christi aedificata esset super firma petra confessionis Petri [non ipsius Petri: contra II.]: ‚Tu es Christus, filius Dei vivi‘ (quod fuit commune responsum apostolorum ad quaestionem illis positam: ‚Vos quem me esse dicites‘ [Mt. 16, 15. 16.: cf. I. *b.*], ut divi patres orientales et occidentales exponunt), ipse Kephas infirmum esset fundamentum, multoque infirmius papa, qui quomodo clavibus regni caelestis sibi sumptis usus sit, ex historia notum est“.

In epistola „magnae“ ecclesiae constantinopolitanae data mense Augusto a. 1895⁴⁾ n. 14. Anthimus VII. haec dicit: „Illud ipsum, quod papa romanus allegat: ‚Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam‘ (Mt. 16, 18.), ut ipsi papistae norunt, primis

³⁾ Okružnoc poslanie edinoj, svjatoj, sobornoj i apostol'skoj cerkvi ko vsĕm pravoslavnym hristianam. Spb. 1850 p. 18–19.

⁴⁾ Otvĕt velikoj hristovoj cerkvi konstantinopol'skoj na encikliku papy rimskago L'va XIII. o soedinenii cerkveje. M. 1896 str. 13.

ecclesiae saeculis ab omnibus patribus sine ulla exceptione omnino aliter sensuque orthodoxo explicabatur metaphorice firmam illam petram, super quam Dominus ecclesiam suam aedificaturus erat, cuique portae inferi non praevalerunt accipiendo de Petri vera confessione: ‚Tu es Christus Filius Dei vivi‘ (Mt. 16, 16.) [contra II.]. Hac confessione ac fide salutaris evangelii praedicatio continetur omnium apostolorum eorumque successorum“.

Sed iam Russorum exegetas consulamus. Optima commentaria evangelii secundum Matthaeum habentur opus compositum a M. Barsov ex variis scriptoribus (Sbornik statej po istolkovatel'nomu i nazidatel'nomu čteniju četveroevangelija² Sph. 1893) et liber ab episcopo Mihail conscriptus (Tolkovoe evangelie kn. 16. Kiev 1899).

In priore opere (t. II., p. 22—4) ad locum nostrum exscripta est pars orationis a Filaret, metropolita mosc. habita 6. Sept. 1825 (invenitur in eius Sočinenija t. II., 407—9: etiam in Hrist. Čtenie 1895 II., 80—2). „Ut recte intelligatur, qua ratione super hanc petram, quae est Petrus apostolus aedificata sit ecclesia, ante omnia illud axioma tenendum est, fundamentum universale, altissimum ac primum lapidem angularem aedificii ecclesiastici non esse alium atque Jesum Christum, Filium Dei vivi (1. Cor. 3, 11.; Eph. 2, 20—2.). Ideo Petrus non prius positus est ut fundamentum, quam ipse Christus fundamentum posuit. Prius Petrus dixit Domino: ‚Tu es Christus, Filius Dei vivi; eo dicto iam Dominus Petro: ‚Tu es, inquit, Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam‘. Observate illud quoque Dominum promittere quidem Petro se super eum ecclesiam aedificaturum esse: ‚super hanc petram aedificabo‘: sed non promittere ecclesiam fore eius, verum suam a Christo appellari: ‚aedificabo ecclesiam meam‘. Qua ratione super illa petra, quae est Petrus apost. ecclesia Christi aedificata est? Cum Jesus Christus in mundum venit, stabat ecclesia Judaeorum, sed christianae ne fundamenta quidem apparebant; fundamenta intelligite ea, de quibus nunc locuti sumus. Quorum fundamentorum mysterium Petro primo revelatum est non a carne aut sanguine, i. e. non ab homine nuntiatum, sed a Patre, qui in coelis est revelatum (Mt. 16, 17.). ‚Tu es Christus, Filius Dei vivi‘ dixit Petrus et revelata sunt fundamenta ecclesiae christianae. Petrus primus ea vidit et primus in eis hic lapis impositus est et primus ex apostolis Petrus promissum accepit, in se ipso aedificium esse extruendum. ‚Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam‘. Reipsa aedificari super hac petra coeptum est, postquam Spiritus s. super apostolos venit. Spectate etiam tunc Petrum primum fundamenta prius posita, quae sunt Jesus Christus, ponere idque firmissime. ‚Certissime sciat ergo omnis domus Israel, quia et Dominum eum et Christum fecit Deus, hunc Jesum, quem vos crucifixistis‘ (Act. 2, 36.).

Iam videtis sine dubio et intelligitis qua ratione supra petram, quae est Petrus ap. aedificata sit Christi ecclesia. Aedificata est praeconio [contra V.] Petri et ceterorum apostolorum [contra I.], baptismo ab eis dato, etc.“.

Mihail l. c. p. 313—314 verba Christi hoc modo explanat: „Super hanc petram aedificabo ecclesiam meam‘ Imago petita est

ex consuetudine utendi firmis lapidibus in fundamentis iaciendis (cf. 7. 24—5). — Ecclesia significat consortium arcessitorum vel coetum christianae legis studiosorum. ubicumque sunt, ubicumque vivunt. Super hanc petram: haec verborum immutatio ab aliis aliter explicatur. Alii⁵⁾ petram interpretantur apostoli confessionem [contra II.] Jesum Chr. esse Messiam, Filium Dei et totam Christi sententiam hoc modo reddunt: Tu es Petrus et super hanc tuam adamantinam (petrae instar) confessionem, me esse Filium Dei, aedificabo ecclesiam meam: haec tua confessio fundatio erit fidei coetus illius, quem ego constituo (Jo. Chrys., Epiph., Theodoret., Theophil.) Alii⁶⁾ lapidem interpretantur ipsum Jesum Christum [contra II.], qui in libris sacris non raro hoc nomine appellatur (Is 28, 16: 1 Petr 2, 8) et Christi sententiam ita reddunt: Tu es Petrus et super verum immobile tamquam petra. quod elocutus es: me esse Messiam... (Hieron., August.) Alii petram ipsum Petrum apostolum interpretantur, confessum Jesum Christum esse Filium Dei (Tert., 7) Orig. (Greg. M.), certe non eo sensu, quo romani catholici Petro apostolo primatum super ceteros apostolos et papae, ut eius successori, totius ecclesiae christianae principatum vindicare volunt [contra V.]: nam ii, qui illo modo locum explanant, aperte contra dicunt (v. g. Origenes). et id, quod Petro apostolo hic promissum est (v. 19), postea promissum est etiam omnibus apostolis (Jo 20, 22—3). Denique alii petram interpretantur omne. apostolos [contra I.]⁸⁾, quorum verbis Petrus ap. fidem confessus est (Orig., Hieron., Theodoret.). Quamcumque interpretationem sequimur, in nulla ratio invenitur, qua vindicatum ob hanc sententiam a papa romano capitis ecclesiae fastigium nitatur.

⁵⁾ De his cf. Ballerini, De vi ac ratione primatus romanorum pontificum ed. Migne, Theologiae cursus completus t. III. c. 984—1000. Dom. Palmieri, De rom. pontif. p. 259—255. Nimirum sicut s. Hieronymus (Ep. 61 ad Pamm.) dicere non dubitavit super aquas Petri corpus non ambulasse, sed fidem, ita illi, qui Petro primatum iurisdictionis promissum esse credebant, petram Petri fidem interpretari potuerunt. Nam praeter explicitam nostram interpretationem aliae implicitae et ex analysi rei per verba significatae colligendae veritate non carent.

⁶⁾ Hic afferri solent: Hieronymus, In Mt 7, 24: Augustinus, Serm. 13 de verbis apostoli: tract. 124 in Jo; Retract. l. 1, c. 21; Theodoret., In 1 Cor. 3; Beda, In Mt 16; Paulin. aquil., C. Felicem l. 1; Rhabanus Maurus, De univ. l. 4, c. 1; Anselmus, P. Lomb., Coelestinus III. (ep. 13), Innoc. III. (Sermo 2 de consecr. pontif.). Sed Hieron., Paulin. non loquuntur de petra Mt 16, 18; Beda, Rhaban. M., Anselmus, P. Lomb. secuti sunt Augustinum, qui s. Ambrosio suam interpretationem tantum ut probabilem opposuit, ad quam pervenit quia „contra donatistas agebat, qui sacramentorum vim in ministrorum sanctitate collocabant“ Natalis Alex. H. E. diss. 4, s. 1, § 3; denique Theodoretus, Coelestinus, Innocentius solum docent ecclesiam esse Christi, quod nemo negat. — Ceterum notentur verba auctoris op. de vocatione omnium gentium l. 2, c. 28 Petrum ex principali illa petra communionem accepisse et virtutis et nominis.

⁷⁾ De Tertulliano cf. Katholik. Mainz. 82 (1902) p. 193 220.

⁸⁾ Petrus a patribus vocatur os ecclesiae vel apostolorum (cf. Jo Chrysost., In Mt hom 54 (al. 55) n. 1; August., Serm 76, c. 1, n. 1; Hieron., In

Ut polemicas quoque litteras consulamus, N. Běljaev (O kato-licizmě. Kazan' 1889, p. 77) „Maior, inquit, pars patrum magistrorum-que, quorum numerus est 44 petram interpretantur non Petrum apo-stolum, sed ipsum Dominum Jesum Christum vel fidem divinitatis Christi, quam Petrus professus est.“ Ipse sententiam suam eodem modo proponit eodemque argumento utitur (p. 82), quo A. Lebedev. (O glavenstvě papy. Špb. 1887, p. 236): dictum esse a Domino „Tu es Petrus (masc.) et super hanc petram (fem.) aedificabo ecclesiam meam“; ergo verba illa Domini ad Petrum referenda non esse et an-nominationem adhibitam esse [contra II.]⁹⁾. Ceterum loci nostri accu-ratam explicationem enodationemque etiam in libris polemicis frustra quaeres. I. Truskovskij (Rukovodstvo k obličitel'nomu bogosloviju 1899) omnino satis habet circuitione quadam argumentari. P. 40 enim „In s. libris, inquit, clare significatur Salvatorem neminem apostolorum eis ducem praeposuisse nec apostolos Petrum apostolum principem suum existimavisse“¹⁰⁾ Nec in eis libris polemicis, qui peculiari modo quaestionem de primatu episcopi romani tractant, multa hac de re, quae nova sint, inveniuntur. Tamen quae Avd. Vostokov (Ob otnošenijah rimskoj cerkvi k drugim hristianskim cerkvam i ko vsemu čelověčeskomu rodu č. I. Špb. 1864, p. 36—39) habet, exempli causa exscribimus.

Mt 16, 15. 16) quatenus confessus est quod apostoli confiteri debue-runt (et tota ecclesia, si adfuisset); non repraesentavit apostolos pure symbolice; iuridice autem nec actu nec potentia, sed quadam desig-natione divina. Cf. Palmieri, De rom. pont. p. 230. Nec licet argumen-tari: apostolos eandem fidem habuisse ac Petrum, ergo idem eis do-natum esse. „Deus est enim suorum donorum dominus et ratio ultima collationis eorundem est semper Dei bonitas liberalis“ Palmieri, l. c. p. 229.

⁹⁾ Cf. La science catholique t. IV. (1890, p. 281: „Parceque le texte grec porte *πέτρος* dans le premier membre: »tu es Pierre« et *πέτρα* dans le second »et sur cette pierre je bâtirai« ils (les théologiens russes) veulent que *πέτρα* se rapporte à Jésus-Christ, qui est la pierre angulaire de l'édifice du salut. L'argumentation porte donc sim-plement sur une différence grammaticale. Mais cette différence n'existe qu'en grec et en latin; elle n'existait pas dans la langue de Palestine, dont se servait Notre-Seigneur, comme elle n'existe pas non plus en français. Le Sauveur a dit: »tu es Cépha et sur cette Cépha«, comme nous disons: »tu es Pierre et sur cette Pierre« [psl. ty esi petrъ, i na semъ petrъ Evang. Asseman. ed. Črnčić p. 169]. L'argumentation re-pose donc sur l'ignorance de la langue araméenne. D'ailleurs le pro-nom démonstratif «cette», ainsi que le futur »je b. tirai«, ne permettent pas de rapporter le mot »pierre« à Jésus-Christ“. T. J. Lamy. Cf. 1 Cor 9, 5. Palmieri, l. c. p. 236. Ratio, cur graecus textus habeat *πέτρα*, non bis *πέτρος* est, quia *πέτρα* erat vox usitator maxime in hac saxi significatione.

¹⁰⁾ Verum est apostolos (Mt 18, 1; Mc 9, 33; Lc 9, 46; 22, 24) adversus haec Petro promissa contendisse, quis maior futurus sit in regno coe-lorum. Sed etsi demus, contendisse eos non de magnitudine in regno coelesti seu in aestimatione Christi, verum de primatu in ecclesia, po-tuit eorum scientia obscurari desiderio, immo potuerunt ea — per se clarissima — non plene intellexisse (cf. Mt 15, 6; 16, 11; Lc 9, 45; 18, 34) vel illorum obliti esse. Sunt qui censeant ipsam Christi promissionem Petro factam causam aemulationis fuisse. — Neque Gal 2, 9 aut

1. In hac sententia Christus comparat se cum architecto et Petrum ap., si opinionem aliquorum patrum et scriptorum romanorum sequi volumus, cum lapide in fundamentis ecclesiae posito aequae ac ceteri apostoli (sec Eph. 2, 20. Apoc. 21, 14.)¹¹⁾ ibi positi sunt. Quae cum ita sint, quem sententia Christi, quam consideramus, ostendit regere ecclesiam? Architectumne, Dominum n. Jesum Chr., an lapidem, qui aequae atque alii lapides in fundamentis positus est? Profecto ipsum Dominum et Salvatorem nostrum. Nonne audaciae est dicere Jesum Christum, qui dum vitam in terris degit arundinem quassatam non confregit, limum fumigans non exstinxit (Mt. 12, 20.) ecclesiae a se conditae et temperatae principem praefecisse, cuius libido pro legibus habeatur?

2. Nam fundamentum ad constructionem dispositionemque aedificii in eadem ratione est, in qua cuiuscumque imperii principium vel fundamentum ad incrementa rerum et institutorum. Aedificii fundamenta magnam partem in terra ponuntur, quo fit, ut saepe sensum oculorum effugiant. Sane quidem fundamenta necessaria sunt, eaque firma opus sunt: sed solum propterea ponuntur, quod sine eis domus exaedificari nequit quippe cum finiri non possit quod coeptum non est. Paulo apostolo et Joanne theologo testantibus apostoli aequaliter omnes, principatu nulli delato, a Jesu Christo in fundamentis ecclesiae positi sunt, unde singuli suo loco aedificio ecclesiae id contulerunt, quod rationi a Christo, summo architecto institutae respondebat; quae fundamenta adeo firma facta sunt, ut aliis opus non sit: quare Dominus in eis aedificabit neque aedificare desinet priusquam terminus sit huius mundi. [In nota adiecta Vostokov haec posuit: Nec si demus petram vocari dicto loco ipsum Petrum ap., illico sequitur etiam episcopos romanos in fundamentis positos esse.¹²⁾ Hoc tunc tantum sequeretur, si forma ecclesiae

11 plus efficiunt. Illic enim nomen s. Petri medium ponitur inter alia duo non, acsi s Paulus s Petrum non primum saltem dignitate, honore habuerit (cf. 1 Cor 1, 12; 9, 5), sed certe ex alia ratione: quia in quaestionibus ritualibus magni faciebat, quod Jacobus, episcopus Iudaeorum, ei dedit societatem; — hic vero nihil aliud agitur quam correctio fraterna, qua Petrum — qui ingenti sua auctoritate „cogebat“ solo exemplo gentes iudaizare — admonuit.

¹¹⁾ Secundum Eph 2, 20 non apostoli, sed eorum doctrina est fundamentum, quod ideo appellatur apostolorum, quod ab apostolis positum est; secundum Apoc 21, 14 ecclesia innitur doctrinae, praedicationi 12 apostolorum; cf. A. Straub, De ecclesia p. 79. Verum est s August., In ps 86, n. 2. 3; Theodoret., In ps. 86, 1, alios apostolos vocare ecclesiae fundamenta; sed eatenus, quatenus etiam apostoli et episcopi habent auctoritatem, non acsi eandem ac Petrus habeant vel Petro non innitantur.

¹²⁾ S Petrum perenniter (perennitate morali, non physica) habere in primatu singulares successores theologi catholici ex nostro loco hoc modo conficere solent: Ex Mt 16, 18 constat primatus Petri etiam ut singularis hominis finem si non unitatem, saltem firmitatem fuisse: quem non fuisse finem primatus Petri singillatim sed primatus generatim patet ex eo, quod s Petrus ipse paucas occasiones habuit, hac potestate utendi. Cf. Hieron. et Rufin. vertentes Origenis, In Jer hom. 11, n. 3, qui Origenem de pontifice summo locutum eo loco esse sup-

administrandae, non Petrus, petra vocata esset, a qua interpretatione etiam romanae ecclesiae theologi dissentiunt. Si hoc loco etiam episcopi romani comprehensi essent, sequeretur quovis eorum extincto extinguenda fundamenta, everti aedificium ecclesiae et novo episcopo creato aedificium denuo inchoari.] Sed si Jesus Christus loco, de quo quaeritur, Petrum apostolum ecclesiae universae praefuturum significare voluisset, non petram in fundamentis positam sed potius fastigium vel tholum [kupol'] ecclesiae appellasset, quippe qui speciem moderantis aedem praebat. Quare principes regnare incipientes in solia ascendere dici solent non eis substerni [voshodjat na carskie prestoly, a ne polagajutsja pod nimi]

3. Omnis societatis humanae fundamenta iustissime habentur mores: velut in Russia, cum a. 1612 nemo esset rerum publicarum rector, leges vix ullae adessent, patria hostibus commissa, a barbaris adeo vexata ut periisse dici possit, — excitans animos civium fides, orthodoxiae studium constantissimum Russos erexit, copias comparavit, barbaros eiecit, ad Michaelem Romanov imperatorem eligendum movit: unde Russorum imperium conditum est. *A. Špaldák*

IV.

De ratione studiorum theologorum scholastica.

Dolendum sane est, quod inter viros etiam optimos tam multi inveniuntur, qui praepiudiciis impediuntur, quominus de ratione studiorum scholastica secundum veritatem iudicent. Operae igitur pretium facturum me esse existimo, si de theologia scholastica ac philosophica paucis disseram.

I.

1. „Scholasticae“ nomen, a „schola“ derivatum, ab humanistis ad contemptum inductum, eam studiorum philosophicorum ac theologorum rationem significat, quae inde a s. Anselmi († 1109) tempore in scholis catholicis perpetuo in usu fuit. Humanistarum dieteris iam pridem impetita, a „reformatoribus“ acerrime oppugnata, dum ab acatholicorum scholis exulare coepit, in scholis catholicis post concilium Tridentinum simul ac theologia positiva ad novam vitam reffloruit. Magnae revolutionis tempore cum communi rerum omnium ruina involuta esset, elapso tandem saeculo „neo-scholasticae“ nomine a viris catholicis praestantissimis summa diligentia summoque scientiae solidae incremento denuo excoli coepta est.

2. Negari quidem nequit, nunquam defuisse, qui sano iudicio destituti, scholastica methodo ad sophisticam de rebus inutilibus disceptationem abuterentur: verum id non rei sed personarum vitium fuisse, id quisque prudens facile concedat: annon rerum utilissimarum abusum fieri

ponunt, Leon., Serm. 2 in annivers. assumpt. c. 2. 3 etc. — Vostokov putare videtur non sufficere, ut primatus Petri sit moraliter perennis; sane forma regiminis sit physice perennis necesse est, sed monarcha non item; forma autem monarchici regiminis etiam defuncto pontifice perseverat. Cf. Palmieri l. c. p. 445—446.

quotidie videmus? Nec profecto est, qui scholasticam ab imperitorum obiectionibus et invidorum obtrectationibus vindicaturus, haec personarum vitia sive negare sive etiam defendere statuat.

Ad veram autem scholasticam, qualis a summis eius doctoribus usque in hanc diem semper intellecta et in usum deducta est efficaciter vindicandam et omnibus scientiae solidae studiosis commendandam, satis esse potest, ea afferre, quae a supremis scientiae christianae custodibus, summis pontificibus in eius laudem et commendationem per tot continenter saecula prolata sunt. Adde intimum illud huius scientiae cum toto magisterio authentico connubium, ut scilicet naturaliter et magistri ecclesiae authentici fere idem sentiant ac magistri eorum, theologi scholastici, et theologi ipsi nefas sibi semper duxerint, a ductu magisterii authentici vel latum unguem discedere. Ex quo fit, ut, saltem in iis quae ad fidem et mores propius accedunt, theologia scholastica, suo utique modulo, participare aliquatenus dicenda sit specialem illam Spiritus Sancti providentiam, qua, ecclesiae semper praesens, eam contra omnem in fide errorem efficaciter praemunire dignatur.

3. Maxime vero ex ipsa scholasticae natura manifestum fit, quam merito et theologi ipsi hanc potissimum studiorum rationem semper praelegerint, et tantis eam summi pontifices prae ceteris laudibus exornaverint. Neque tamen est haec genuina scholasticae natura in eo quaerenda, quod sive systematico ordine, sive philosophia Aristotelica sive syllogismo utatur, neque in eo, quod veritates revelatas ex earum cum rationis principiis consonantia conetur demonstrare. Nulla enim scientia est, modo scientiae nomen mereatur, quae aut systematico ordine careat aut syllogismo non utatur; neque statim philosophus scholasticus est, quisquis Aristotelem sequitur; veritates autem revelatas omnes simul ex ratione probari posse, scholastici potius diserte negant. Quodsi scholastici nonnullas veritates revelatas etiam ex fontibus naturalibus demonstrare conantur, id summo iure faciunt; si enim quidquid certo in scriptura vel traditione continetur, veritas revelata dicenda est, quid theologum prohibere possit, existentiam Christi quae ab evangelio credenda proponitur, ex Tacito scriptore profano, aut distinctionem essentialem hominis a bruto, quam singulae revelationis paginae credendum proponunt, ex philosophica consideratione hominis confirmare? Trinitatem vero personarum in unitate divinae naturae ex nullo fonte mere naturalis cognitionis confirmari posse, sed tantum propter Dei revelantis auctoritatem esse credendam, scholastici unanimiter ultro fatentur.

4. Vera scholasticae natura ex eius comparatione cum theologia positiva dignoscitur; ratio autem inter theologiam scholasticam et positivam similitudinem habet cum relatione inter ius naturale et ius positivum vigente. Ius enim naturale seu lex naturalis illa est, quae in ipsis rerum naturis fundatur, ex quo fit, ut ex earundem naturarum consideratione detegi possit: ius vero positivum seu lex positiva est ea lex, quae homini in sua natura iam plene constituto supervenit, quae ei a Deo praeter legem iam in eius natura fundatam, etsi convenienter ad eandem naturam, imponitur; ex quo fit ut haec lex, in hominis na-

tura non contenta, ex eiusdem naturae consideratione inveniri nequeat. Haud absimili modo theologia positiva, sive scripturistica, sive patristica sive quocumque modo historica, tota est in veritatibus revelatis de manu Dei fideliter suscipiendis, iisdemque secundum rationes obvias clare definiendis et circumscribendis atque in iis in systematicum ordinem redigendis. Theologia vero scholastica, quae fere ibi incipit, ubi theologia positiva desinit, conceptus eosdem veritatesque easdem, nobis a divina revelatione oblatas, in seipsis atque secundum profundiores earundem et altissimas rationes considerat seu speculatur, cum ut conceptus ipsos, sub quibus nobis revelatio offertur, quam clarissime et distinctissime apprehendat et exponat, tum ut quaecumque de quibusnam a divina revelatione asserantur, quam accuratissime definiat. Quodsi inter veritates revelatas aliquae sunt, quae etiam ex fontibus naturalibus, nominatim ex rationibus philosophicis demonstrari possunt, ut sunt veritates de existentia Dei, de immortalitate animae, easdem ex ratione demonstrandas theologia scholastica suscipit. Si quae vero rationis lumine demonstrari nequeunt, at mysterium adorandum sanctissimae Trinitatis, haec ex ratione demonstranda quidem non sunt, nihil autem impedit, quominus tum illud momentum, quod rationem humanam superet, ab aliis eiusdem veritatis momentis clare secernatur, tum veritas supernaturalis tota ex veritatibus naturalibus, cum quibus quandam analogiam habet, illustretur, tum ut uni mysterio per aliud mysterium iuxta positum lumen maius affundatur. Sic ut exemplo utar, totum mysterium sanctissimae Trinitatis quantumcumque est, videri possit, in eo ultimatim pro nobis consistere, quod intellectio divina verbo realiter a dicente distincto contineatur: quod si semel ex fide cognitum supponas, cetera quae de sanctissima Trinitate scimus, secum trahat necesse videri possit. Potest idem mysterium inde illustrari, quod ex iis, quae conceptus patris et filii in rebus creatis involvunt, ea omnia quae Deo sive ex ratione sive ex revelatione repugnare non videantur, ad Deum Patrem et Deum Filium transferantur: talia sunt: quod inter Deum Patrem et Deum Filium intima aliqua relatio intercedat, quod haec relatio maioritatem aliquam seu praecminentiam Patris prae Filio involvat, quod haec praecminentia in eo sit, quod Filius a Patre in aeterno „hodie“ generetur et sic porro. Tandem sine ullo dubio mysteria revelata nova eaque clarissima luce illustrantur, si attendas filiationem hominum adoptivam in filiatione naturali Verbi suum exemplar habere, quae ipsa filiatio naturalis tantum supposita in una Dei natura pluralitate aliqua personarum aliquatenus intelligi potest. Praeclaram etiam operam theologi scholastici circa mysteria eo navarunt, quod illa ab apparentibus contradictionibus vindicabant, in alterutro contradictionis apparentis membro ea indicando, quae ad veram contradictionem adesse deberent nec tamen adsunt.

5. Neque sistit scholastica in conceptibus iudiciisque a Deo revelante propositis singulis, eorumque altioribus rationibus considerandis, sed, altius assurgens, ad rationes pluribus conceptibus iudiciisque revelatis communes, alias veritates ex aliis, sive naturalibus sive revelatis, confirmat illustrat mutuos veritatum omnium nexus ostendit easdemque

veritate. ordine systematico perfectissimo, utpote in altissimis rerum rationibus fundato, componit. Qua in re systema theologicum positivum, in obviis tantum rerum rationibus fundatum, ad systema theologicum scholasticum omnino eodem modo se habet, sicut systema botanicum a Linné propositum se habet ad systema botanicum naturale, cui stabiliendo iam optimus quisque inter rerum naturalium cultores insudat.

6. Qua perfectissima, quantum in hac mortali vita fieri potest, rerum divinarum intelligentia supposita, difficultates plurimae, quae ex revelatione non satis accurate intellecta oriri solent, quasi seipsis evanuerunt. aliarum autem difficultatum solutiones, maxime earum, quae ex altioribus rerum rationibus petuntur, hac demum sola via fiunt possibles.

7. Illud etiam imprimis scholasticae in magnam laudem vertendum est. quod ratione hac vere scientifica non tantum unam alteramve quaestionem tractare solent, sed potius semper eo tendant ut studiosi eius singuli systema speculativum integrum calleant, utpote in quo omnia, quae in regno idearum alicuius momenti sunt, et tractentur et inter se harmonice concilientur. Unde exurgit systematis scholastici, adversarii eius toties probata firmitas, cum singulae veritates se invicem non illustrent tantum sed etiam robovent.

8. Habent praeterea scholastici suum res tractandi modum formamque externam, cum diligenter cavere soleant, ne discipuli magistrum splendide dicentem admirentur quidem quin ipsi vere intellegant aut proficiant, eoque potius cuncta dirigant, ut discipulos ipsos omnibus modis vere scire et intelligere faciant. Hinc frequens ille nullo dicendi ornatu tectus usus syllogismi, hinc perpetuum illud studium ut et argumentationis cuiusvis fundamenta discipulis omnino perspecta sint et probata, et argumentationis tota evolutio ita eorum oculis obversetur, ut et facile perspicui et de eius rectitudine continuo iudicari possit.

II.

9. Multa sunt. quae scholasticae vitio verti solent, quae tamen omnia cum ex falso scholasticae conceptu, tum ex ignorata eius usque in hunc diem historia et ex aliis praeiudiciis originem ducunt ¹⁾. Reprehendunt imprimis eius „tendentiam falsam, omni vita carentem“ ²⁾, quasi scilicet, obsoletis semper intenta, exigentis praesentis temporis fructibusque scientiae progredientis parum attendat. Quodsi aliquando locum habeat, quod negare nolumus, id aliquorum tantum, non vero plurimorum, multo minus omnium, personarum, non rei vitium esse quisquis aequus iudex est, facile nobis concedet. Ipsi Societatis Jesu theologi, qui nonnullis omnium maxime antiqui tenaces esse videntur, diserte cavere iubentur, „ne adducant opiniones inutiles, obsoletas, absurdas et manifesto falsas, nec illis refutandis nimis immorentur“. (Reg. 7. prof. facultatum superiorum): et iam ipse s. Ignatius, cum pro

1) Vide Ep. Sil'vestr, Opyt pravoslavnago dogmatičeskago bogoslovija ³ I. (Kiev 1892), § 21, p. 127—148.

2) Sil'vestr I. c. p. 167 „falšivago, bezziznennago i bezplodnago napravlenija“. Cf. A. J. Vvedenskij, K voprosu o metodologičeskoj reformě pravoslavnoj dogmatiki. Svato-Troickaja Sergieva Lavra 1904, p. 11—12.

sui temporis consuetudine magistrum sententiarum explicandum esse decrevisset, haec verba attentione dignissima addidit: „Sed si videretur temporis decursu alius auctor utilior futurus, ut si aliqua summa vel liber theologiae scholasticae conficeretur, quae his nostris temporibus accommodatior videretur, . praelegi poterit“. (Const. p. IV. c. 14. L. B.). (Quam rationem procedendi usque ad hunc diem servari videmus.

10. Nec profecto quisquam sine manifesta iniuria omnium modernorum scholasticorum opera meram repristinationem earum rerum esse contendat, quae ante ipsos alii dixerint. Quamvis enim moderni scholastici ab antiquorum principiis tum noëticis, tum methodicis, tum materialibus, utpote omnium firmissimis et probatissimis plerumque sine ingenti et irreparabili verae scientiae iactura recedi non posse sibi persuasum habeant, tamen quisquis eorum opera attente considerat, ingentem prorsus ubique scientiae progressum animadvertet. Unusquisque enim modulo suo enititur, ut quae e. c. s. Thomas suis aequalibus verbis s. XIII. usitatis bene dixerat, iam suis nunc aequalibus verbis praesentis temporis propriis dicant; ut ad conceptus suos illustrandos imaginibus potius ex moderno culturae statu desumptis quam antiquis si quidem hac obsoleverint, utantur: ut antiquis veritatibus ope scientiae modernae positivae, scripturisticae imprimis et historicae novam lucem affundant; ut quaestiones novas, quibus progrediens tum scientia tum universa cultura originem dat, probatissima sua methodo examinent conclusionesque sic inventas systemati suo harmonice inserant, ut denique scholastica moderna sit speculativa scientia non earum rerum, quibus saeculi XIII., sed saeculi XX. positiva de Deo rebusque divinis cognitio constituitur.

11. Si quis vero a scholasticis illud sibi postulandum existimet, ut eorum, qui fuerunt ante nos, speculativis principiis conclusionibusque neglectis, pro se quisque quasi primus in principia omnia conclusionesque inquirat, is nec solidaritatem et continuitatem scientiae cognovit, nec progressum scholasticae, sed omnis verae scientiae interneccionem imperite postulat. Si ab eo qui hodie de certo themate scribere cogitat, merito postulatur, ut ea prius inspiciat, quae de ea re alii ante ipsum scripserunt, quanto minus humanum genus ea impune contemnet, quae per tot continenter saecula a tot viris summo ingenio praeditis praeclare inventa sunt.

12. Reprehendunt item scholasticam, quod scientias positivas, biblicas imprimis et historicas parum excoluerit ³⁾. De nonnullis id fatendum quidem est ⁴⁾, at nec de omnibus, nec de pluribus nec de scholasticis qua talibus, ut etiam Melchior Canus discrete testatur. ⁵⁾ Et pro

³⁾ Sil'vestr, l. c. 146.

⁴⁾ Cf. Jo. B. Stuffer S. J. Die Heiligkeit Gottes u. d. ewige Tod. Innsbruck 1903. S. 16.

⁵⁾ De loc. theol. l 8. c. 1. „Sed in omni oratione memento, lector, me eam defendere scholae doctrinam, quae sacrarum litterarum fundamentis constituta sit. Ex quo id efficitur, quod ego magno cum assensu omnium dicere me video, miserimam esse scholae doctrinam,

medio quidem aevo nemo miretur, scholasticam, subsidiis infinitis moderni temporis destitutam, non eam his scientiis diligentiam adhibuisse, ad quam aequales nostros feliciores conditiones scientiae ducunt. Cum vero haec tempora in melius mutari coepissent, nonne scholastici fuerunt, qui etiam modernis mediis felicissime usi sunt, ut Maldonatus et Petavius? Ne quis vero in moderna scholastica diudicanda longe a veritate aberret, semper prae oculis habendum est scholasticos suam theologiam supremam quidem existimare, at non unicam, quippe quae theologiam positivam, sive scripturisticam sive historicam praesupponat. Ceterum cum hodie idem studiosus theologiae non successive duas theologias audiat primum positivam, dein speculativam seu scholasticam, sed statim theologiam dogmaticam scholasticam audire incipiat, etiam in theologia scholastica non nudae conclusiones theologiae positivae assumi solent, sed simul cum fundamentis earum scripturisticis et historicis brevi conspectu exhibentur. Fateturque iam Melchior Canus, summam se sacrae scripturae cognitionem ex theologia dogmatica hausisse ⁶⁾.

13. Mirum est, quod etiam hodie reperiuntur, qui serio existiment, theologiae scholasticae essentiam in meris argutiis consistere, Maldonatumque, his argutiis infensum, cum eorum loco elementa exegetica et historica in theologiam induceret, theologiam „a scholastica purgare“ in animo habuisse ⁷⁾.

14. Scholasticos ab antiquis patrum ecclesiae principiis theologicis recessisse ⁸⁾, is tantum affirmare potest, qui aut quaedam rationalistarum inventa, quae gratis tamquam patrum principia venditant, nimis credule accipiat, aut Lombardi, Thomae, aliorumque scholasticorum commentaria tam parum attente legerit, ut non animadverterit, ipsis patrum dictis principiisque totam scholasticam esse superaedificatam.

15. Multis etiam ostendere conantur, funestissimum scholasticae errorem in eo esse, quod fidem prae ratione nimis depresserit ⁹⁾, autonomiam fidei ignoraverit ¹⁰⁾, fidem rationi subiecerit ¹¹⁾, denique rationem et fidem foede commiscuerit ¹²⁾. Omnes veritates fidei ratione demonstrari posse sententiam esse, quae omnino immerito scholasticis attribuat, iam superius diximus. Nonnullas veritates revelatas etiam ex ratione demonstrari posse, pariter supra ostendimus: estque praecudicium rationalisticum ex Kantiana hypnosi proveniens, si quis existentiam Dei ex ratione certo demonstrari posse infitiat. Quae vero hic praeterea scholasticae obiciuntur, ex falso eoque rationalistico revelationis conceptu proveniunt. Nefas existimant, categorias Aristotelicas veritatibus revelatis applicare; at quid tandem differentiae causa esse possit? Si Tacitus de Christo loquitur, auctor profanus, licet mihi ad hunc ho-

quae se titulis magistri defendat, miserrimam etiam, atque haud scio an multo magis, quae detracta scripturae auctoritate, syllogismis contortis de rebus divinis philosophatur, immo ne de rebus divinis quidem, sed nec de humanis, verum de his, quae nihil ad nos attinent“.

⁶⁾ l. c. — ⁷⁾ Sil'vestr l. c. p. 141. „očistiř katoličeskuju teologiju ot sholastiki . . .“ Cf. 143. — ⁸⁾ Sil'vestr l. c. p. 167. 127. — ⁹⁾ Sil'vestr l. c. p. 132. — ¹⁰⁾ Sil'vestr l. c. p. 132. — ¹¹⁾ Sil'vestr l. c. p. 127–8. 129. — ¹²⁾ Sil'vestr l. c. p. 128. 138.

minem categorias Aristotelicas applicare, licet dicere, quis, qualis, quantus sit, quo tempore et loco vixerit. Loquitur de eodem Christo scriptura: et categorias applicare iam non licebit? Canon ille de non applicandis categoriis ad veritates revelatas pertinet ad verba illa „volantia“, quae a doctorum grege nimis credule a magistris suis accipiuntur. Verum quidem est, Deum ideoque etiam Christum Dominum secundum naturam divinam categoriis non contineri; verum nec ex hoc sequitur, categorias ad Deum nullo modo, neque per quandam analogiam applicari posse. An quia Deus non est sapiens per accidens, ideo nullo modo de Dei sapientia loqui fas est, quantumvis simul urgeas, esse sapientem non per accidens aliquod sed per suam essentiam?

16. Fugit sane illos theologos, quod tota revelatio, sive in Scriptura sive in Traditione continetur, veritates revelatas prorsus omnes nobis praesentet sub formis id est verbis et conceptibus ex rebus creatis acceptis ideoque categoriis subiectis. Et quomodo Deus, nisi velit novas species mentibus nostris infundere, nobis loqui potest, nisi nostra lingua utatur. Et si Deus Pater infinities excellentiore modo „pater“ est, quam quivis pater creatus, num ideo non vere pater est, num ideo pater non recte vocatur? Sine ullo dubio summa veritatum revelatarum veram unitatem cum veritatibus naturalibus efficit, unitatem scilicet veritatis, eiusdemque, etsi diverso fonte acceptae, tamen eodem modo analogico conceptae; conceptus enim nostri de Deo, sive ex consideratione naturali mundi hauriuntur, sive nobis a Deo per revelationem communicantur, semper eodem modo sunt analogici, ideoque nulla ratione apparet, cur omnes cognitiones de Deo sive ratione sive revelatione acceptae in unum homogeneum scientificum systema coniungi nequeant. Salvatur omnino autonomia fidei, eo quod theologo scholastico obiectum fidei formale i. e. auctoritatem Dei loquentis tamquam propriam causam certitudinis harum veritatum agnoverunt, nec unquam suum in has veritates assensum a praevia perspicientia dependentem fecerunt, nec naturalem demonstrabilitatem alicuius veritatis revelatae tamquam condicionem posuerunt, ut talem veritatem suo systemati insererent.

17. Sunt demum qui s. Thomae aliisque scholasticis vitio vertant, quod veritates dogmaticas a veritatibus moralibus non accurate discernere curaverint ¹³⁾. Est rationalistarum hoc praeiudicium, quod rei inspectione facile evanescit. Quid enim est dogma? Est veritas revelata. Quid est veritas revelata? Est veritas omnis, quae certo in revelationis fontibus continetur. Num igitur in revelationis fontibus non continentur veritates morales i. e. veritates, quae ad vitam hominis ita ordinandam pertinent, ut homine et filio Dei adoptivo digna sit? „Non moechaberis, non furtum facies, non homicidium facies“ „diliges Deum ex toto corde tuo“ „diliges proximum sicut teipsum“, „diligite inimicos vestros“: haec omnia dicit Christus Dominus, aeterna veritas, haec omnia leguntur sine ullo dubio in scriptura, at haec eadem profecto ad hominum vitam ordinandam pertinent, ideoque sunt profecto

¹³⁾ Sil'vestr l. c. p. 138. 145,

moralia". Ergo etiam veritates morales plurimae, utpote revelatae, sunt vere dogmata! Iure igitur scholastici quod dogma est, etiam dogma esse dicunt, errant vero rationalistae Lutheranis praecudiciis imbuti.

Verum haec omnia persequi longum est. Dicere quid scholastica vere sit, quid esse velit, est eam probare, laudare, commendare. Est autem scholastica, ut omnia paucis comprehendamus, „ex principiis revelatis et fide creditis discursiva scientia".¹⁴⁾

Pragae 20. Sept. 1905.

P. Sinthorn.

EXTRANEA, RES SLAVORUM SPECTANTIA.

L'empereur Alexandre I^{er} est-il mort catholique? Par le *P. Pierling* S. J. Paris, Plon 1901. p. 48.

In hoc libello doctus sacerdos S. J., qui iam antea tres tomos diplomaticorum de Russia et Sede apostolica studiorum „La Russie et le Saint-Siège" edidit, primum narrat Alexandrum I. imperatorem a. 1825, 19. Nov. (sec. Kalendarium Russorum) Taganrogi ad Paludem Maeotis (mare Azov.) morbo frigore contracto naturae debitum pie et tranquille suoque tempore sacramentis munitum reddidisse: qua de re Elisabetham uxorem Mariam Theod. matrem his certioreni fecisse verbis: „Angelus noster in coelum discessit". Deinde quaestionem historicam tractat de animo eius in rem catholicam propenso, de quo — nuntiis Taurinensi, Romano, Petropolitano satis confirmato — multi historici silent. *P. Pierling* verbis, quae scripta sunt, ipsis usus quattuor testimonia affert et auctoritate eorum examinata rem exploratam habet catholicum fuisse Alexandrum I., cum moreretur, pertinentem ad ecclesiae romano-catholicae animam, etsi ritu externo eidem ecclesiae non aggregatum, quod, sicut etiam consilium nationem Russorum in sinum ecclesiae catholicae reducendi morte immatura prohibitum esset. Simul idem *P. Pierling* exponit Alexandrum I. ex homine religionis negligentis vere christianum factum paulatim filium papae, Christi vicario, oboedientissimum evasisse. Ex modo, quo *P. Pierling* omnia tractat, sobrie indicat et cribrat emergit veram esse eius conclusionem, quae est haec:

Alexander I. aliquot mensibus antequam moreretur, cum a. 1825 iter Taganrogianum pararet comitem Michaud de Beauretour, hominem fidelem et sincere catholicum qui toti exercitui praecerat Romam ad Leonem XII. pontificem maximum misit, cui imperatoris animum deditum oboedientemque ut capiti ecclesiae catholicae, quae vere est Christi, significaret, et a quo imperatoris nomine legatum sacerdotem impetraret, qui mandata haberet ipsum in ecclesiam catholicam reducendi et in reducendo populo Russorum adinvandi. Idem Alexander I. a *P. Sokolski*, priore monasterii s. Dominici Petropolitani petiit, ut legato pontificio locum in monasterio appareret ad habitandum. Comes Michaud mandata explevit, Leo XII. *P. Orioli* O. S. Francisci legatum creavit, morte tamen Alexandri I. eius consilia vana evasere. Itaque Alexander I. catholicus fuit, cum moreretur, pertinens ad animam, non ad corpus ecclesiae.

Želivae 15. Julii 1905.

Ph. Dor. *Eug. Kadeřávek.*

¹⁴⁾ H. Hurter, Theol. dogm. comp. ¹¹ I. p. 4.

Slavorum litterae theologicae.

Conspectus periodicus.

Dirigentibus Dr. Jos. Tumpach et Dr. Ant. Podlaha.

1905.

Pragae Bohemorum.

Nr. 5.

BOHEMICA.

Pav. Vychodil, Apologie křesťanství. (Apologia religionis christianae.) T. II p. 318+546. Brumae in Moravia 1893—1904.

Argumentum primae partis huius operis sunt capita, quae inscribuntur principia vitae (sub quibus rationibus vita hominis spectanda sit) p. 5. Quomodo veritas investiganda sit p. 9. Propositum, obstacula et adiumenta p. 27. Apologia eiusque historia p. 31. Quomodo procedendum sit. p. 64. Principium causalitatis p. 66. Naturalis cognitio Dei p. 78. Argumentum pro existentia divina ex principio causalitatis p. 87. Argumentum ex motu vel varietate rerum p. 91. Argumentum ex contingentia rerum p. 102. Argumentum ex varietate rerum p. 106. Argumentum ex ordine p. 111. De notione Dei p. 161. De creatione p. 179. Hexaëmeron p. 191. Vita p. 198. Formae vitae p. 211. Plantae et animalia p. 237. Animal et homo p. 243. Anima humana p. 269. Deus conservator p. 300. De libera voluntate p. 308.

In parte secunda tractatur: De religione p. 5. De notione religionis p. 7. Partes religionis p. 11. De prece p. 26. De sacrificio p. 41. De divulgatione religionis p. 44. De origine religionis p. 52. De religione et doctrina morali p. 72. De fine religionis p. 92. De fine hominis p. 103. De natura et supernaturali p. 116. De revelatione p. 139. De mysterio p. 144. De possibilitate revelationis p. 159. De revelatione immediata p. 162. De necessitate revelationis p. 187. De cognoscibilitate revelationis p. 258. De miraculis p. 314. De prophetia p. 389. De fide p. 427.

Opus dr. P. Vychodil eximium est; maxime excellit crebritate sententiarum et ratione, quam habet disciplinarum earum, quae naturae investigatione continentur atque exceptionum omnium huius temporis contra religionem christianam. Quaecumque nunc hominum animos tenent, modo claro et accurato exponuntur et illustrantur. Vix est inter apologias latioris sensus opus, quod critico et claro modo ita spectaret quaecumque a philosophis et physicis opponuntur, sicut opus nostrum.

Ita argumenta, quibus Deum esse docemur, de quibus hic doctissimus scriptor etiam alias praeclare scripsit, non solum philosophica subtilitate et constantia excellunt, sed etiam notionum novarum ratio semper habetur. Argumentum ex ordine mundi amplectitur p. 111-161. Vel inde apparet, quippe cum huius scriptoris non sit verbositas, quam accurate sit expositum. Disciplinis, quae in corporum naturam inquirunt,

abunde utitur. Argumentatio aptata est tempori nostro eiusque quodammodo libero et imaginibus rerum oblectanti modo cogitandi et scribendi; unde tamen nonnunquam factum est, ut punctum saliens, quod vocant, obscuretur et delitescat. Cf. v. g. Slav. litt. theol. p. 136. (Čas. k. d. 584-5).

In argumento ideologico proponendo videtur ex abstractione inferri existentia Dei. Sane sine Deo non posse haberi essentiam rerum non ex solis notis nobis constat, sed aliunde. Ut argumentum ex limitatione rerum huius mundi verum sit, videtur ita proponendum esse, ut ab argumento ex contingentia rerum huius mundi vix differat. Huius enim fundamentum et caput est: Res inter se similes non habent in se rationem sufficientem, cur existant potius quam non existant; continent enim fundamentum reale abstrahendi essentiam ab existentia; ergo ut indifferentes ad existendum supponunt aliquid aliud, quod rationem sufficientem suae existentiae in se habet. Illud autem argumentum sic necessario proponendum esse videtur: ens a se non habet essentiam abstractam ab existentia ideoque est unicum et infinitum. Atqui res huius mundi sunt in pluralitate nec sunt finitae; ergo non sunt a se et supponunt infinitum, a quo pendeant. Itaque duo haec argumenta differunt tantum in eo, quod in argumento ex contingentia rerum huius mundi concluditur existentia entis a se et ex huius essentia implicite eius infinitas, in altero autem prius ex essentia entis a se explicite eius unicitas et infinitas, deinde ex limitatione rerum huius mundi quoad essentiam earum contingentia et dependentia ab ente infinito. Ita autem reapse proponendum esse hoc argumentum hinc concluditur: Perfectionem limitatam supponere perfectionem positive infinitam (non tantum notionem communem praecise infinitam) eiusque participationem esse et ab ea productam, non est immediate evidens, sed probandum. Iam ratio alia non videtur reddi posse nisi quod ens improductum necessario unicum est, quia essentia eius tamquam ab existentia (exercita) abstracta recte concipi nequit. Scilicet nulla notio primaria ex eis, quibus substantias huius mundi inter se distinguimus, notio primaria entis a se esse potest; ideoque ut talis notio sola existentia remanet. Quae cum ita sint, haec per philosophicam reflexionem aliter concipienda est ac per primitivam abstractionem, nempe ut radix omnis perfectionis aliarum rerum eminenter consideratae. Iam vero essentia, quae ut notio primaria identica est cum existentia exercita, identica est etiam cum sua individualitate; non potest igitur ut multiplicabilis concipi, sed natura sua iam individua ideoque unica est; nec in hac re obstat sententia Scotistarum naturam ut actu existentem esse priorem singularitate. Ipse enim Lychetus (In Scoti l. 2., d. 3, q. 1, n. 111) expresse docet: „Deus ex sua ratione formali est singularis, ita quod ex natura rei de necessitate est in ultima actualitate et ut sic non potest dari quidditas prior ex natura rei singularitate et per consequens nihil de ipso potest praedicari in quid ut prius eo; sed non sic est in creaturis, quia non omnia, quae pertinent ad essentiam alicuius, sunt in ultima actualitate, et sic multa potentialia praecedunt pertinentia ad quidditatem“. Haec fusius explicavimus, quia res latius patet.

Ut alia quoque promamus particularia, erudite exponitur de origine vitae. Discrimen inter materiam vivam et mortuam fuse explicatur.

Vitam corporum vivorum ponit in eo, quod se nutriunt per intussusceptionem, qua facultate carent omnia corpora viva ab hominibus confecta. Antequam contingat, ut haec facultas assimilandi producat, origo aut essentia vitae non explicabitur. In discrimine inter plantas et animalia exponendo p. 239 sequitur Michelis (*Gesammtergebnis des Naturerkennens*) et Schanz (*Apologie des Christentums*² I S. 270).

In capite de animali bruto et homine conspectus datur historiae doctrinae de origine hominis. Sententiis discrepantibus apte inunctis et iuxta compositis iam diffidentia variorum systematum atheorum excitatur et animi non ad intelligendam solum sed etiam ad sentiendam doctrinae christianae de creatione hominis excellentiam praeparantur. Hic modus procedendi in libro, qui non tantum ad studendum et discendum, sed etiam ad legendum et consulendum destinatus est, valde probatur, quia non modo intellectui persuadet verum etiam animum quo diximus modo movet.

Scribendi genus non quidem tanto verborum splendore conspicuum est, quanto Hettingeri apologia propiusque ad sermonem communem accedit; quamquam praestantiam quandam maiestatemque prae se fert admirationem sui cuiusvis iniciens. Modus procedendi scriptoris nostri est empiricus in omnibus quaestionibus, quae hunc modum admittunt, estque modus adversariorum. Ei, qui librum legit, copia datur accuratiori modo cognoscendi sententias adversariorum, geneticam connexionem, qua errores inter se apti sunt seque mutuo excipiunt, et persequendi eos usque ad ultima consectaria, usque ad confutationem.

Hac ratione praecipue in prima parte, quae maxime cum rebus et disciplinis naturalibus coniuncta est, scriptor hic procedit. Magnam litterarum huius temporis copiam, imprimis opera periodica, consulta esse legenti apparet. Tamen raro indicatur, ubi res ab aliis scriptoribus tractentur, ubi sententiae allegatae inveniantur; multo minus ea, quae adversarii eis de rebus scripserunt, enumerantur. Cf. v. g. de origine orationis, ubi nec mentio fit eorum, quae bohemicè ea de re scripta sunt (a Kovář, Šercl, Gebauer). Saltem illud dolemus, quod ita difficilis redditur discentibus perfectior inquisitio. Etiam magis dolendum est, quod operi deest index „realis“. Auctoritas eximii scriptoris maxima et in dies crescens, ingens quaestionum vis ab eo tractatarum, modus, quo veritates ad vitam applicantur et ex ea saepe deducuntur aliaeque virtutes excellentis operis exigere plane videntur eiusmodi indicem. Eo apposito opus permulto maiori emolumento esset sacerdotibus et laicis. Singulorum capitum inscriptiones vix adumbrant summam rerum, quae in eis continentur. Quae tamen ommissa tanto operi valorem adimere certe nequeunt.

Haec pauca sufficiant de opere, quod primum sermone bohémico totam materiam apologiae christianae via ac ratione tractat. Ita perfectum opus P. Vychodil (O. S. B. sacerdotis) tantum ideo evadere potuit, quod apologiae aliis linguis conscriptae exempla erant, quae sibi ad imitandum proponeret. Nihilominus hic in rebus omnibus suo iudicio utitur et maxime eorum, quae ad Bohemos pertinent, rationem habet. Inter apologias slavicas opus hoc primatum tenet. Neque enim magna Roždestvenskii apologia (*Christianskaja apologetika Spb. 1893*) in universum acquiri ei potest.

F. Žák.

Zd. Bretšnajdr, Pryč od Řima a Husova cirkev národní. (Signum illud ‚Separemur a Roma‘ et Hussii ecclesia nationalis.) Pragae 1904: p. 120: typis „Vlast“.

Libelli natura est altercaus et particularis. Incipiens demonstrat auctor, vir doctissimus, quid Hussius in Bohemia auctoritate valeat. Non est dubium, quin vir patriae amantissimus fuerit operaque dederit, ut in universitate pragensi Bohemia restitueretur. Neque merita eius de litterarum formis ignota sunt. Quis enim nesciat Hussium non quidem invenisse, sed constantius adhibuisse ac paene perfecisse simpliciores litterarum formas, quibus nunc Bohemi et naturam verborum perspicientes utuntur. Si autem de his Hussii meritis gloriantur ii, qui catholicam religionem reiiciunt, Thomas de Štítný magis laudandus est, qui iam ante Hussium eximia volumina de philosophia conscripsit sermone bohémico et Hussio multo perfectius. Hus fere latinitate usus est. Eques de Tomek, vir excellenti ingenio, in opere suo, quod „Historia urbis Pragae“ inscripserat III, p. 541 ostendit Thomam de Štítný sententiis graviolem fuisse Hussio et sermone magis perpolitum esse.

Hussius fuit integris moribus et Deo maxime deditus. Quanta igitur temeritas, cum Hussium maxime homines Deo abalienati colant et cum protestantes et veterocatholici ita se gerant, quasi Hussii filii sint, — qui B. V. Mariam admodum verebatur, confessionem et Eucharastiam acriter defendebat et commendabat, qui unam modo ecclesiam eamque catholicam probabat. Hus protestans aut veterocatholicus minime dici potest.

In prima parte subtiliter ostenditur, quomodo haeresis et perturbationes rerum hussiticae penitus cognosci possint. Veritati sit locus, non partim gloriationi partim contemptui. Omnia igitur ad historiae fidem explanare sibi proponit.

In parte secunda agitur de ecclesia, quomodo divinitus exsiterit, de reformatoribus, qui vocantur, de abusibus in ecclesia, de schismate. Illud primum cum magna perspicuitate demonstratur, quae magna admiratione nos afficit in auctore laico. Abusu non tolli ecclesiae a Christo conditae veritatem docemur. Reformare est reformatorem, non destruere vel abusu abuti ad mala faciendaa. Quomodo Hus hanc viam depravatam ingressus sit docte exponitur. Persuasum est huic, Hussium nunquam id fuisse facturum, si eventus providere potuisset.

In parte tertia agitur de Viclef et Hus, de Hussii praedicatione, de levitate eius doctrinae, de eo, fueritne veterocatholicus, quid de caelibatu sacerdotum, de protestantismo indicaverit. Cum Viclefii haeresis in Anglia vix ullo detrimento ecclesiae fuisset, auctor existimat eiusdem errores in Bohemia sparsos non fuisse unicam causam motuum eversionumque omnium rerum. Hus in defendenda doctrina Viclefii argumento utebatur, hunc non esse danmatum: sed brevi apparuit epistolas, quas attulerat, esse falsas. Itaque Hussius ipse in errorem incidit. Atqui ipsi theologo, quamvis theologiae bacalaureo, Viclefii doctrina vitiosa perspicienda fuit. Hus res et causas leviter admodum pertractabat nullaque praecepta constituit: homo vehemens. quem inconsiderata teme-

ritas, non ratio in mala devocavit. Cum institutae sunt processiones ad indulgentias impetrandas, Hussius ipse adiungebat se piis christianis, confitebatur, pecuniam dabat ad hanc rem. Ad Hussium nihil est horum, qui ecclesiam his temporibus contemnentem Hussium signiferum quasi libertatis concelebrant. Summo ingenio et indole praedicatoris erat. Mores sacerdotum acriter vituperabat; sed, dixeris, ad auras populares sibi captandas; non tum adeo perditos sacerdotes fuisse auctor demonstrat. Extra Pragae terminos eius impetus non perferebantur et ludibrio Romam praedicatum mittebatur. A Deo sibi imperatum esse, ne obediret, simulabat. — Dissidentia, quae in Hussii libris reperiantur, enumerantur. Contra apostatas, protestantes, liberos catholicos eum fuisse ex scriptis eius ostenditur, doctrinam eius omnino eorum haeresibus, velut de missa, caelibatu, ecclesia, opponi. Communio sub utraque specie non Hussii inventum est, sed Jacobi de Misa. De hoc tantummodo cum eis consentit, quod memoriam seu „traditionem“ quam vocant negavit esse veram, auctoritatem ecclesiae detrectavit. — Haec illustrissima pars continet quaedam, quae contra haeresiarchas bohemicos scripta sunt: argumenta ex ipsis rebus bohemicis sunt allata; ideoque breviter rem absolvimus.

Pars quarta condemnationem Hussii continet, libertatem in rebus divinis quae dicitur, quomodo Hussius de haereticis iudicaverit. Hussium iure damnatum et crematum esse probatur legibus, quae tunc erant, quod etiam clare demonstratur ex Rittero, Friedbergo, Kirchhoffo, aliis. At patres concilii a caesare Hussii vitam exorabant. Hussius ipse mortem poenam haeresis esse in scriptis suis docuit et defendit. Sed superbia evictus cedere noluit et temere dignitatem suam reputans, potissimum duxit mori. Patres concilii se mitissimos Hussio praebuerunt. Refutantur quaedam Flajšhansii. Etiam haec pars videlicet est contra indignas falsatores historiae ecclesiasticae.

In parte quinta demonstrantur miserrimi motus hussitici. Ex optimis scriptoribus bohemicis testimonia afferuntur, quibus omnibus hi motus patriae infestissimi convincuntur. Taboritae brevi in errores processerunt, Eucharistiam sine confessione accipiebant, gladios eruentos in manibus tenentes, festa B. V. Mariae et sanctorum generatim reiciebant, patriam furore suo devastabant. Doctrina Hussii confutata est. Haereses in diem crescebant, quae omnes inter se infestissimae erant. Bohemia ipsa illis temporibus atrocissimum caedis conspectum dabat, cum artes litteraeque ante florentissimae, abiectae erant, populi autem libertas et cultus oppressus. Hi incredibiles motus omnium ex hussitismo orti cum summis calamitatibus populi bohemicus compressi sunt. Hussius haud dubie erat novarum rerum avidissimus. Inde nihil aliud nisi novas res sequi necesse erat. Quid sunt magni bellatores contra haec? Quae omnia auctor fuse, clare ostendit, cum perturbationes rerum divinarum tum in litteris, sociales, politicas, idque e fontibus. Talibus argumentis expositis nihil restat nisi ut doleanus de iis, qui non desinunt abuti Hussii nomine ad impetus contra ecclesiam. Ex iis elucet haereticos et liberos, qui nunc sunt, agere et pugnare non ex reverentia erga Hussium, sed habere rationes omnino alias.

In parte sexta demonstratur contra eos, qui Hussitas comparare volunt cum Russis et ecclesia orthodoxa, quasi illi religionem quam orthodoxam vocant renovaverint, hanc opinionem esse falsam. Demonstratio iterum fit cum inopina claritate et eruditione. Non potest quicquam opponi contra eius argumenta. Hi contionatores non verentur semper affirmare s. Joannem Nepomucenum excogitatum et confictum esse ad evertendum festum Hussii. Falsum et inane huius opinionis evincitur cum summa perspicuitate.

In parte septima rationes explicantur, cur Hussius a liberis celebretur et a protestantibus et ab haereticis aliis. Sunt qui falso cognitae res habeant, alii proposita habent particularia et ambitiosa (politica et similia); plurimis maxime hominibus turbulentis satis est, quod Hussius Romam oppugnavit. —

Libellum auctoris huius puto optimum esse, doctissimum et summa perspicuitate scriptum in re hussitica. Vertendus esset, ut virtutes eius omnes patescerent.

F. Žák.

SS. Cyrill a Method v upomínkách památek starožitných na Moravě. (SS. Cyrillus et Methodius in commemorarationibus antiquorum monumentorum Moraviae.) Sebral dr. *František Příkryl*, farář v Týně u Lipníka. Str. 110 vel. 8^o, 21 obrazů v textu a dvě mapy. Cena 1 K 80 h. Nákladem vlastním. Tiskem Jindřicha Slováka v Kroměříži. 1905.

Certe unusquisque lector gratus erit auctori huius opusculi, quo non parum idea Cyrillo-Methodiana, de qua hodie tam vivide loquuntur, promovetur. Auctor pretiosas investigationes, quas ipse, in persona propria in loca, quae clara testimonia apostolici laboris ss. Cyrilli et Methodii continent, itinera faciens, collegit. Opus in octo partes divisum est iuxta vias illas magnas „hradské“ (arces coniungentes) nominatas, quibus ss. Apostoli Moraviam peragrabant et deinde in Bohemiam, Silesiam, Hungariam iverunt. Has vias auctor diligenter sequitur, investigat et ex populo eiusque narrationibus de ss. Apostolis quaerit, quam iverint, ubi praedicaverint, ubi quieverint vel sacella et ecclesias condiderint, et ubique pretiosa monumenta benedicti laboris ss. Cyrilli et Methodii invenit, uti cruces, lapides crucibus signatos, ecclesias et multa alia. Etiam de origine Velehradii, loco ubi steterit, ejusque historia et pristina gloria pulcherrime auctor disserit.

Vindobonae.

Franc. Hruda.

BULGARICA.

Hristo Tančev: Ekzarhijskij ustav (Constitutio [instituta et leges] exarchalis), — Liber hic in fine a 1904. Sophiae editus et a s. synodo et a „ministerio“ civili commendatur. Auctor collegit constitutiones et leges s. synodi, „ministerii“, summi iudicii (kasacionen sâd) res ecclesiasticas tangentes earumque explicationem addidit.

Църковен Вѣстник 1905. (Contin.; v. p. 171 [739]). — D. M.: Liturgia slavica pro Graecis, qui sunt in Bulgaria

— nr. 21 (pg. 246—248). — In Bulgaria iam ante eius a iugo Turcarum liberationem tres metropoliæ: Plovdiv (Philippopolis), Anhiælo et Varna, existebant et hodieum existunt. Graeci metropoliis his subditi numero paucissimi sunt, ita ut auctor miretur, quomodo gubernium bulgaricum talem rerum statum tolerari possit. Ipsi Graeci bulgarici Bulgaris iam se assimilaverunt, bulgaricas consuetudines bulgaricaque carmina sua fecerunt. Dialectus, qua utuntur, semibulgarica est; lingua graeca artificialiter a scholis sustentatur. Metropolitæ et omnis clerus advenæ sunt ex regno Graeciae vel ex Turcia, eruditi et educati antibulgarico spiritu ferventis hellenismi. Ipsi curant, ut populus simili spiritu educetur, nec linguam bulgaricam in scholis admittunt. Graecos bulgaricos linguam graecam nullatenus, slavicum autem bene intelligere, auctor ex propria experientia scit. Gubernium civile, quod talem statum in finibus Bulgariae tolerat, — iuxta auctorem — conditiones populi profecto non habet cognitatas.

G.: De statu litterarum theologicarum in Bulgaria nr. 26. — Litterae theologiae in Bulgaria in miseris versantur conditionibus (cf. Slav. l. th. pg. 51—52). Nulla existit publicatio periodica scientiae theologiae inserviens. Publicationes, quae nunc existunt, rarissime quaestiones theologicas »scientificæ« tractant. Auctor foundationem talis publicationis praepremis commendat; ad quam sustentandam opus erit, ut confraternitates sacerdotum, monasteria et ecclesiae opibus suis succurrant. G. R.

PALAEOSLAVICA.

Ex patrum litteris in Slavorum usu versatis.

Fragmentum, cuius partem edere nobis in animo est, in bibliotheca S. J. Pragae ad s. Ignatium asservatur; in scedula addita notatum legitur inventum id esse in vetere quodam canone ecclesiae russicae, empto a domu Pragensi S. J.; P. Martinov S. J. (qui Pragae fuit circ. a. 1882) iudicasse duo illa folia palaeobulgarica vel palaeoserbica saeculo XIII. scripta esse. Ex notis in margine adiectis discimus fragmentum nostrum a. 1795 versatum esse in manibus Augustini Petrovič hegumeni, et Jo. Fl. Milkovič nuomonachi 1).

Hoc fragmentum est ex illis litterarum monumentis, quibus commentarius quidam in psalmos, nondum typis exscriptus, fere s. Athanasii nomini addictus (cf. Migne, Patrol. gr. t. 27, col. 817; Starine, Knjiga IV. [Zagreb 1872] p. 30) ad nos pervenit. Exempla graeca Kopitar (Hesychiei glossographi discipulus. Vindob. 1840, p. 34) in bibliothecis vindobonensi (Theol. gr. 311), venetiana (Justiniana), mediolan. (Ambrosiana Cod. B. 134), Uffenbachiana (cod. A. 1574) esse annotavit.

In linguam slavicam versus conservatus est *a*) in psalterio hononiensi saec. XIII., unde editi sunt psalmi 1. 2. 9. 50. 56. 65. 73. 79. 87. 96. 103. 108 ap. I. I. Sreznevskij, Drevnie slavjanskije pamjatniki jusovago pis'ma. Spb. 1868; ps. 3. 8. 10. 12. 85. 86. 97. 98. 101. 137 ap. A. Chodzko, Grammaire paléoslave. Paris 1869. Quod

1) De nuomonachis v. N. Nilles, Symbolae II., 616.

<p>СГДА СКОУШАА СХЪ СА КОУШАА Ж ПОНОШАА ХА АМ КРАУНИ МОУ</p>	<p>Е СВА ПЛОТЪ НИ ПРЪГВА ХА А А ХРЪ ВЪ КЪ И МЪ ТЪ Ж И Л К РЪ С ПЪ Ж И В О К С П О П О Ш А А Х А В Д С О У</p>
<p>СГДА ГЛА СХА МЪ СИ НЪ НА К С К К О К О РЪ А М К Т В С Е С Т Ъ КЪ Т К О Н</p>	<p>Р А А Х А Ж И С И Т С Е С Т К Е И А Х А Т А Х О З О Ч Ы К Р Т А С У И В А К А РЪ А С П О Ч Т Ъ С Ч С О Щ Е Т Ъ М О У</p>
<p>ВЪ С К А Х А П Е У А А Т П А С С М А Ш Е Л О С Е М Б Ъ С К А Ж Е А Х Ш А К И М А А</p>	<p>К Т Ъ Л И С У А И Л Ъ С О У С Л О В О С А М О П Р А В Д О С О Д Ъ РЪ А М Р А С Т А РЪ ДЪ А М А И Т Ъ ВЪ С А Х А П Е У А А И П Т Ъ С О</p>
<p>СУ И ТЪ В А Р И Н А С О СА М К О П Е Н О КЪ А Т Ъ С Е М Е Л О У СИ С И Н Е А И Ц О У А С Е Л О У Н Е Т Ъ М</p>	<p>И ТЪ С П РЪ К У ТЪ Х А И С И О И ТЪ С П РЪ К У ТЪ Х А И С И О Л О С К П А Ч И Н А - И ВЪ С К У С И Е В О И П Т Р А С О У С Т О С А И</p>
<p>ФА Л К А Х А ДЪ ВЪ С Т А Х А Ж Д О С П Р О Ч И С Т Ъ М А К О П Е ТЪ К Р О С Т А</p>	<p>Н О ВЪ С П Р Е Д А С И Т Ъ С О ХЪ С И С И О С И С И О С И С И О С И С И О С И С И О</p>
<p>МА К О П Е ТЪ К Р О С Т А Ш А Д И М И К С И А С А А И П О М А М А С О ТЪ Х У ТЪ К А М Е П РЪ К О Р О ВЪ М А</p>	<p>С И С И О С И С И О С И С И О С И С И О С И С И О С И С И О С И С И О С И С И О С И С И О</p>
<p>СТЪ ПЪ К А Т И П О К Е Д Н А М А С У И В А И ТЪ В Е И А И К О У Ч И С Е М Е К Е К РЪ К О С У Ч Е Л О М</p>	<p>С И С И О С И С И О С И С И О С И С И О С И С И О С И С И О С И С И О С И С И О С И С И О</p>
<p>И К О У Ч И С Е М Е К Е К РЪ К О С У Ч Е Л О М</p>	<p>С И С И О С И С И О С И С И О С И С И О С И С И О С И С И О</p>

manuscriptum ab a. 1866 in bibliotheca universitatis bononiensis asservatur, quo cum aliis libris bibliothecae canon. regul. O. S. A. (ad s. Salvatorem) translatum est; *b*) in mscr. publicae bibliothecae petropolitanae (antea fuit Pogodini) saec. XII.; unde editi sunt ps. 1. 2. 103 ap. eundem I. I. Sreznevskij l. c.; *c*) in mscr. Eugenii metropolitae (palaeoruss.) saec. XI., unde idem Sreznevskij foras dedit ps. 85, 5—11; 88, 4—9; 95, 11—13; 96; 97—98, 1—6; 102, 19—22; 103; *d*) in mscr. (palaeoserb.) Mladenovicii, bibliothecae monasterii bistrictensis (in Rum.), a. 1346 scripto; unde Miklošič (in Starine Knj. IV. [1872] p. 37—55) psalmos edidit 1. 2. 3. 8. 10. 17. 97. 103. Cf. etiam Al. Vostokov, Opisanie russkih i slovenskih rukopisej Rumjancovskago muzeuma. Spb. 1842, 331. — Opisanie rukopisej Soloveckago monastyrja nahodjaščihsja v bibliotekě Kazanskoj duhovnoj akademii I. II. Kazan' 1881. 1885. n. 124—127. 149. — A. Gorskij et K. Negrostruev, Opisanie slavjanskih rukopisej Moskovskoj sinodal'noj biblioteki I. II., 1—3. III., 1. M. 1855, 64. 70.

Notae palaeographicae nostri fragmenti praecipuae sunt: ratio scribendi je Ꙗ, non ꙗ, Ѡ non ѡ, th ꙑ non supra versum productum; quae indicat saeculum quarto decimo prius; ratio scribendi ž |X (in: sela bo božija) vel ||K (oltaru božiju), quae indicat saeculum XIII. et o ω (non o) quae idem exiens significat. Praeterea animadvertendum est numquam scribi Ѣ, sed eius loco Ъ (serb. propr.; velut contra in psalt. bonon. eodem loco tantum bis Ъ legitur); pro věrnyi poni —ii (serb.; cf. Jagič, Quattuor evangelior. versionis palaeoslovenicae codex marianus glagoliticus 1883. p. 426), duplicari i, g formari r (nec ꙗ nec ꙗ) in vocabulo externo. Alia (v. g. formae rom. serot.) facile in descriptione phototypica spectari possunt. Solum id notandum restat primas versuum litteras (maiores) aequae ac signa sinistri marginis colore rubro scriptas esse.

Et notis grammaticis sunt u vicarium palaeoslovenici ѡ, e vic. ѡ, mollitia sonantis post mollem consonantem (отъѡju, pištju etc.: cf. Gebauer, Histor. mluvnice j. ž. I. 1898. § 209.) etc.

Age iam — parte phototypice descripta — psalmum 42. fragmenti nostri exscribamus formis latinis eisdem, quibus I. Črnčič evangeliarium Assemanianum edidit (Cf. Assemanovo izbornô evangjelje. V Rimu 1878. p. VI.), litteras, quae in exemplo supra vocabula positae sunt uncis includentes, deinde eundem psalmum palaeobulgarice redditum cum aliis exemplis, quae nobis praesto erant (Psalt. sinait. ed. Geitler. Zagreb 1883, Codex Hval. biblioth. universit. bononiensis n. 3375, B., mss. collata ab Amphilo hij archim. in I. Drevneslavjanskaja Psaltir' XIII—XIV vĕka s grečeskim tekstom iz tolkovoj Theodoritovoj psaltiri X. v. Psalt. bonou.) comparaturi — addita etiam psalterii bononiensis paginae phototypica descriptione — et graecum exemplum cum latina interpretatione bibliothecae ambrosianae (beneficio rev. Dom. Dris Ach. Ratti) adiecturi.

1. Sudī mī be ī rasudī prju moju o(t) jez aka neprĕpo(d)bna

И(с)Ѣ кѢ ѡѡju ѡ jezъcĕ židovъscĕ jako neprĕpodobnĕ ꙗꙗꙗ
vĕzīskaše jako zla²⁾ nanъ pomъšlĕšemъ

²⁾ Post a sequitur in membrana littera oblita, quae legi nequit.

Отъ ѓл(о)вка nepravедna i Ёstiva izbavi me

Gltъ же ubo ω dĳavolĕ gltъ же i ω ljudĕ jako Ёstъ kovaaše vъ sr(d)ci

2. Jako tĳ i jesĭ be krĕpostъ moja

Ѓл(о)vkъ gltъ kъ bu jako dĕlo ruku tvojeju jesmъ po čto me prĕdalъ jesĭ vragu

Vъskuju ω(t)rĭnu me i vъskuju sĕtuje hoų(d)ju jeg(d)a stuųajet mi vragъ

Jeg(d)a bo naleųe mnĕ dĳavolъ vsakoje radosti (li)ųihъ se r(č)e ѓл(о)kъ

3. Posli svĕtъ tvoĭ istinu tvoju

Si rĕčъ da pridetъ uųe h(s)ъ gleĭ azъ jesmъ svĕtъ i istina i da svoboditъ ѓл(о)вка ω(t) sĕdručenĭja dĳavola

Ta me nastavista i vъvesta me vъ goru stuju

Samъ h(s)ъ ωbrativъ ѓл(о)вка privede na vĕru gora bo vĕra jestъ jako nepodvĳzĭma ili jako samъ sebe h(s)ъ prĭnesъ na goru golъgotĭa

Ī vъ sela tvoja

Crkvĭ gltъ sela bo bųija crkvĭ sutъ tu bo vъvede ѓл(о)vka jako vъ pristaniųte

4. Ī vъnĭdu kъ ωltaru bųiju

Prĭ ωltariĭhъ bo juųe preb vajutъ vĕrnĭi ω(t) tudu pĭųtju ĭmuųte tainuju

Kъ bu veseleųtĭnu junostъ moju

Veseliĳe bo ѓл(о)vku besmrĭtno nova taina jeųe jestъ tĕlo i krĕvъ h(s)va

Īspovĕmъ se tebĕ vъ guslehъ be be moi

Gusli sutъ jez kъ ѓл(о)včъ jako r(č)e nepraznajetse kto mu ĭspovĕdae

5. Vъskuju pĭiskrĕbna jesĭ dųe moja i vъskuju smuųtajeųi me

Bu bo pĭųbĳju i pečali i meteųa goneze vĕrnĭi človkъ

Uprvaĭ ³⁾ na ba jako ĭspovĕmse jemu

Uprvanĭjemъ bųĭmъ utvrųų(d)ajutse ⁴⁾ ѓл(о)vkъ

Spsnĭje lieju mojemu bъ moi

Spsnĭje i bъ lieju člvĳju b (s) pĭųųstviĳe ha ba sl(v)a Palaeobulgarice.

1. Sodi me ⁵⁾ Boųe i rasodi pĕrĳe ⁶⁾ moĳo otъ jezvka ⁷⁾ neprĕpodobna.

Prĕstъ kъ otъcu o jezycĕ židovstĕ, jako neprĕpodobnĕ ⁸⁾ pĕrĳe vъziskaųe ⁹⁾, jako zĕla na nĳ pomyslĕųemъ ¹⁰⁾.

Отъ ¹¹⁾ človĳka nepravĕdna ¹²⁾ i Ёstiva ¹³⁾ izbavi me.

Glagoljetъ же ubo ¹⁴⁾ o dĳavolĕ: glagoljetъ же i ¹⁵⁾ o ljudĕ, jako Ёstъ kovaaše vъ srĕdci.

³⁾ U quomodo scriptum sit v. in exemplo. ⁴⁾ I. ju legi potest etiam je. ⁵⁾ mi iam in Psalt. sin. et fere in omnib. inser. ⁶⁾ Ps. bonon. pre ⁷⁾ Ps. bon. zųyka ⁸⁾ I s. bonon. negotrĕvĭnĭ ⁹⁾ Ps. bon. vъzĭskaaųe ¹⁰⁾ Ps. bon. pomyslĕųemъ ¹¹⁾ I otъ: cod. Hval. et nonnulli textus russ. ap. Amphil. ¹²⁾ Ps. bon.: nepravедna; Ps. sin.: nepravедна; Cod. Hval. nepravедn. ¹³⁾ Hval. lastyva ¹⁴⁾ Ps. bon. omitt. že ubo ¹⁵⁾ i omitt. Ps. bon.

2. Jako ty i¹⁶⁾ jesi¹⁷⁾ Bože krěpostь¹⁸⁾ moja.
 Člověkъ glagoljetъ къ Bogu, jako dělo rьku tvojeju jesmь;
 po čto me předalъ jesi vragu?
 Vьskojъ otrinъ me i vьskojъ sětuję¹⁹⁾ hoždъ²⁰⁾, jegda sьtožajetъ²¹⁾
 me vragъ?
 Jegda bo naleže mьně dijavolъ. vьs(j)akoje²²⁾ radosti lišihъ
 se reče člověkъ.
3. Postъji světъ tvojъ²³⁾, istinъ tvojъ²⁴⁾.
 Si rečъ: da pridetъ (j)uže Hrьstъ, glagoljejbъ „azъ jesmь světъ
 i istina“ i da svoboditъ člověka otъ sьdročćenъja dijavola²⁵⁾.
 Ta me nastaviste²⁶⁾ i vьvěste²⁷⁾ me vъ gorъ svętojъ²⁸⁾.
 Samъ Hrьstъ²⁹⁾ obrativъ člověka privede na vęrъ: gora bo vęra
 jestъ, jako nepodvižima; ili³⁰⁾ jako samъ sebe³¹⁾ Hrьstъ pri-
 nesъ na gorъ Golъgotha.
 I vъ sela³²⁾ tvoja³³⁾.
 Crъkъvi glagoljetъ: sela bo božija crъkъvi sętъ: tu bo vьvede
 člověka jako vъ pristanište.
4. I vьnidъ къ oltarju³⁴⁾ božiju.
 Pri altarjihъ³⁵⁾ bo (j)uže přěbuvajętъ věrъniji, otъ tьdu³⁶⁾
 pištъ imęšte tajъnojъ.
 Kъ Bogu veselęštujemu³⁷⁾ junostъ moję.
 Veselъje bo člověku besъmrъtъno nova³⁸⁾ tajъna, ježe jestъ
 tělo i krъvъ Hrьstova.
 Isprověmъ³⁹⁾ se tebě vъ goslěhъ⁴⁰⁾, Bože, Bože moję!
 Gosli sętъ jęzъkъ člověčъ jako reče neupražňajetъ se kъto
 jemu⁴¹⁾ isprovědaję⁴²⁾.
5. Vьskojъ priskrъbъna jesi duše⁴³⁾ moja, i⁴⁴⁾ vьskojъ sьmęštajęši me?
 Bogu bo prišedъšu⁴⁵⁾ i rečali i męteža goneze věrъnъjbъ⁴⁶⁾
 člověkъ.
 Uръvajі⁴⁷⁾ na Boga, jako isprověmъ⁴⁸⁾ se jemu.
 Uръvamъjemъ⁴⁹⁾ božъjemъ utvrъždajetъ⁵⁰⁾ se člověkъ.
 Spasenъje⁵¹⁾ licu⁵²⁾ mojemu⁵³⁾ Bogъ moję.

¹⁶⁾ i deest in reliquis mss. ¹⁷⁾ jesi deest in Čjud. ps. saec. XI.
¹⁸⁾ aliquot mss.: država (Hval. etc.) ¹⁹⁾ Ps. bon.: sětuję; Ps. Sev. Sobr. sę-
 tuju. ²⁰⁾ etiam Sin. hoždъ; Hval hoždahъ ²¹⁾ Ps. saec. XIII—XIV. typogr.
 synod.: smuščаетъ ²²⁾ Ps. bon loco gen. habet accus. (vsčkъ [l. vьsjakъ]
 radostъ ²³⁾ in aliis mss. (praeter Hval.) sequitur i ²⁴⁾ Sin. rectius svojъ.
²⁵⁾ Ps. bon. rectius dijavolja (adi. poss.) ²⁶⁾ —sta mss. russ. et serb.
²⁷⁾ Ita Ps bon; Hval. vьvedosta et sim omn. mss. russ. ²⁸⁾ Ps. bon. add.
 (j)ego; rel. add. tvojъ. ²⁹⁾ Ps bon. add. ante Hr.: bo. ³⁰⁾ Ps. bon. li ³¹⁾ Ps.
 bon. ordine inverso: H. sebe. ³²⁾ alq. psalt. palaeoruss. sěni ³³⁾ Ps. bon.
 tьvoja ³⁴⁾ Ita Ps. bon.; Ps. sin altarju. ³⁵⁾ Ps. bon. oltarih. ³⁶⁾ In Ps. bon.
 sequitur bo ³⁷⁾ Ps bon. veselęštowmu (mendum videtur ex describendo exemplo
 glagolit. ortum esse); Cod. Hval veselęštumu; al. veselъje-tjumu. ³⁸⁾ Ps. bon.
 novaja. ³⁹⁾ Cod. Hval. isprověmъ ⁴⁰⁾ Omn. mss goslěhъ ⁴¹⁾ Etiam Ps. bon. mu
⁴²⁾ Ps. bon. —jъ l. —je ⁴³⁾ Ps. Čjud. saec. XI. duša. ⁴⁴⁾ Deest in quodam
 ms. saec. XIII—XIV. ap. Amphil. ⁴⁵⁾ Ps. bon. prišedъšu ⁴⁶⁾ Ps. bon. věrъnyi
⁴⁷⁾ Ps. bon Uръvajі ⁴⁸⁾ Cod. Hval. —ymъ. ⁴⁹⁾ In Ps. bon. sequitur bo. ⁵⁰⁾ Ita
 Ps. bon. (sine т in fine) ⁵¹⁾ Spasenie usque ad mojemu deest in Ps. Sin. ed.
 Geitl. ⁵²⁾ Ps. Čjud. (XI. s.) lica mojego; rel. licu m. ⁵³⁾ In Ps. Čjud., Ps.
 Sev. Sobr. Ččt. sequitur i

Spasenъje i Bogъ ⁵⁴⁾ licu člověču ⁵⁵⁾ bystъ prъšъstnъe ⁵⁶⁾ Hrъsta ⁵⁷⁾
Boga.

Slava

Graece. (Cod. β—134 Super. Fol. 118.)

1. »Κοῦνόν μοι, ὁ θεός, καὶ δίκασον τὴν δίκην μου ἐξ ἔθνους οὐχ ὀσίον.
ὁ Χριστὸς πρὸς τὸν πατέρα περὶ τοῦ ἔθνους Ἰουδαίων, ὡς ἀνοσίου τὴν δίκην ἐπιζητεῖ, ὡς κακὰ ἐπ' αὐτὸν λογισαμένων.
»ἀπὸ ἀνθρώπου ἀδίκου, καὶ δολίου ὄψασάι με.
λέγει μὲν περὶ τοῦ διαβόλου, λέγει δὲ καὶ περὶ τοῦ Ἰούδα, ὅτι τὸν δόλον ἐτέκταινε τῇ καρδίᾳ.
2. »ὅτι σὺ εἶ, ὁ θεός, κραταίωμά μου, ἵνατί ἀπόσω με.
ὁ ἄνθρωπος λέγει πρὸς τὸν θεόν, ὅτι ἔργον τῶν χειρῶν σου εἰμι, διὰ τί παρέδωκάς με τῷ ἔχθρῳ;
»καὶ ἵνατί σκνυθρωπάζων πορευόμεαι ἐν τῷ ἐκθλίβειν τὸν ἐχθρόν;
ἐν γὰρ τῷ ἐπικεῖσθαί μοι τὸν διάβολον πάσης χαρᾶς ἐστέρημαι, φησὶν ὁ ἄνθρωπος.
3. »ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου·
τοῦτ' ἔστιν ἐλθέτω λοιπὸν ὁ Χριστὸς λέγων, ἐγὼ εἰμι τὸ φῶς καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἐλευθερώσω τὸν ἄνθρωπον ἐκ τῆς τυραννίδος τοῦ διαβόλου.
»αὐτὰ με ὠδήγησαν, καὶ ἤγαγόν με εἰς ὄρος ἁγίων σου.
αὐτὸς γὰρ ὁ Χριστὸς ἐπιστρέψας τὸν ἄνθρωπον, ἤγαγεν ἐπὶ τὴν πίσιν· ὄρος γὰρ ἡ πίστις ὡς ἀσάλευτος ἢ καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἑαυτὸν προσενέγκας ἐπὶ τὸ ὄρος τοῦ γολγοθᾶ.
»καὶ εἰς σκηνώματά σου.
λέγει τὰς ἐκκλησίας, σκηνώματα γὰρ θεοῦ αἱ ἐκκλησίαι.
ἐκεῖ γὰρ ἤγαγε τὸν ἄνθρωπον, ὡς εἰς λιμένα.
4. »καὶ εἰσελεύσομαι πρὸς τὸ θυσιατήριον τοῦ θεοῦ.
τοῖς γὰρ θυσιατηρίοις λοιπὸν παρεδρόουσιν οἱ πιστοὶ ἐκεῖθεν τὴν διατροφὴν ἔχοντες τὴν μυστικὴν.
»πρὸς τὸν θεὸν τὸν εὐφραίνοντα τὴν νεότητά μου.
εὐφροσύνη γὰρ τῷ ἀνθρώπῳ ἀθάνατος τὸ νέον μυστήριον.
ἔστι δὲ τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Χριστοῦ.
»ἐξομολογήσομαι ἐν κιδάρα ὁ θεός μου, ὁ θεός μου.
κιδάρα δὲ ἐστὶν ἡ γλῶσσα τοῦ ἀνθρώπου, ὥστε φησὶν οὐκέτι ἀργεῖ ἐξομολογουμένη.
5. »ἵνατί περιλύπος εἶ ἡ ψυχὴ μου, καὶ ἵνατί συνταράσσει με.
θεοῦ γὰρ παρόντος καὶ λύπης καὶ ταραχῆς ἀπελλάγη ὁ ἄνθρωπος ὁ πιστός.
»ἐλπισον ἐπὶ τὸν θεόν, ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ
τῇ ἐλπίδι γὰρ τῇ εἰς θεὸν ὠχύρωτο ὁ ἄνθρωπος.
»σωτήριον τοῦ προσώπου μου καὶ ὁ θεός μου.
καὶ σωτηρία καὶ θεὸς τοῦ προσώπου τοῦ ἀνθρώπου ἡ παρουσία τοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ.

⁵⁴⁾ i Bogъ deest in Ps. bon. ⁵⁵⁾ etiam Ps. bon. —ju l. u; sequitur ibid. Bogъ. ⁵⁶⁾ Ps. bon. — šestvie. ⁵⁷⁾ In Ps. bon. seq. i.

Latine. (Cod. B 134 fol. 117 verso. 119.)

1. »Indica me Deus, et discerne causam meam de gente non sancta.
Haec Christus ad Patrem de Iudeis velut impiis, iudicium
poscens ut qui mala contra eum machinati fuerint.
»ab homine iniquo et doloso erue me.
Loquitur de diabolo et Iuda, qui dolum moliebatur in animo.
2. »quia tu es Deus fortitudo mea, quare me repulisti?
Haec homo ad Deum, ac si diceret, quoniam ego opus manuum
tuarum, quare me tradidisti inimico.
»et quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?
Inminente mihi diabolo, inquit homo, omni laetitia destituor.
3. »emitte lucem tuam, et veritatem tuam.
Ac si diceret, veniat tandem rogamus Christus, qui dixit⁵⁸⁾, ego
sum lux et veritas, et liberet hominem a tyrannide diaboli.
»ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum.
Ipsemet Christus convertens hominem deduxit eum ad fidem,
mons enim fides ut inconcussa et immobilis semper; atque adeo
ipsemet Christus seipsum deduxit in montem Golgotha.
»et in tabernacula tua.
Ecclesias dicit, ecclesiae enim tabernacula Dei, eo duxit homi-
nem, ut in portum.
4. »et introibo ad altare Dei.
De caetero nunc operantur fideles altaribus, et inde accipi-
unt alimentum Sacramentale mysticum.
»ad Deum qui laetificat iuventutem meam.
Immortale gaudium fidelibus⁵⁹⁾ novum sacramentum, estque
Corpus et Sanguis Domini.
»confitebor tibi in cithara Deus Deus meus.
Cithara est lingua hominis, ut dicat, nunquam desituram lin-
guam confiteri Deo.
5. »Quare tristis es anima mea, et quare conturbas me?
Sed praesente Deo liberantur fideles omni tristitia et contur-
batione.
»spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi.
Spe in Deum confirmatur homo.
salutare vultus tui, et Deus meus.
Praesentia et adventus Christi Dei et hominis salus, atque
adeo Deus vultui hominis. *A. Špaldák.*

POLONICA.

Dr. *Józef Bilczewski* (nunc archiepiscopus Leopoliensis r. l.).
**Eucharystya w świetle najdawniejszych pomników piśmiennych,
ikonograficznych, epigraficznych (Eucharistia in luce monumen-
torum litterariorum, iconographicorum, epigraphicorum).** Kraków,
1898, pag. 328.

⁵⁸⁾ Joh 14, 6. ⁵⁹⁾ In graeco est allusio inter *véov* et *νεότης*.

Excellentissimus auctor suo operi hunc scopum proposuit, ut eucharistiae nostrae identitatem cum eucharistia primorum christianorum ostenderet, secus ac totus rationalismus nostri aevi opinari solet. Consilium suum per quattuor partes prosequitur.

I. parte adducuntur testimonia imprimis scripturistica, deinde patristica, incipiendo a Doctrina duodecim apostolorum, Clemente Romano, Ignatio, Iustino etc. usque ad Cyprianum et Liturgiam Constitutionum Apostolicarum. Analyysi testimoniorum, quae adducuntur, doctrina ecclesiae catholicae de sanctissimo sacramento, de reali praesentia, transubstantiatione, sacrificio missae etc. solide comprobatur.

II. parte doctissimus archaeologus¹⁾ exhibet monumenta iconographica, praesertim ex catacumbis romanis, quae pari modo de fide christiana primorum saeculorum luculenter testantur.

III. parte eadem doctrina comprobatur epigraphis, praesertim Abercii Hieropolitani et Pectorii Augustodunensis, quorum epigraphorum etiam historia, character christianus, valor dogmaticus fuse describitur.

IV. parte denique, quae est totius operis syntetica, quasdam conclusiones dogmaticas et liturgicas auctor deducit, quarum nonnullas saltem attingere liceat. Itaque gravissimam quaestionem de Epiclesi multis in locis per decursum operis tractat. In Scriptura sacra ne vestigium quidem invenitur epiclesis, seu orationis deprecatoriae, qua Christus vel Apostoli Spiritum sanctum invocarent, ut panem in Corpus et vinum in sanguinem Domini converteret, nihilominus, indicio auctoris ipse Salvator probabiliter initium epiclesi posuit, cum convertendo elementa verbis sic dictis institutionis gestum quendam seu extensionem manus simul adhibuit, in qua apostoli et post eos ecclesia tota invocationem Sanctificatoris seu tacitam epiclesin viderunt. Reapse huiusmodi manus impositio etiam in aliis sacramentis invenitur tanquam tacita invocatio Divinae Virtutis, ut ritum externum effectum interno comitetur, quam intensionem etiam oralibus precationibus adiunctis Ecclesia exprimit. In missa romana eiusmodi precatio habetur in verbis *Quam oblationem*, quam olim cum impositione manuum sacerdotum episcopo concelebrantium coniunctam esse excell. auctor noster opinatur; in aliis vero, praesertim orientalibus liturgiis epicleses habentur iam post consecrationem. Quo fine? „Si in memoriam revocabis verba Christi a sacerdote prolata in tantum valere transubstantiationem efficere, in quantum vi suae sacramentalis efficaciae super elementa divinam consecrationem attrahunt, non aegre rationem invenies, cur transitoriam et momentaneam formulam consecrationis ritibus et precationibus liturgia circumdederit, quibus invisibilem consecrationis vim fidelium oculis, auribus, intellectui obviam ponat.“ Simul admittitur ab excell. auctore altera explicatio epiclesis, a Bessarione iam proposita, iuxta quam rogatur Spiritus Sanctus ut eucharistia in suis effectibus subiectivis revera fiat Corpus et Sanguis Christi.

¹⁾ Auctor edidit solidum opus: *Archeologia chreścijańska wobec historyi Kościoła i dogmatu*. Kraków, 1890, pag. XX+338.

Quod attinet materiam eucharistiae, in epocha ante Constantinum magnum adhiberi solitam, iudicium est auctoris fuisse in usu tum panem azymum tum fermentatum et quidem tum in ecclesia orientali tum in occidentali. Vinum adhibetur utriusque coloris. Peculiari additamento excluditur hypothesis Harnackii de missis celebratis in sola aqua.

Ultimo tractat auctor de ministris tum consecrationis, tum distributionis, de ritibus communionis, de cultu eucharistiae. In quaestione de essentia sacrificii missae, auctor theoriam Lugonis et Franzelin amplectitur.

Opus hoc ornatum 50 circiter imaginibus, similitudines monumentorum exhibentibus, dignum est, ut inter solidissima theologiae positivae opera communeretur.

J. Urban. S. J.

Ks. Włodzimierz Piątkiewicz T. J. **Mystyczne ciało Chrystusa, a charakterzy sakramentalne. (Mysticum corpus Christi et characteres sacramentales).** Kraków, 1903, pag. 80. ¹⁾

Definita est doctrinae catholicae pars de impressione in tribus ecclesiae sacramentis cuiusdam in anima characteris indelebilis, qui vetat deinde eadem sacramenta iterari. Si vero ulterius interroge., quid sit character ille in sua intima essentia, quid animae praestet, quis eius proprius finis, statim quaestionem ingredieris pariter subtilem ac difficilem prae penuria fontium theologicorum. Scientia theologica hucusque potius negative, quid non sit, quam positive, quid sit character sacramentalis, respondere potuit.

Auctor studii dogmatici, de quo in praesenti, vestigiis Dr. Scheeben et Lingens S. J. inhaerens, scopum sacramentalium characterum ex doctrina de Corpore Christi mystico — Ecclesia — illustrari posse sperat idque efficere conatur.

Imprimis pulchre disserit de Ecclesia, ut Corpore Christi mystico, analogiis paulinis aliisque Scripturae locis innixus, ex quibus demonstrat ideam Corporis Christi mystici socialibus tantum Ecclesiae nexibus minime absolvi, sed multiplicem iugemque Christi-capitis in suam Ecclesiam singulasque animas influxum vivificantem complecti. Christus est enim non solum causa meritoria sanctificationis, sed simul causa efficiens (moralis) tum repraesentando sua merita, tum applicando ipsa in sacramentis per ministros suos, quibuscum una moraliter persona efficitur. Apicem coniunctionis Christi cum Corpore suo et vivifici in illud influxus eucharistica praesentia et communio praestat. Regulariter loquendo vivificus in animas influxus non datur sine cooperatione Ecclesiae, quacum Christus unam mystice coniunctam totalitatem constituit.

Quid characteres sacramentales praestant in vita Corporis Christi mystici? Si gratiam sanctificantem et gratias actuales ad physiologiam mystici illius Corporis referes, characteres ad anatomiam eiusdem Corporis spectabunt. Mediantibus ipsis Corpus mysticum Christi ex singulis individuis, quasi ex materia remota, adaptat et assimilat sibi novas

¹⁾ Huius operis quidem iam mentionem fecimus, nihilominus hanc subtiliorem censuram libenter cum lectoribus communicamus. Red.

cellulas nova efficit organa, vitae supernaturalis participandae proxime idonea, et quidem diverso gradu. Charactere baptismali sibi impresso homo mirabili quodam modo accipit similitudinem cum Capite Ecclesiae, Christo, fit eius membrum, subiectum capax aliorum sacramentorum et acquirit ius ordinarium ad gratias, quibus vita supernaturalis absolvitur.

Sed organizatum corpus non potest constare materia homogenea cellularum eiusdem omnino qualitatis. Organismo opus est quibusdam membris firmioribus, ad speciales functiones destinatis. Idem dicas de Ecclesia. Et ipsa opus habet „membris firmioribus, magis evolutis et ad id destinatis, ut similiter ac in eminentioribus nostri corporis partibus vis vivifica animae, ita in his mysticis plenius ac uberius vivifica virtus Christi se manifestet; ut per ipsa, quasi per sua instrumenta, Ecclesia agere et reagere ad extra possit finesque suos sublimiores obtineat“ Hoc obtinetur a characterem confirmationis, qui est quaedam realis in anima similitudo virtutis Christi.

Quid adhuc deest Corpori Christi mystico? Si licet extendere analogiam, ab organismo vivo desumptam, mystico Corpori Christi inesse debent organa, quae non solum participant, sed etiam aliis membris deferant vivificam virtutem Capitis-Christi. Huiusmodi organa, sacerdotium ecclesiasticum in tribus suis gradibus, formantur et destinationi suae idonea redduntur non per gratiam, quae ipsis regulariter datur ad convenienter dispensanda mysteria Dei, sed per characterem sacerdotalem, qui praeter duos priores gradus similitudinis cum Christo, novum stigma est, assimilans animam ordinati Summo et primo Sacerdoti. In genere, characteres sacramentales sunt quasi extensio quaedam et participatio, analogica utique, illius divini characteris, quem humana Christi natura nacta est per hypostaticam unionem cum Verbo.

Studium P. Piątkiewicz non solum gravitate quaestionis, sed etiam soliditate argumentorum pariter ac elegantia sermonis, multum commendatur. Magnam etiam lucem infert tractatui de membris Ecclesiae, illumque forte paulisper corrigit ac modificat. Si enim characteres sacramentales sunt, qui Corpori Christi mystico, Ecclesiae, structuram praestant intrinsicam ac firmitatem, dicendum videtur etiam haereticos ac schismaticos non solum ad animam Ecclesiae (si nimirum in bona fide exstant et insuper gratia sanctificante ornantur), sed etiam vi characterum sacramentalium ad Corpus pertinere Ecclesiae, quamvis in foro externo, ob defectum visibilis coniunctionis cum unitatis ecclesiasticae centro, censeantur et exstant extra Ecclesiam, iuridice, prout est societas visibilis, consideratam. Imprimis, dum de Orientalibus agitur, doctrina de characteribus sacramentalibus posset catholico theologo non exiguam afferre lucem ac solatium. *J. Urban S. J.*

Ks. Antoni Nowowiejski, Wykład liturgii Kościoła Katolickiego (Expositio liturgiae Ecclesiae Catholicae). Tom. I. Warszawa, 1893, str. 1332. in 4^o; tom. II. Warszawa, 1902, str. 682. in 4^o; tom. III. Płock, 1905, str. 516. in 4^o. Cena 17 rb.

Tres editi tomi non sunt nisi una ex sex partibus vastissimi operis liturgici, quod doctus professor seminarii dioecesisni plocensis

publicare intendit. Tractat haec prima pars de mediis cultus divini, dum partes ipsius cultus, ut officium divinum, sacrificium missae, sacramenta aliaque remittuntur ad partes sequentes.

Praemissa introductione totius operis (p. 1—98), in qua notio liturgiae sacrae, eius obiectum, genera, historia exponuntur, de symbolismo liturgico pulchre disseritur, auctoritas fontium liturgicorum vindicatur, — per decursum trium tomorum auctor tractat tomo I^o: de personis liturgicis et de locis cultus eorumque ornatu; tomo II^o: de paramentis et vasis liturgicis: tomo III^o: de libris liturgicis, de musica et cantu ecclesiastico, de lingua liturgica, denique de quibusdam actionibus liturgicis.

Omnium harum rerum exponitur historia, practica ratio, symbolismus, legesque ecclesiasticae et praescriptiones huc pertinentes. Tractando de locis cultus divini, fuse auctor describit omnes classicos stylos architectonicos, eorumque recepta exponit; tum singillatim de altaribus, ciboriis, lumine, de pictura et sculptura, de cruce, reliquiis et reliquiaribus, de floribus, de omnibus partibus templi, de campanis etc. fuse disserit.

Valoris specialis sunt ea, quae tomo III^o continentur, nimirum tractatus historico-iuridicus de libris liturgicis et alius de musica et cantu ecclesiastico, deque lingua liturgica. Praeter ea, quae in aliis auctoribus inveniri possunt, multa hicveniuntur de libris liturgicis in Polonia olim et nunc usurpari solitis, v. c. de valore Ritualis petricoviensis, eiusque discrepantia a Rituali romano. In tractatu de cantu et lingua habita est ab auctore ratio novissimarum ecclesiae praescriptionum. Cum auctor nonnisi occidentali liturgia ex professo tractet, hinc de rebus orientalibus pauca tantum hic illic apponit, v. c. de lingua slavica (t. III., p. 309—312).

Opus hoc maximam et solidissimam eruditionem atque obsequentissimum amorem legum ecclesiasticorum in auctore luculenter manifestat. Ornatur 932 illustrationibus, quae archaeologica praesertim monumenta repraesentant, ex quibus multa sunt polonica. Utinam doctissimus auctor ceteras partes suae Liturgiae quam citissime in mundum edat!

J. U.

Libri polonici recentiores.

Adamski St. Substancyalność i nieśmiertelność duszy ludzkiej. Warszawa, 1905 (str. 432). (Substantialitas et immortalitas animae humanae).

Czapla Bruno. Visitationes episcopatus Culmensis a 1667—1672 factae. Societas litteraria Torunensis 1904 (191). Latine.

Chotkowski Wł. dr., Historia polityczna dawnych klasztorów panienskich w Galicyi 1773—1848). Kraków, 1905 (431). (Historia politica veterum monasteriorum monialium in Galicia.)

Chodyński St., Seminaryum Włocławskie. Włocławek, 1905 (Seminarium Vladislaviense, studium historicum).

Gerstman Ad., O skrupulatach. Lwów, 1901 (51) (De Scrupulis).

Idem, O zadoszćuczynieniu sakramentalnem. Lwów, 1904 (110) (De satisfactione sacramentali).

Idem., O grzesznikach nałogowych, nawrotowych i pozostających w okazji do grzechu. Lwów, 1905 (208) (De peccatoribus habitus, recidivis et occasionariis). Hi tres libri potius ad pastoralem theologiam pertinent.

Gęlski A. L., Znaczenie sławy ludzkiej ze stanowiska chrześcijańskiego, studyum etyczne. Warszawa, 1905 (15), (Christianum iudicium de gloria humana, studium ethicum).

Kopyciński Ad. dr., O sakramencie Pokuty. Przemyśl, 1904 (535) (De Sacramento Poenitentiae).

Knapieński dr., Teorya O. Hummelauera o formacyi Pentateuchu. Warszawa (33) (Theoria P. Hummelauer de formatione Pentateuchi).

Mieszkis Fel., Katolicyzm a reforma, studyum religijno-społeczne. Warszawa, 1904 (98) (Catholicismus et reformatio, studium religioso-sociale).

Nojszewski Ant., Liturgia Rzymska. Warszawa, 1903 (378) (De Liturgia Romana).

Nowodworski M., Encyclopedya kościelna, tom XXVIII., Szpital-Toul. Warszawa 1905 (632) (Encyclopaedia ecclesiastica, tomus XXVIII-us).

Potkański K. dr., Konstantyn i Metodyusz. Kraków, 1905 (146) (Constantinus et Methodius).

Plater Cecylia, Cywilizacya w swietle chrystyanizmu. Warszawa, 1905 (31) (Civilizatio in luce christianismi).

Podlasiak P. J. K*), Męczeństwo Unii na Podlasiu. Kraków, 1905 (375) (Martyrologium Unionis in Podlachia).

Podręczna encyclopedya kościelna. Warszawa. Tomy I-VI. (Manualis encyclopaedia ecclesiastica).

Sieniatycki M. dr., Wniebowzięcie N. Maryi Panny, studyum teologiczne. Lwów, 1904 (123). (Assumptio B. Mariae V., studium theologicum).

Vondrak W. dr., Zachodnio-europejskie postanowienie pokutne w języku cerkiewno-Słowiańskim. Kraków, 1904 (67) (Statutum poenitentiale in lingua ecclesiastico-slavica in Occidentali Europa).

Wołyniak, Lista opatów bazylikańskich w Grodnie. Kraków, 1905 (60) (Conspectus abbatum basilianorum Grodnensium).

Załęski St. T. J., Jezuici w Polsce tom. IV. Kraków 1905 (1880 p.), (Jesuitae in Polonia).

Zukiewicz K. M., Sw. Jacek Odrowąż. Lwów, 1905 (138) (S. Hyacinthus Odrowąż).

Libri occasione iubilaei B. M. V. Immaculatae editi.

Chotkowski Wł. dr., Walka szatana z N. Panną w dziejach Kościoła. Kraków, 1904 (31) (Pugna diaboli contra B. Virginem in historia Ecclesiae).

Fridrich Al. T. J., Historje cudownych obrazów N. Maryi Panny w Polsce. Kraków, tom I, 1903; tom II., 1904. (Historiae imaginum miraculosarum B. Mariae V. in Polonia, duo tomi).

Adamski St., Hołd Niepokalanej Dziewicy Bogarodzicy. Poznań, 1904 (p. 402).

Maryński Br., W hołdzie dla Maryi, studyum historyczno-ascetyczne o Rozańcu. Warszawa, 1904 (p. 144) (De Rosario, studium historico-asceticum).

*) Eiusdem auctoris sunt etiam alii libri historiam suppressionis Unionis in Podlachia spectantes, nimirum: 1) Janów biskupi czyli podlaski, Kraków, 1897; 2) Historia zjawionego i cudownego obrazu Matki Boskiej w Leśny, Kraków, 1897; 3) Kodeń Sapiarów, Kraków, 1898.

Objawienie się, i cuda w Lurd Najświętszej Maryi Panny niepokalanie poczętej. Kraków, 1904 (314) (Apparitio et miracula B. M. V. in Lourdes).

Skarga Piotr T. J., (celeberrimus concionator polonus saeculi XVI.) Kazania o Przenajświętszej Bogarodzicy Niepokalanej Dziewicy. Kraków, 1905 (p. XIX. et 155). (Conciones de B. M. V. editio nova.)

RUSSICA.

И. Юнгеровъ, Обще историко-критическое введение къ скандинавскимъ ветхозаветнымъ книгамъ (**Generalis historico-critica introductio in libros sacros Veteris Testamenti**). Казань 1902 ¹⁾. Pag. XV. + 591. 2 rub. 50 kop.

Doctus et litterariis operibus copiosus ²⁾ russicus biblista V T locupletavit theologiam litteraturam novo et huius generis — exceptis nonnullis studiis in periodicis publicationibus et manuali introductione in S. Scripturam a Vigouroux ³⁾ — primo opere in lingua russica. Liber divisus est in quatuor partes, in quarum prima (p. 1—46) pertractante historiam originis et authenticitatis sacrae V T. litteraturae perscribit varios modos et monumenta, quibus incorruptibilis traditio in electo populo per generationes asservabatur, solvit quaestionem scripturae apud Hebraeos et perscribit occasionem, tempus originis, auctorem et breve argumentum uniuscuiusque libri proposito fine apologetico. Non possumus assentiri maxima ex parte annis, qui hac occasione plena cum certitudine adducuntur. Per Esdras et Nehemiam canonem librorum V T clausum esse putat auctor, qua de causa omnes superstites libros post eorum aetatem scripti — quos appellat non canonicos (p. 43. неканоническая) — pertinentes ad Biblia non possunt esse canonici carentque inspiratione. Ad quos numerat librum Baruch et epistolam Jeremiae, opera composita saec. IV ab incertis auctoribus, Sapientiam Jesu Sirach e fine saec. IV aut principio saec. III, Sapientiam Salomonis, Tobiam et Judith a saec. III., primum, secundum et tertium librum Maccabaeorum, secundum et tertium librum Esdrae, Psalmum 151., orationem regis Manassis et fragmenta Estheris et Danielis. In secunda parte (p. 48—218) continente historiam canonis librorum V T primordia, evolutionem et pervulgationem canonis usque ad tempora Esdrae et Nehemiae illustrat; praesertim perspicua argumenta adducit, docens,

1) Tantum per exceptionem huic censurae libri antiquioris locum hic dedimus in posterum non recepturi nisi novorum censuras librorum. R ed.

2) Idem auctor edidit: Книга Есфирь и вѣтхобиблейскіе памятники. (Liber Esther et extrabiblica monumenta) 1891 p. 30 cop. Книга пророка Михея. Вѣтхологическое и езергетическое изслѣдованіе. (Liber prophetae Micheae. Biblico-exegetica discussio) 1890. pr. 2 rub.

Псалтырь и ея значеніе въ связи съ заключающимся въ ней въроученіемъ. (Psalterium eiusque significatio in connexionione cum doctrina eodem contenta) 1894. Въроученіе псалтыри, ея особенності и значеніе въ общей системѣ библейскаго въроученія. (Doctrina Psalterii eiusque individualitates et significatio in universali systemate biblicae doctrinae.) 1897. pr 1 rub. Omnes isti libri typis editi sunt Kazanii.

3) Cfr. Cas. kat. duch. p. 312. (Litt. Slav 26).

locis plurimis citatis e S. Scriptura quomodo posteriores libri priores supponant. Nonnullis autem locis nimiam fidem attribuit traditioni talmudicae, qua nixa argumenta carent solido fundamento, quare deductiones minus evidentes et certae videntur esse. Item incredibile et inconcessibile est, ut Thora (Liber Moysis) reperta ab Helcia tempore Josiae non solum totum Pentateuchum, sed omnes libros V. T. hoc tempore existentes (Josue, Jesaiam, Michean) continerit (p. 72.). Prouti omnes russici auctores pertractantes eandem materiam etiam Jungerov vult demonstrare, canonem V. T. per Esdram, Nehemiam et Magnam Synagogam clausum fuisse. Adducit etiam sententias contrarias, sed sine critica discussione. In capite secundo et tertio eiusdem partis pertractat historiam canonis postquam clausus est: canonem palaestinensem et alexandrinum. Admittit hypothesim LXX olim continuisse solummodo (proto)canonicos libros et Judaeos alexandrios numquam agnovisse canonicitatem non (deutero) canonicorum librorum. Omnes locos ex V. T. in N. T. reducit praecipue ad libros (proto)canonicos. Patrologia graeca et syriaca a saec. I.—II. ex disputationibus et perpetuo contactu cum Judaeis scit et confirmat canonem mutilatum, cuius ignari patres latini contenti prisea latina versione Bibliorum, in qua indiscriminatum miscbantur libri canonici cum non canonicis, omnes libros numerabant ad S. Scripturam. Sequentibus tribus saeculis Oriens retinebat (proto)canonicos libros, Occidens sequens doctrinam s. Augustini in conciliis et in scriptis agnoscebat etiam libros non (deutero) canonicos: qui status dantur exceptiones — pertinebat in utraque ecclesia usque ad saec. XVI. Какъ восточная церковъ была вѣрна ранѣе установленному въ ней ученію о канонѣ, такъ и западная церковъ въ своихъ официальныхъ соборныхъ и папскихъ опредѣленіяхъ оставалась вѣрною постановленіямъ своимъ, даннымъ въ предъидущіе періоды (p. 183). — Concilium tridentinum apud catholicos omnem dubitationem sustulit, apud orientales scriptores autem praevaluit sententia Origenis, Melitonis, s. Hieronymi et ceterorum similiter sentientium. Praecipuus fons ad hauriendam doctrinam traditionis horum temporum est ei Loisy (Histoire du canon de l' A. T.), minus Cornely (Introductio . . .) et Trochon (La Sainte Bible). Ecclesia russica hucusque non possidet definitivam decisionem quaestionis de canone V. T. a competenti auctoritate, sed theologi russici sequentes metropolitam Philaretum defendunt sententiam mutilati canonis librorum protocanonicorum, deutero canonicos adnumerantes quidem ad Biblia sed in inaequali auctoritate, negantes eorum inspirationem.

In tertia parte (p. 219—353) pertractante historiam textus N. T. perscribit auctor primum materiam et formam hebraicae scripturae, dein historiam hebraei alphabeti et punctationis. Quaestionem, quomodo Hebraei verba et litteras a se seiunxerint, solvit: eos ad disternenda verba in continua scriptura usos esse certis signaculis, quorum auxilio universali cognitione S. Scripturae imbuti facile eam legere potuerunt; in scriptura quadrata litterae finales lectionem adiuvabant. Attentione dignus et perspicuus est articulus continens divisionem librorum V. T.

in textu hebraico in maiores minoresque partes et interiorem historiam eiusdem textus.

In quarta parte (354—591) perscribitur historia versionum V T et quidem primo loco LXX., cuius auctoritas apud Russos magni aestimatur „quia LXX. potest spectari tamquam speculum textus hebraici, qualis erat 200 annos ante Chr. N.“ et quia ex ea vulgaris slavico-russica versio S. Scripturae profecta est. Perscribuntur dein versionum antiquarum occasio, locus, tempus originis, relatio ad originalem textum, eorumque auctoritas et character. Speciali diligentia usus est auctor in illustranda origine vetero-slavicae versionis eiusdemque historiae textus in manuscriptis et editionibus typis editis. Etiam laude digna est pertractatio de versione S. Scripturae in linguam russicam eiusque fati, ubi adducit auctor omnes factores, qui operam dederunt perfectis editionibus et amplissimae propagationi S. Scripturae in Russia.

Totus liber systematice ordinatus conspirat in unam sententiam auctoris, nempe demonstrare ecclesiae russicae fidem in authenticitatem, inspirationem, canonicitatem et integritatem librorum V T. eandem esse ac iudaicae traditionis et christianae ecclesiae. Quodcausa omnes quaestiones aspicit in fide russici theologi, in cuius favorem easdem etiam (e. g. de canone, authenticitate Vulgatae et LXX.) solvit. Quamquam auctor nonnullis locis solummodo compilavit sententias aliorum gravium scriptorum, tamen totus liber prodesse potest etiam occidentalibus biblistis, praesertim in biblicis, quae pertinent ad russica. Apologeticum scopum S. Scripturae intendit assequi defendendo in quaestionibus controversis rigore conservativum. Etiam si liber modo historico-critico et scientifice materiam propositam pertractat, tamen propter perspicuitatem styli omnibus utilis esse potest, qui bibliis student.

Adolf Jašek.

Архумандритъ Андрей, Какъ понимать челоуко-образныя представленія св. Писанія о Богѣ (Quomodo intelligendae sint humanae repraesentationes Dei in Sacra Scriptura.) Казань 1904. Изданіе журнала „Цвѣтель“. (Hermeneutico-exegeticum opusculum, in quo auctor nixus et fretus interpretationibus ss. Patrum explicat usum loquendi anthropomorphismorum Dei in Sacra Scriptura. Deficientem terminologiam de hominum repraesentationibus de Deo totaque Eius oeconomia explent sacri auctores perfectissimis repraesentationibus et actibus humanis. Quapropter Sacra Scriptura ostendit nobis etiam culturam psychologicorum idearum illorum temporum. *A. J.*

Th. I. Titov, Критико-библиографическій обзоръ новѣйшихъ трудовъ по исторіи Русской Церкви (Conspectus critico-bibliographicus operum recentiorum de historia ecclesiae russicae). Fasc. I. II. Kiev 1901; fasc. III. Kiev 1904; fasc. IV. K. 1905. Pg. 22: 43: 84: 50 20, 40, 80, 60 kop.

Th. I. Titov, professor (extraordinarius) historiae ecclesiae russicae in academia theol. Kioviensi, iam per nonnullos annos in historiam ecclesiae in Russia occidentali inde a saec. XVI. specialiter in-

quirit. Hoc anno edidit magni pretii et magni momenti opus: Pamjatniki pravoslavja i russkoj narodnosti v zapadnoj Rossii v XVII.—XVIII. vv. — Monumenta orthodoxiae et nationalitatis russicae in Russia occidentali saec. XVII.—XVIII. tom. I. partes I. II. III. Kiev 1905. Pg. CLXIV+XCVII+1772+CXIX. — Eum etiam in litteratura historica recentiore bene esse versatum praesentes fasciculi ostendunt.

I. fasc. praebet brevem conspectum recensionemque excellentis operis E. E. Golubinskii, Historia eccl. russicae. tom. II. p. I. (Moskva 1900), de qua publicatio nostra alias referet.

II. 1. Primo loco (pg. 3—10) recensetur opus S. Golubevi, Kievskij metropolit Petr Mogila (a. 1632—1646). Tom. II. Kiev 1898. Pg. 524+498, cuius t. I. iam a. 1883 prodiit. S. Golubev 25 annos in libro hoc componendo consumpsit, propterea opus praeclarum conscripsit. Tota 2. pars libri (498 pg.) documenta historica continet, quae accuratissime secundum varia manuscripta redacta sunt — 2. K. Harlampovič, Zapadno-russkija pravoslavnyja školy XVI. i načala XVII. vėka. (Scholae orthodoxae Russiae occidentalis saec. XVI. et initio XVII.) Kazan' 1898. Pg. 524+LXII. Prima pars (pg. 1—140) agit de scholis catholicis, de institutis iesuitarum, de seminariis clericalibus, de divulgatione fidei catholicae in Russia occidentali. Sequitur (pg. 141—184) brevis narratio de scholis protestanticis (lutheran., calvin., socinianis). Pars tertia (pg. 185—476) de proprio operis obiecto (scholis disunitorum) tractat. Ultimo loco (pg. 477—524) auctor de scholis unitorum agit. Auctor litteraturam huc pertinentem accurate novit eamque in prooemio enumerat multasque notitias omnino novas praebet. — 3. D. Ščepuro, Vilenskoe Svjato-Duhovskoe bratstvo (Confraternitas S. Spiritus Vilnensis saec. XVII. et XVIII.). Kiev 1899. Pg. 182. Auctor diligenter collegit, quae hac de re hucusque publicata sunt: liber nonnullos errores historicos continet (pg. 13—17). 4. S. Bělokurov, Historii duhovnago prosvěščenija v Moskovskom gosudarstvė XVI.—XVII. vv. (Ad historiam eruditionis spiritualis in imperio Moscovitico saec. XVI—XVII. Utrum libri ecclesiastici an profani in bibliotheca imperatorum Moscoviae saec. XVI. reconditi sint). 2 Moskva 1899. Pg. 386+LXXIII. — Bělokurov iam multas et praeclaras monographias ex historia eccl. russicae conscripsit. Opus praesens magnam copiam notitiarum historicarum et bibliographicarum praebet. Ex ceteris operibus eiusdem auctoris praesertim notanda est monographia de celebri sacerdote (catholico) Croata Georgio Križanič (Jurij Križanič v Rossii. Moskva 1901. Pg. 206+130), qui saec. XVII. in Russia degebat ibique inter cetera negotia etiam ad unionem promovendam multa conabatur, quod Bělokurov secundum nova documenta primus praeclare ostendit. — 5. A. Dmitrievskij, Arhiepiskop elassonskij Arsenij i memuary ego iz russkoj istorii po rukopisi Trapezuntskago Sumelijskago monastyrja. Kiev 1899. Pg. 234. Arsenius archiepiscopus initio saec. XVII. Moscoviae degebat: eius memoriae, quae historiam turbulentae aetatis imperii et

ecclesiae russicae respiciunt magni momenti sunt pro historia ecclesiae russicae. Dmitrievskij, in historia Orientis versatissimus, has „memorias“ invenit et magno cum apparatu scientifico in hoc libro publicavit (pg. 19—21). — 8. N. D. Izvčkov, Istoričeskij očerk sostojanija pravoslavnoj cerkvi v Litovskoj eparhii za vremja 1839—1889. g. Moskva 1899. Pg. 522. De historia ecclesiae disunitae in eparchia Litthuaniae iam multa sunt conscripta (maxime a Kiprianovič): praesentis libri elaboratio scientifica valde imperfecta est, obiectivitas historica et scientifica deest (pg. 26—32). — 9. V. Ejngorn, Očerki iz istorii Malorossii v XVII. v. I. Snošenija malorossijskago duhovenstva s moskovskim pravitel'stvom v carstvovanie Aleksėja Mihajloviča (Relatio cleri parvorussici ad imperium moscoviticum regnante Alexio Mihajlovič) Moskva 1899. Pg. 1104. Auctor magnam copiam novae materiae historicae collegit ex fontibus nondum typis editis: quapropter opus eius magni est pretii. — 10. A. Papkov, Bratstva (Confraternitates). Očerk istorii zapadno-russkih pravoslavnyh bratstv. 1900. Pg. LXIV+291+XXXIX. Confraternitates ecclesiasticae in Russia occidentali praecipua erant praesidia contra unionis conatus. A. Papkov solum fontibus iam typis editis usus est; in libro multa minus accurata inveniuntur (pg. 37—43).

III. 1. C. Studinskij, Pierwszy wstęp literacki Hypacyusza Pociēja. Lwów 1902. Pg. 80. — C. Studinskij (Ruthenus, professor universitatis Leopoltanae) tum lingua ruthena tum polonica iam multa conscripsit, quae unionem Ruthenorum (Brest 1596) spectant, praesertim, quae ad pugnam litterariam (ad quam categoriam et opusculum cuius hic fit censura pertinet) inter unitos et disunitos pertinent. Titov omnia opera huius auctoris tamquam vere scientifica et exacta laudat (pg. 3—4). — 2. P. Žukovič, Sejmova bor'ba pravoslavnago zapadno-russkago dvorjanstva s cerkovnoj uniej (do 1609 g.) — (Russiae occidentalis nobilium non unitorum cum unione ecclesiastica concertatio in comitiis [usque ad a. 1609]). Peterburg 1901. Pg. XX+608. — Secundum Žukovič unio ecclesiastica erat solum phasis pugnae nationis polonicae cum russica et culturae polonico-catholicae cum russica. Auctor permultis fontibus manuscriptis usus est et ipse magnam copiam materiae historicae in variis „archivis“ collegit quapropter opus eius magni est pretii multaque nova praebet (5—8). — 3. A. Jabłonowski, Akademia Kijowska-Mohilańska. Kraków 1899-1900. Pg. 318. Eiusdem auctoris de eadem re elucubratio in Kwartalnik historyczny“ Lwów 1902. — In priore opere J. probare conatur academiam Kioviensem (orthodoxam) nihil habuisse suum propriumque, sed mediatricem tantum inter culturam occidentalem et orientalem institutionemque polonicam fuisse. Titov (in Trudy k. d. a. 1902 nr. 3, pg. 451-79) concedit quidem academiam ad exemplum academiaram occidentalium institutam fuisse (quemadmodum etiam academiae polonicae), nihilominus etiam non pauca sua propriaque habuisse, fidem „orthodoxam“ et nationem russicam strenue defendisse (8—15). J. in Kw. historyczny“ sententias suas defendit iuxta sententiam Titov quaestio post omnia docu-

menta historica edita (quam editionem Titov, N. Petrov et S. Golubev iam inceperunt [cf. inferius IV 5]) demum clarius dirimi poterit (16-21). — 4. S. Golubev, Kievskaja Akademija v konce XVII. i načalě XVIII. st. (Acad. Kiov. in fine saec. XVII. et initio XVIII). Kiev 1902. Pg. 101. Magna pars operis novos fontes enumerat novamque materiam praebet. — 5. E. E. Golubinskij, Istorija russkoj cerkvi I. 1. Moskva 1901.; idem, Historia canonizationis. — 7. A. Pankov, Cerkovno-obščestvennyje voprosy v epohu Carja-Osvoboditelja (1855-1870). Spb. 1902. Pg. 184. — Auctor, qui iam compluria opera de quaestionibus ecclesiastico-socialibus conscripsit, multa scitu digna de parochiis similibusque institutionibus narrat (34-52). — 8. O. Levickij, Očerki narodnoj žizni v Malorossii vo II. polovině XVII st. (de vita nationali in Parva Russia saec. XVII.) Kiev 1902. Pg. 314. Auctor de scholis et litteris ecclesiasticis, de consuetudinibus religioso-moralibus aliisque de rebus, quae ad historicorum animos alliciendos aptae sunt, disserit (52-58). — 10. A. S. Lebedev Bělgorodskie arhierei (De episcopis Bělgorodensibus) Har'kov 1902. Pg. 230. Opus hoc magni pretii secundum documenta archivalia compositum est (61-84).

IV 1. Dr. L. K. Goetz, Das Kiever Höhlenkloster, als Kulturzentrum des vormongolischen Russlands. Passau 1904. Pg. XXXIV.+242. — Cf. Trudy k. d. a. 1904. et Slav. l. th. 72. [Č. k. d. 388.]. Opus accurate recensetur et laudatur (1-22). — 2. J. J. Sokolov Konstantinopolskaja cerkov v XIX věkě (Ecel. constantinopolitana saec. XIX.) Spb. 1904. Pg. XXXV+813+150+XLII. — Doctus byzantinista J. J. S. initio libri historiam antiquiorem breviter pertractat omnia vere scientificè et accurate composita sunt documentisque graecis innotuntur (auctor 215 documenta graeca adducit). — 3. A. Popov, Pravoslavnyje russkie akathisty Kazan' 1903. Pg. 636. — Prof. Popov conspectum historico-bibliographicum omnium „acathistorum“ (cantuum litanis ecel. cathol. similium), quae ante institutionem s. synodi in usu fuerunt pariter omnium, qui a s. synodo approbati aut reprobandi sunt. Propterea opus magnum habet pretium scientificum et ut Titov fatetur pro Russis etiam practicum. (24-26). — 4. N. J. Petrov Biblioteka Kievo-Sofijskago sobora, (Bibliotheca ecel. cathedralis Kievo-Sophiensis) Moskva 1904. Pg. 307+LVIII. Bibliotheca, cuius Petrus Mogila fundamenta iecit describitur nunc bibliotheca 734 codices (manuscripta) possidet. — 5. Akty i dokumenty odnosjaščiesja k istorii Kievskoj Akademii (Acta et documenta historiam academiae Kioviensis illustrantia) sectio II. tom. I. a. 1721-1750 I. 2. Kiev 1904. Pg. XXXII+463 XXI+508. — Ad acta edenda a 1901. specialis commissio (professores N. J. Petrov, S. T. Golubev Th. J. Titov) instituta est. Prof. Petrov periodum 1721-1795 sibi elegit et primus I. tom. operis sui in lucem edidit documentis permultas adnotationes et accuratum indicem adiecit. (27-29) — 10. A. Dmitrievskij Stavlennik, Pontificale ecel. orientalis). Kiev 1904. Pg. XIII+344. — A. D. inter auctores russicos res liturgicas tractantes doctissimus hic ordines (čin) omnium ordinationum

(chirotonia), quas episcopus vi muneris et ordinis sui exerceat, proponit iisque explicationes rituum et notas historico-archaeologicas adiecit; liber magni pretii est tum relate ad scientiam liturgicam tum ad usum practicum. (36-38) — I. Morev, *Kamen věry mitropolita Stefana Javorskago* („Petra fidei“ metrop. St. Javorskij) Spb. 1904. Pg. XII+372. — Stephanus Javorskij tempore Petri M. contra influxus protestanticos in theologiam russicam (Theofan Prokopovič) veram orthodoxiam defendit, quapropter eum gubernium civile persequebatur. I. Morev multa scitu digna historiamque dogmatum in Russia illustrantia narrat; opus quoad formam scientificam valde imperfectum est, quod dolendum est. (39-41) — 16. N. Pisarev, *Domашnyj byt russkijh patriarchov* (Vita domestica patriarcharum russ.) Kazan' 1904. Pg. 278+170. — Prof. Pisarev aulam (domum), supellectilem, vestes, sepulturam similiaque patriarcharum (metropolitaram) russ. describit. —

Fasciculi laudati igitur permulta scitu digna et valde utilia praebent. ex quibus hic solum graviora adduximus. Quam maxime desideramus, ut Titov opus suum continuet et unoquoque anno conspectum similem componat.

Dr. F. X. Grivec.

Bogoslavskij Věstnik 1904. (Pars reliqua.)

Ex 9. et 35. canonibus concludendum est eum non esse dignum venia. Sed quaestio oritur, cui aut cuius rei ‚venia‘ tribuenda intelligi debeat? Utrum secundo matrimonio an communicationis cum ecclesia? „Согласіе съ мыслію правилъ, въ обонхъ отношеніяхъ, хотя лишитъ права на вступленіе въ бракъ церковь въ то время не могла (?); въ ея распоряженіи было только одобреніе или не одобреніе законнаго брака“ (p. 322). Quod et commentatores Balsamon et Aristenes confirmant (p. 322); solus Zonaras contradicit (p. 323). Immo ipse s. Basilius non de validitate matrimonii, sed de matrimonii legibus civilibus temperati cum evangelio convenientia loquitur (p. 325).

S. Basilium sequi leges Romanas esse dicendum videtur, et c. 9. mira tradit: uxor, cuius vir commisit adulterium dureque eam tractat, non potest novum in matrimonium ire; id quod idem positis ambagibus nulloque negotio marito concesserat. Zaozerskij concedit hoc ipsum et mulieri. Secundum leges civiles ad a. 870 ut vir posset novum contrahere matrimonium satis erat, si absentiam suae uxoris planam fecit, at ab uxore certis documentis sui viri mortem ut probare, postulabatur (p. 326 et sq.).

2. Simili modo, ac Basilius, immo mitius procedant imperatores Graeci, quorum statuta in „*nomocanonem*“ recepta sunt, et postea in russicam „*Кормчю*“ transierunt; et sic ab ecclesia orientali sanctum est etiam relicto malitiose coniuge dirimi vinculum coniugale (p. 328 sqq. et 422 sqq.). Quae disciplina vixit in Russia circiter usque ad a. 1809 (p. 432 sqq.); ab hoc enim tempore rigidius astricta est. Verum, inquit, sine causa, quippe cum illud „praeter fornicationem“ (Mt 5, 31 et 19, 7) secundum Mt 5, 28 aliquid plus quam ipsum adulterii factum significet (p. 440). Cum igitur ecclesia etiam ad solam

malitiosam derelictionem extendat verba Domini, id summo iure facit „adiuvatque eius applicationem“ (p. 441).

3. Id etiam status rerum huius aetatis exigit: liberabuntur enim e miseria coniuges, qui infelicibus nuptiis inter se iuncti sunt; — cogentur coniuges ad observanda iura matrimonii: evanescent fictitia matrimonia (p. 445). Quo serpat, videant, quorum interest.

S. Smirnov: „Духовный отецъ“ или старецъ въ древнихъ восточныхъ монастыряхъ (Pater spiritualis in antiquis monasteriis orientalibus). III., 473—509, 682—717. Smirnov, sanctorum Patrum, qui tempore ‚conciliorum oecumenicorum‘ florebat, opera, coptica et arabica ex E. Amélineau: „Annales chrétienne Guimet, t. XVII. Monuments pour servir a l'histoire de l'Égypte chrétienne au IV-e siècle“, alia ex Migne „Patrologia“, consulens et inter se conferens — institutum „πνευματικὸς πατήρ“ eiusque progressum nobis exponit. Synonyma quoque, quibus pater appellabatur, enumerat (p. 479). Apud patres insigniores saec. IV., ut apud Basilium et Ephraemum (Afram) pater spiritualis idem est atque ἡγούμενος; hic enim omnia, quae patris spiritualis sunt, habebat (p. 478). Apud Ephraemum et alios melius mystica inter patrem spiritualem eiusque filium relatio—generati spiritualis—expressa est: Basilus magis morales ac disciplinares relationes consideravit (p. 481).

Non obstante varia huius vocis significatione, generatim tamen nomine „patris spiritualis“ in litteris saec. IV-VIII. monasticum superiorem appellatum esse dici potest. (p. 485). Posteriore demum tempore sacerdotes quoque, patres spirituales nominabantur. Quod institutum fundamentum vitae monasticae erat (p. 486), maxime vero in coenobiis confirmatum est (p. 491). Electio patris spiritualis pertinebat ad monachum; qui alium eligere non potuit quam unum ex iis, quos superior approbavit. Pater spiritualis una cum suo discipulo vivebat, — unus tantum potuit esse isque solebat immutabilis esse (p. 500 sqq.). Copiam cum relinquendi dabat tantum patris spiritualis haeresis vel incitatio ad malum (p. 506). Aptus, qui pater spiritualis eligeretur, non erat nisi vir electus a Deo et quasi deificatus atque charismaticus (682 sq.). Discipulus erga suum patrem spiritualement fiduciam, amorem ac summam oboedientiam debebat (p. 693 sqq.); immo etsi peccatum in actione, quam ille iubebat, cognoverit, oboediendum ei erat (?): ad quod probandum adducit textum, qui in sanam partem accipi potest.

M. Tarčev: „Религія и нравственность“ (Religio et ethica) III., 291—318, 395—422, 602—627. Hic Kantii aliorumque philosophorum Germanorum nec non H. Spencer principia assumpta mitigare conatur, ponit tamen distinctionem ac separationem adesse inter religionem et ius et ethicam.

Episc. Antonius Библиейское учение оъ гипостасномъ Словѣ Божіемъ (Biblica doctrina de hypostatico Verbo Dei), III, 387-395.

Cum Trubeckij in sua commentatione „Учение о Логосѣ“ Evangelium suam de Logos“ doctrinam per apocrypha a Platone hausisse docuisset, scripserunt aliqui contra eum V T scriptores, quos

secutus est Ioannes, non habuisse vocem, quae sicut graeca „Logos“ significaret et verbum et rationem“ Platonem vero sub ea voce Logos intellexisse „rationem“. Inquiri itaque citatus episcopus, quos textus quaeque verba V T. Ioannes suum Evangelium scribens, praeculis habere potuerit. Expositioni quaedam de Iudaeorum vitae ratione praemittit haec enim vita a Iudaeis ut poena pro Adami peccato considerabatur: quae durior ideo existimabatur, quia iusti patiebantur ab iniquis, immo serviebant illis. Cuius rei solutionem nequaquam invenire potuerunt. Quae opinio de iustorum et impiorum impari conditione principales sibi vindicat partes in V T. scriptoribus (p. 389). Itaque cum Deus iudicium et iustitiam faceret, omnibusque pro meritis retribuere, hae Providentiae divinae actiones Verbum Dei“ appellabantur idque ideo, quia his actionibus, Deus hominibus quasi responderet (ps. 17). Deus nempe illis actionibus, sicut homo animi abscondita verbo manifestat, suam veritatem hominibus patefaciebat (p. 390). In eisdem textibus quos allegavit ex V T. — non solum verbum (locutio) Dei intelligitur, sed etiam vis providentialis, vis divina haec omnia peragens, ipsa enim castigat, adiuvat aliaque peragit (391). Addit quidem Verbum hoc, vim esse etiam personam eamque secundam verum hoc non ex V T. sed ex novo evolvit explicatque. Primi versus evangelii s. Ioannis respiciunt ad ps. 147 in hoc enim psalmo verbum vis“ nil aliud significare potest nisi ipsum Deum idque non primam sed secundam personam (p. 393). Verbum hoc erat *πρὸς τὸν θεόν*, non *ἐν θεῷ*, ideo non verbum intelligitur sed „ratio“ *λόγος* (non *ὑ Βογα*, apud Deum), — verbum enim potest esse etiam ad alium, non solum ad Deum (p. 393). Itaque non acceperunt quod expectabant, Iudaei, sed acceperunt secundam personam *λόγον*, *разумъ*.

Unum addere licebit licet perinde sit, utrum *πρὸς τὸν θεόν*, an *ἐν θεῷ*, utrum Verbum an Ratio dicatur, multa tamen manuscripta slavica habent *ὑ Βογα*, et omnia *Слово* et non *разумъ*.

I. *Ρορον*: Μυστικὸν оправдание аскетизма въ творенияхъ преп. Макарія Египетскаго (Vitae asceticae mystica explicatio in operibus Macarii Aegyptii). III., 537-566.

Notandum imprimis est commentationem hanc nondum esse hoc anno finitam. Multi quidem iam de vita monastica scripserunt sed externa potius describebant, ad motiva et finem parum attendebant.

Ρορον fine et motivis vitae asceticae, quae in operibus insigniorum veterum scriptorum invenimus, descriptis, dataque, quid sit mysticismus, explicatione, transit ad s. Macarium. Praemittit autem quaedam de Plotini mysticismo, utpote cuius mysticismus, licet in multis essentialiter discrepet, in quibusdam tamen cum s. Macarii mysticismo conveniat.

A. Spasskij: Обращение Константина Великаго въ христианство (Constantini M. ad christianismum conversio). III., 627-665.

Commentatio nondum finita est, Spasskij contra Harnack et Burckhardt defendit Constantinum non politicis motivis motum religionem christianam suscepisse. Ostendit quoque nullam esse obiectionem, quam faciunt contra Eusebii relationem de signo, in quo Constantinus victoriam reportavit.

M. Muretov: Древне-еврейскія молитвы съ именемъ Ап. Петра (Antiquae hebraicae preces cum S. Petri nomine). III. 130—187: 213—239.

Haec preces s. Petri nomine insigniuntur: 1. Nišmat kol chaj, 2. Agava ravva, 3. Jetten tegilla lejel. Auctor, notas, quae Petro propriae sunt, ex eius epistolis, orationibus in Actibus, evangelio s. Marci, collectas in unum. in illis preces inveniri probat: quas igitur saltem magna cum probabilitate s. Petro adscribendas esse concludit.

Cum de notis s. Petri propriis tractat, de significatione quoque verbi, καθολικός inquiri, et licet omnia „suo modo“ explicet, collectio tamen ipsa locorum, ubi καθολικός occurrit, minime ab eo, qui his rebus vacat, praeteriri potest (cf. p. 154 sqq et p. 238).

M. Muretov: Пророчество и языкоговореніе (glossolalia) какъ значенія для вѣрующихъ и не вѣрующихъ 1 Кор. 14, 20—25. (Propheta et donum linguarum ut signa pro fidelibus et infidelibus 1 Cor. 14, 20—25). II. 496—521.

Citati textus primo obtutu non tam facile patent. Quomodo enim signum pro infideli donum linguarum esse potest? Aptiorem ad finem esse prophetiam quis dixerit.

Muretov itaque 28. caput Isaiiae a Paulo indicatum respiciens rem e contextu explicat. Deus nempe prius per prophetas ad Iudaeos locutus erat, sed cum illi aures surdas opposuissent, Deus per aliarum gentium invasiones symbolice loqui coepit. Simili modo et Christus per parabolam ad populum Iudaicum loquebatur (p. 499 sqq). Altera difficultas in verbo „insanitis“, μαίρεσθε, βῆσχυεσθε (v. 23) invenitur. Licet omnes antiquae versiones sicut et slavica et russica hoc verbum interpretentur „non esse sui compotem“ (p. 508), nihilominus putat auctor hunc sensum non satis rem explicare. Tali enim interpretatione assuapta donum linguarum imprimis nullam signi rationem pro infideli habere potest (p. 509), deinde vero si haec non in ecclesia, ad quam etiam infidelis, изъ религиознаго любопытства (motivo religioso ductus) tendebat sed in plateis dicta essent, ita intelligi possent: sed dicta sunt in ecclesia (510). Utitur itaque Paulus μαίρεσθε sensu tecnico, quem ex Platonis philosophia didicit, scilicet: „esse a deo inflatum, inspiratum“, quod cum ex aliis profanis auctoribus tum ex ipso Platone comprobatur (511, 512). Verum haec explicatio et contorta esse videtur, et parum contextui et eventui simili Act c. 2. respondet.

Recentiores quosdam sequens etiam in hisce versibus cum syllabarum rythmum tum logicum parallelismum videt (p. 519). M. H.

De statu, qui nunc est, disciplinae iuris ecclesiastici in Russia quaedam animadversiones.

I. De statu eiusdem disciplinae iuris ecclesiae Graecae generatim.

Nemo est, quem lateat ingens ille progressus scientiae iuris canonici ecclesiae occidentalis; sane confitendum est eandem inter omnes alias, quae theologiarum nomine veniant, scientias maxime florere. Neque solum hoc verum est; insignes enim nobis praesto sunt Occidentis canonistarum labores, qui campum quoque iuris canonici eccle-

siae Graecae omnino accessibilem reddiderunt. Ii sunt: Iohan. Filius, Antonius Augustinus, Gentianus Hervetus, Justellus, Cotelier Coustant, Sirmoud, Baluze, Harduin, Assemani, Haloander, Beveridge, Leuenclau, Whiston celeberrimique fratres Ballerini — illi sunt, qui in disquirendis et colligendis fontibus ecclesiae Graecae permagna praestiterunt et, quamquam antiquioris sunt temporis, eorum tamen opera lucusque magna ex parte auctoritatem suam retinent.

Praeterito deinde saeculo rem tanta cum diligentia susceptam porro tractabant: Witte, Haenel, Mommsen, Mortreuil, Lagarde, Mai, Hefele, Zhisman, Hergenröther — primo loco autem illustres viri notandi sunt, quorum opera maxime necessaria sunt ad scientiam iuris canonici ecclesiae Graecae acquirendam promovendamque:

1. Leuenclavii, Iuris Graeco-Romani tam canonici quam civilis T. 2. Frankfurt 1596. Voelli et Iustelli, Bibliotheca iuris canonici veteris in duos tomos distributa. Paris 1661. Beveregii, *Συνοδικὸν* sive Pandectae canonum etc. Oxford 1672. Quae collectiones fundamentum excellentissimi operis: *Σύνταγμα τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων ἐκδοθὲν ὑπὸ Πάλλη καὶ Πότλη. Ἐν Ἀθήναις* 1852—1859 (6 Tomi) erant. Si respicimus ad criticam textus optima est editio: Iuris ecclesiastici Graecorum historia et monumenta. curante Pitra (2 tomi Romae, 1864—1868.) — continet monumenta et historiam iuris usque ad initium schismatis in s. IX.

Propter permagnam auctoritatem, quam nacta est legislatio civilis in rebus ecclesiasticis imperio byzantino maximi sunt momenti publicationes iuris civilis procuratae a celeberrimis W. E. Heimbach et K. E. Zachariae von Lingenthal: inter ceteras eminet: Zachariae v. Lingenthal Ius Graeco-Romanum (7 partes Lipsiis, 1856).

Haec sunt accuratissimae collectiones.

Accedunt gravissima opera, quae primum externam iuris ecclesiae Graecae historiam respiciunt: Biener, De collectionibus canonum ecclesiae Graecae (Berolini, 1827), Die griechischen Nomocanones, Zachariae v. Lingenthal (St. Petersburg, 1877), eiusdemque, Über den Verfasser und die Quellen des (pseudo-photianischen) Nomocanon in XIV Titeln. (St. Petersburg, 1885). — deinde internam Bickell, Geschichte des Kirchenrechts (Giessen, 1843) et Pitra l. c. denique historicam evolutionem disciplinae ecclesiasticae circa singula instituta enarrant: Zhisman, Eherecht der orientalischen Kirche (Wien, 1863). His addere possumus tam, quae antiquioris sunt temporis, quam — easque plurimas — quae ultimis decenniis prodierunt, historico-canonicas dissertationes et monographias. Cum enim singulas iuris ecclesiae occidentalis partes pertractent, multa nobis de disciplina ecclesiae Graecae referunt. Quibus omnibus via parata est ad quorundam canonistarum conatus iuris canonici ecclesiae Graecae ordine systematico proponendi. Exempla satis efficacis conatus praebent nobis: F. Walter, Lehrbuch des Kirchenrechts aller christlichen Confessionen, 14. Ausg. v. Gerlach. Bonn, 1971. et F. H. Vehring, Lehrbuch des katholischen, orientalischen und protestantischen Kirchenrechts, 3. Aufl. Freiburg i. Br. 1892.

Quae cum ita sint, certe nobis prae fitendum est: ecce opus dignum scientia occidentalium!

Nihilominus — quamquam multa iam perfecta sunt, multa adhuc perficienda manent. Quae sunt indicet celebre opus: F. Massen, Geschichte der Quellen und der Literatur des canonischen Rechts im Abendlande bis zum Ausgang des Mittelalters. Graz, 1870. Quod ad disciplinam iuris ecclesiae Graecae ita proponendam attinet pium desiderium est. Idem desiderium versatur circa completum systema iuris canonici ecclesiae Graecae in eiusdem historica evolutione usque ad tempora codicis canonum clausi.

Insuper — factum unionis sat amplae partis Graecorum, Ruthenorum et Rumenuum fert — et historia comprobat — factum existentiae eorum in sinu ecclesiae catholicae; quam comitantur necessario particulares relationes iuridicae, quia diversitas approbati ritus non coaretatur solis diversis ceremoniis, sed secum fert diversitatem totius disciplinae sitae in proprio ritus graeci codice canonum aliisque peculiaribus fontibus. Sicut igitur factum unionis summi est momenti in historia ecclesiae catholicae, ita existentia unitorum rituum in sinu ecclesiae catholicae specialem sibi attentionem canonistarum meretur; vix enim datur casus, quo legislatio ecclesiastica splendidiorem se ostendere possit, quam cui ansam dederunt diversae ritus uniti indigentiae. Quam ob rem haec res digna est scientia canonistarum Occidentis. Verumtamen vix intra ambitum cuiusquam alius scientiae tot sunt maximi momenti nec tamen ullo modo via et ratione tactae aut solutae quaestiones, quot diversa unitarum ecclesiarum disciplina, cui natura sua annexae sunt, in doctrinam iuris ecclesiastici attulit et frustra hucusque solutionem earum expectat. Dissertatio Horgenröther'i: Die Rechtsverhältnisse der orientalischen Riten innerhalb der kath. Kirche, Arch. f. kath. K. R. Bd. VI., VII. — ceteris omissis hanc quoque dignitatem habet, quod defectibus suis, quorum imprimis ipse auctor conscius erat, alios viros ad continuandum susceptum laborem movere possit.

In secunda editione operis: Verfassung u. gegenwärtiger Bestand sämtlicher Kirchen des Orients, v. Silbernagl. Regensburg, 1904. addita iam est brevis relatio de statu ecclesiarum unitarum, quae prius deerat; non sequitur tamen propositum ex ipso titulo ab auctore indicatum scil. canonistico-statisticum et persaepe essentialibus mendis laborat.

Primum conatum ad compendium iuris ecclesiae graeco-catholicae exarandum cepit: Papp-Szilágyi, Enchiridion iuris eccl. orient. cathol. M. Warad. 1862. quem mox secutus est Dr. Ratiu cum suo compendio in lingua rumena.

Ruthenorum autem canonistae Nikorovič et novissime Bačynskyj praeter scopum praxi pastoralis subveniendi alium non praetendunt vel saltem non possunt. Idem dicendum est de: „Praelectionibus ex iure canonico cum speciali respectu ad ritum ruthenum“ Paliwoda-Jaszowski (Leopoli, 1901). Quomodo intra terminos assignatos a modesto scopo practico assequendo cardinales quaestiones iuris ecclesiae

graecae-catholicae evitari possint, id ab his auctoribus optime praestatur. Certe iisdem non deerat bona voluntas nec proinde sunt valde arguendi: necessarii enim sunt multi praecedentes labores, priusquam accedatur ad construendum systema, quod scientiae iuris ecclesiae Graecae-catholicae avidis satisfaciat.

His desideriiis breviter indicatis spem quoque adiungere liceat, fore ut iisdem mox satisfiat; inter cetera enim ratio completae scientiae hoc postulat.

Sane — spes quoque limites habet, quae transiri nec possint nec debeant. Itaque non licet expectare, ut Occidentis canonistae ulteriorem post schisma peractum iuris ecclesiae vel potius ecclesiarum orientalium historicam evolutionem strenue prosequantur et ut hoc ius in adaequato systemate nobis proponant vel saltem ut vigentem hoc tempore in autocephalis ecclesiis disciplinam canonicam ostendant. Haec spes plane vana est, quod etiam factis probari potest et exemplis. Sufficit unum indicare: ubique notum et magnopere celebratum est opus: *Verfassung und gegenwärtiger Bestand sämtlicher Kirchen des Orients*, J. Silbernagel, quod prodiit primo in Landshut, 1865. Persaepe autem nitebatur in inveteratis fontibus et notitiis haustis ex descriptis peregrinationibus. His non obstantibus hic idem liber erat fons maximae auctoritatis pro toto Occidente in omnibus quaestionibus, quae versabantur circa statum ecclesiarum orientalium usque ad annum praeteritum, quo iterata vice editus est et eodem modo in incertis et inveteratis notitiis fundatur. Ideo non mirandum est, si quidem etiam Dr. N. Milaš, orientalium rerum ecclesiasticarum peritissimus, episcopus orientalis Zarae, in praefatione sui optimi libri: *Das Kirchenrecht der morgenländischen Kirche*, übersetzt aus dem Serbischen v. Pessić, (Zara 1897), se coactum fuisse ex variis itinerum descriptionibus et a suis amicis in variis regionibus Orientis degentibus vigentem disciplinam et canonicam praxim singularum ecclesiarum cognoscere fatetur. Cum denique etiam fontes existentes ob varias rationes minus pervii sint vel omnino adiri nequeant — restat nostram certam et adaequatam rerum ecclesiarum orientalium cognitionem ab ipsis orientalibus dependere scil. a maiore vel minore gradu, quo apud ipsos disciplina iuris proprii ecclesiastici colatur et — deinde a gradu quo nos eadem uti velimus. De quo ultimo dubium non est, cum quidem ipse hic conspectus periodicus exinde praepremis ius et fundamentum suae existantiae repetat ut quaedam communicatio scientiae possibilis reddatur. At magna cum difficultate quaeritur, quomodo se res habeat de statu scientiae iuris ecclesiastici apud Orientales? — vel ut rectius quaestio proponatur, cum apud ceteros ob valde perspicuas rationes parum expectari possit — salva auctoritate quorundam canonistarum praesertim serbicae nationis (Milaš) — quomodo apud Russos iuris scientia canonica se habeat?

Si iudicium hac in re formaremus — neque id esset valde absurdum — ope recensionum, quae apparere solent in Arch. f. kath. K. R., tunc praeter unum canonistam (Pavlov) eiusque sex recensitas in TT. XXXV, p. 200, 380, 474; XII, 320; LVII,

218: LX, 197. historico-canonicas dissertationes nihil in Russia scientia canonica dignum esse potest. Cum tamen haec conclusio valde incredibilis videatur, sequitur aliud criterium eligendum esse. Non est autem aliud fide dignius, quam directe totam Russorum canonicam litteraturam — in quantum possibile est — recensendam aggredi. — Iam vero in antecessum iuvat notare, sicut idem de Russorum litteris historicis et biblicis secundum varias gravissimas sententias constet, canonicam quoque multa nobis scitu non solum utilia sed etiam necessaria praebere, cum quidem saltem ex parte iuris ecclesiae Graecae periodus antiquae scientiam Occidentis compleat, in reliquis autem Occidentalibus plane ignota patefaciat. Nec tandem hoc solum momentum considerandum occurrit, quando iam de accuratioris cognitionis litterarum Russorum necessitate agatur. Sicuti enim in ceterarum litterarum Russiae theologiarum uberiore cognitione nobis maxime practica et sublimis intentio praelucet et ad eam quaerendam nos commovet — eadem ipsa intentio, idem ipse finis ultimus adipiscendus compellit nos ad canonicam disciplinam orthodoxae Russorum ecclesiae cognoscendam. Etenim haec est principalis ecclesia, ad quam convenit totus fere Oriens; ipsa fuit exemplar constituti et hodie valentis ordinis in autocephalis ecclesiis, ipsa est quae hodie totum slavicum orientem constringit uno codice iuris ecclesiastici, eadem ipsa est quae sola iudicatur oecumenica esse. Si ad eum statum rerum respiciamus, non solum maximi momenti est totum ius ecclesiasticum Russorum in suo systemate adaequate comprehensum, sed canonicam quoque Russorum litteraturam praepriis autem hanc eiusdem partem, quae attingit principales iuris canonici quaestiones cognitam habere. Praepriis autem novissimo hoc tempore ingresso necesse est quam artissimum contactum cum scientia iuris canonici in Russia quaerere. Habito enim praec oculis anno 48^o, quid nempe ipse valuerit pro libertate ecclesiastica et pro evolutione scientiae iuris canonici in Occidente, sine ulla dubitatione in historia disciplinae et litterarum iuris canonici in Russia duas periodos distinguere audeo: alteram iam praeteritam, quae anno 1905 terminatur quam mihi agendam proposui — alteram ineuntem, quae summa digna attentione est.

II. Historia disciplinae et litterarum iuris ecclesiastici in Russia adumbratur.

Priusquam ad rem ipsam accedamus expositionemque brevem singulorum non quidem omnium, cum hoc facere neque copia sit neque expediat, sed saltem potiorum operum, peropportunum esse videtur plenum indicem litteraturae canonicae praemittere cum brevi conspectu historico scientiae iuris canonici in Russia.

Usque sub finem s. XVIII. (ad ann. 1776) non est, quod referatur de studio vel de scientia iuris ecclesiastici in Russia. Illo enim anno primum in academia slavo-graeco-latina Moscoviae et anno 1798 in reliquis academiis spiritualibus ius ecclesiasticum doceri coeptum est. Methodus autem docendi et discendi ius ecclesiasticum erat valde elementaria; continebatur enim sola cognitione canonum prout continentur in slavico „corpore iuris ecclesiastici“ Kormčaja (Directorium) habito

respectu ad textum graecum secundum editionem Beveregii. Initio tamen s. XIX. fuit iam quaedam ratio atque ordo in hoc studio. Conspectus enim studiorum rectoris academiae alexandronviensis Philareti ex a. 1814 haec docenda proponit 1. scitu necessaria de ecclesia, conciliis et traditione, 2. de hierarchia, 3. hierurgia, 4. oeconomia ecclesiastica, 5. iuridica ecclesiastica.

Denique anno 1835 iam traditur ius ecclesiasticum in facultatibus iuridicis universitatum idque usque ad a. 1863 pro solis auditoribus orthodoxis, abhinc autem et iuxta novum statutum ex a. 1884 institutae sunt cathedrae iuris eccl. omnino separatae et solutae a priore nexu cum theologia ita, ut intime connectantur cum toto complexu disciplinarum facultatis iuridicae.

Satis apparebat fore, ut prospere mutata paulatim condicione studii iuris ecclesiastici in Russia disciplina haec progrediretur. Revera industria literaria saeculo praeterito continuo crescebat maxime descendente eo saeculo insignes operarios et laboribus magnis laudatos disciplina iuris ecclesiastici nacta est. Necessario autem aderant quidam termini particularibus ecclesiae orthodoxae Russorum usibus positi, intra quos praeprimis labores illi suscipi et in unum conferri oportebat. Liceat nobis breviter saltem hos usus necessarios et hos terminos attingere: spes enim est fore, ut nos hac ratione non solum confusum conceptum de natura maioris partis litteraturae canonisticae in Russia assequamur, sed difficultates quoque copiosas cognoscamus, in quas Russorum canonistae incurrunt, et quas cognitae habere multum iuvare potest; nam eis non cognitae iudicium nostrum saepe, velut de eorum compendiis iuris canonici, iniustitia veritati annexa laboraret.

Breviter res absolvi ita potest: necessitates et limites et difficultates, quas diximus, in eo iniucundo statu rerum positae sunt, qui generat definitionis sui gratia complexum terminum: „quaestio codificationis iuris ecclesiastici“.

Accuratius autem res ita explicatur codicem suum canonicum acceperunt Slavi meridionales, Rumeni, Rutheni et Russi a Graecis; sicuti autem apud Graecos pro usu ecclesiastico codici canonico addebantur leges a potestate civili latae, ex quo variae redactiones quae vocantur Nomocanonum sunt ortae — ita etiam apud Russos Nomocanoni a Graecis accepto inserebantur variae constitutiones principum, privilegia potissimum ecclesiastico regimini concedentes, et varii tractatus incertae originis spectantes ad disciplinam ecclesiasticam. Inde sicuti apud Graecos variae redactiones Nomocanonum ita apud Russos variae huius „Kormčaja“ redactiones exortae sunt denique patriarcha totius Russiae Josephus a. 1649. et patriarcha Nikon eiusque synodus a. 1653. typis eam imprimi iusserunt, ex quo „officialis“ codex iuris ecclesiastici Russorum evasit. Non continentur autem in eadem „Kormčaja“ constitutiones principum Russorum, quia ut fundamentum et exemplar editionis assumpta est redactio, quam serbicum dicunt, in qua illae non aderant; multa tamen continentur, quae vel certo non canonicae. sicuti leges byzantinae, vel omnino incertae sunt originis.

In eadem continetur testimonium appulsus disciplinae ecclesiae occidentalis. Caput enim 50. agit de matrimonio et est desumptum ex Rituali P. Mohyla (Mogilae) metropolitae kioviensis (P. I. p. 359—396 ex anno 1646). Cuius capituli in Rituali kioviensi et igitur 50mi capituli in „Kormčaja“ fons est: Rituale romanum Pauli V.: de sacramento matrimonii. Memoratu dignum est, quod, cum dogmatica orthodoxa distinguat inter contractum et sacramentum matrimonii et saltem ex saec. XVIII. Graecorum et Russorum dogmatici sacerdotem causam efficientem matrimonii habeant — disciplina canonica Russorum conformis manet disciplinae et doctrinae ecclesiae occidentalis — idque propter hoc caput in „Kormčaja“

Hoc unum exemplum sufficit, ut intelligatur, in quo periculo versetur auctoritas huius „officialis“ codicis.

Idem de auctoritate alius fontis disciplinae ecclesiasticae in Russia. de „Nomocanone“ poenitentiali addito ad Euchologium dici debet; multa enim usui huius temporis non respondent, multa sunt immutata novis Synodi decretis.

Praeterea — plurimae procedentibus duobus saeculis per hanc Synodum latae leges non sunt in ordinem adductae ita, ut his omnibus prae oculis habitis facillime intelligi et agnosci debeat, desperatas esse res canonistarum in Russia.

Tamen ipsi rei non desperant sed acriter operam dant. Cuius laboris obiectum primum est „Kormčaja“.

His praestructis, cum sicuti tota historia iuris antiqui ecclesiae graecae cum historia Nomocanonum ita etiam historia iuris ecclesiae orthodoxae in Russia cum historia celebris „Kormčaja“ coniunctissima sit, liceat commendare optimum opus Nomocanon der slavischen morgenländischen Kirche oder die Kormtschaja kniga von Lic. Theol. Dr. iur. Tshedomilj Mitrovits, Wien u. Leipzig 1898. Quod enim hoc opus nihil aliud est quam compilatio ex operibus et laboribus canonistarum Russiae maxime Pavlov'i, ex quo saepissime (non nominato fonte) plena manu haurit — hoc minime impedit, quominus maxima cum utilitate legatur; omnes enim quaestiones, quae sub respectu historico vel canonico circa hoc „Corpus iuris canonici“ Slavorum versantur, ordine systematico optime collectas habet.

Sequitur index literaturae canonisticae in Russia, in quo construendo haec methodus observatur, ut primum locum occupent opera systematica, deinde enumerentur opera insigniorum canonistarum nempe Pavlov, Suvorov, Berdnikov et Zaozerskij, ad extremum ponantur opera secundum relativum valorem in ordinem redigenda.

Opera systematica.

1. Скворцовъ, Записки по церковному законоуѣденію. Кіевъ. 1848 (Skv or cov, Praelectiones ex iure ecclesiastico. Kiev, 1848),
2. Архим. Іоаннъ, Опытъ курса церковнаго законоуѣденія т. I. Спб., 1851 (Archim. Ioannes, Tentamen cursus disciplinae iuris ecclesiastici t. I. St. Petropol., 1851).

3. Н. К. Соколовъ, Изъ лекцій по церковному праву. Москва, 1875 (N. K. Sokolov, Ex praelectionibus de iure ecclesiastico. Moskva, 1875).
4. А. Альбовъ, Краткій курсъ лекцій по церковному праву. Спб., 1882 (A. Al'bov, Brevis cursus praelectionum ex iure ecclesiastico. St. Petropol., 1882).
5. М. Богословскій, Курсъ общаго церковнаго права. Москва, 1885 (M. Bogoslovskij, Cursus iuris ecclesiastici universalis. Moskva, 1885).
6. П. Лашкаревъ, Право церковное въ его основахъ, видахъ и источникахъ. Кіевъ, 1886 (P. Laškarev, Ius ecclesiasticum in suis principiis, formis et fontibus. Kiev, 1886).
7. П. С. Бердниковъ, Краткій курсъ права православной греко-россійской церкви. Казань, 1888. Дополненіе. Казань, 1889 (I. S. Berdnikov, Brevis cursus iuris orthodoxae graecorussicae ecclesiae. Kazan', 1888. Complementum. Kazan', 1889).
8. Н. С. Суворовъ, Курсъ церковнаго права т. I. — II. Ярославъ, 1889—90 (N. S. Suvorov, Cursus iuris ecclesiastici. T. I — II. Jaroslav, 1889—90).
9. В. Г. Пѣвцовъ, Церковное право. Спб., 1892 (V. G. Pěvcov, Ius ecclesiasticum. St. Ptpl. 1892).
10. М. А. Остроумовъ. Очеркъ православнаго церковнаго права. Харьковъ, 1893 (M. A. Ostroumov. Adumbratio orthodoxi ecclesiastici iuris. Har'kov 1893).
11. М. Красноженъ, Краткій очеркъ церковнаго права. Юрьевъ, 1900 (M. Krasnožen, Breve compendium iuris ecclesiastici. Jur'ev, 1900).
12. А. С. Павловъ, Курсъ церковнаго права. Посмертное изданіе выполненное подъ наблюдениемъ Громогласова. Сергіевъ Посадъ, 1902 (A. S. Pavlov, Cursus iuris ecclesiastici. Post mortem auctoris editus (iterum) curante Gromoglasov. Sergiev Posad (gub. Moscov.). 1902. — 540 pag. in 4^{to}; emitur 2 rub. 50 kop.).
13. Н. Суворовъ. Учебникъ церковнаго права. Изданіе второе, вновь переработанное. Москва. 1902 (N. Suvorov, Institutiones iuris ecclesiastici. Editio secunda, omnino retractata et correcta. Moskva, 1902. — 526 pag. in 4^{to}; stat 3 rub.).
- 14а. И. С. Бердниковъ. Краткій курсъ церковнаго права. Изданіе второе, переработанное, и весьма значительно дополненное. Казань, 1903 (I. S. Berdnikov, Brevis cursus iuris ecclesiastici. Editio secunda, emendata et aucta. Kazan', 1903. — 324 pag. in 4^{to}; stat 1 rub. 30 kop.).
- 14б. П. С. Бердниковъ. Основныя начала церковнаго права православной церкви. По поводу рецензій Суворова на «Краткій курсъ». Казань, 1902 (I. S. Berdnikov, Fundamentalia principia iuris ecclesiastici orthodoxae ecclesiae. Per occasionem factae a Suvorov censurae libri „Brevis cursus“. Kazan', 1902. — 400 pag. form. quartanar. emitur 2 rub. Hoc opus coniunctissimum est cum priore).

Haec quattuor ultima opera se invicem complent — si velimus systematis iuris ecclesiae Russicae historiam et praesentem statum cognoscere. Cum a tribus celeberrimis canonistis Russiae conscripta sint et cum in iisdem generum universae quaestiones (iuris ecclesiastici) — praeprimis de supremo subiecto potestatis ecclesiasticae, quam Suvorov auctoritati historiae ecclesiae orthodoxae innixus totam principaliter imperatori vult vindicare, aliis acerrime cum impugnantibus — quamquam non semper aperte (quia nondum aderat a. 1905), tamen satis clare et fuse exponantur et pertractentur, maxima attentione nostra ex parte digna sunt.

Demetrius Jaremko.

(Materia instituta porro tractabitur.)

Письма католическаго богослова къ православному (Litterae theologi catholici ad orthodoxum). Krakov, editio *I. Smirnov*, typographia O. L. Anëica i komp. 1904; pp. 141., rubl. 0·80.

Eisdem sumptibus, quibus iam aliquot russicae publicationes et versiones orthodoxum Orientem respicientes (Vl. Solov'ev, „Россия и вселенская Церковь“, versio ex originali Franc. 1904.; anonymo auct., „Къ вопросу объ обрусеніи католицизма въ западномъ краѣ“, 1898. etc.) prodierunt, editae sunt „Litterae“ hae ab anonymo cathol. sacerdote in Russia degente ad orthodoxum theologiae amatorem ante decennium revera scriptae. Tota diversarum quaestionum obiectionumque series non est organico nexu ordinata, prouti hoc eodem fere tempore fecit ex parte orth. A. v. Maltzew, magister theol. et praepositus ecclesiae ad caesar. consulatum russ. Berolini, in opusculo: „Antwort auf die Schrift des hochw. H. Domkapitulars Röhm: Sendschreiben eines katholischen an einen orthodoxen Theologen und auf die Abhandlung des hochw. H. Konsistorialrates H. Gruber im 5. Hefte des „Pastor bonus“ von 1895: Zur Rückkehr vom Schisma“, Berlin 1896, Verlag v. Carl Siegismund, sed forma epistolarum (X) est retenta. Iudicia auctoris „Litter.“, quae in omnibus et singulis epistolis sequitur, haec statui possunt: 1. unio ecclesiarum est possibilis et expetenda, 2. unioni in fide antecedere debet unio in dilectione et non contra, 3. audiatur et altera pars, polemica disputandi ratio in irenicam transmutanda, maxime aequo orthodoxos, 4. quibus, ut veritas pateat, necesse est libertas preli permittatur. — Praejudicia et obiectiones contra ecclesiam cathol. prolatas auctor irenice refutare conatur factis praeprimis historicis et analogia ab ipsis orthodoxis adducta — quod argumentum est ad hominem.

I. epist. corrigat nimiam aestimationem slavjanophili *Homjakov*, et id testimonio cl. Vl. Solov'ev („Национальный вопросъ въ Россіи“, Spb. Tom. I. 1888, tom. II. 1891.) et testimonio s. Synodi explicantis varios errores *Homjakov* ex eius impari theologia cruditione. Haec eadem est causa, cur Occidens catholicus polemicos eius tractatus silentio praeterierit quamvis alioqui orthodoxa theologia diligenter recenscebatur (ad *Makarii*, „Логическое богословіе“ scripsit censuram in Belgia *Van der Moeren*, De processione Spiritus s., Lovanii 1864; in Italia *Card. Franzelin*, Examen doctrinae *Macarii Bulgakov*, Romae, 1876.).

II. epist. Utra ecclesia ab unitate Christi ecclesiae defecerit, orthodoxi non cognoscent nisi data libertate vera dicendi in Russia, ubi lucusque catholicae doctrinae enarratio papismi propagatio habebatur. Docet hoc casus Solov'ev, quem, cum cognitam veritatem catholicam defendere non dubitaret, papistam, iesuitam nihilistam esse deferebant. Ignorantia catholicismi gignit praeiudicia, velut doctrinam ecclesiae catholicae adscriptam ad bonum finem assequendum omnia media esse licita. Si avocati a propriis personis extendendi essent singuli casus ad omnes, dicendum hoc esset potius de orthodoxis, ubi ipsi patriarchae Constantinopolitani exstiterunt Turcarum proditores in rebus politicis. Testatur hoc Каптерев in libro „О сношеніяхъ Россіи съ православнымъ Востокомъ въ XVI. и XVII. столѣтіяхъ.“ Moskva 1882. Praeiudicia igitur deponenda et tunc demum parari potest unio ecclesiarum, prouti iam factum est in concil. II. Lugdunensi et Florentino, licet magis e causis politicis. Imperator potestatem patriarcharum abstulit, imperator ecclesiam orthodoxam a Constantinopoli separavit, imperator potest eam Romae unire.

III. epist. revertitur ad praeiudicatas orthodoxorum eruditorum opiniones de ecclesia cathol., praecipue de iesuitis et de papatu. Odium orthod., quod quemlibet iesuitam putat corporatum diabolum, a protestantibus est receptum et ibi facile explicatur. Nam secta quaevis fanaticae odit ecclesiam matrem: ita et in Russia illi, quos „амосожигатели“ vocant, fanatico odio contra eccl. orthodox. ducti se ipsos maluerunt comburere, quam ut orthodoxi fierent. (Сапожников, „Самосожигатели въ расколѣ.“ Spb. 1891.) Et quia iesuitae veritatis cathol. propugnatores erant accerrimi, propterea tanto odio a protestantibus habiti sunt. Fanaticus protestantium furor traditus est atheismo Voltairei ex quo orthodoxi etiam odium catholicismi hauserunt. Et in praesentia? Belljarminov in suo stricto quidem compendio universalis historiae (in usum gymnas.) tamen de Joanne XXIII. anti-papa nequam fuse enarrat, et reformationis periodum illustrat ibi episcopus depictus est cum manipulo saeculum efformante. Deridetur igitur catholica indulgentiarum institutio; quanquam „studista“ meliore iure simoniam dicere potest pecuniam a poenitentibus orthodoxis confessario dari solitam. Sola libertas afferet cognitionem veritatis, quae liberat.

IV. epist. Tractatus Levickii, „Памятники флорентинскої унії 1439. г.“ („Русскіи Паломник“ Nro. 8. а. 1893, p. 122.) ab illo orthodoxo quocum commercium litterarum erat, transmissus occasionem dat auctori „Litter. de conc. Florentino scribendi. Fatale est hoc conc. orthodoxis: aut enim ibi ecclesia catholica erravit, aut non. Si erravit, erraverunt et orthodoxi concilio consentientes eiusque dogmata approbantes si non erravit, orthodoxi tamen erraverunt renuentes dogmata in concilio hoc communiter agnita. Hinc conatus Levickii conc. Florentinum minimi faciendi eo, quod „actum unionis“, ut ait, 32 tantum patres orientales subscripserunt, inter quos 16 hierarchae. Sed hi 16 hierarchae efficiunt maiorem partem numeri 20 eorum, quos ecclesia orientalis mittere potuit. Nonnulla priora concilia ne a 16 quidem hierarchis catholicis subscripta oecumenica tamen

agnoscuntur. Patriarcha Iosif constantinopolitanus morte praeventus subscribere non poterat, quamvis ipse libentissime Pontificis r. primatum asseruerit. Inter russicos orthodoxos Avraamij Suzdalskij est subscriptus.

Inde transitur ad alia facta historica, de iesuitis et indulgentiis. Quod sublata est societas Iesu a Clemente XIV. (1773) nullum est contra eum ordinem testimonium, quia propter auctoritates civiles evenit. In Russia propterea tot sunt „iesuitophobi“, quod illa id agebat, ut ecclesiae coniungerentur; sed idem exoptat intenditque et Vanutelli O. P. („Studio religioso sopra la Russia“) et omnes catholici. Optimus modus hac in re procedendi est: 1. Suum quisque iuste defendat, non ut suum, sed ut iustum et 2., reprehendat aliena non quia non sunt sua, sed iustitia ductus. Indulgentias non est verum a Pontificibus esse introductas, a conc. Tridentino autem sublatas. Patres Tridentini abusus tantum amovendos esse statuerunt. Ceterum notio ipsa condonationis poenarum temporalium, notio igitur indulgentiarum, ne orthodoxis quidem insolita est; reperitur in eorum doctrina „О МЪТАРСТВАХЪ“.

V epist. respondet auctor ad consuetas obiectiones historicas: „Pontifices diabolici“ de quibus Korelin scribit in „Русская Мысль“ 1890, Важнѣйшіе моменты въ исторіи средневѣковаго папства“, probant tantum ecclesiam liberam esse oportere et primatum esse divinitus institutum. Contra eiusdem Korelini sententiam, inquisitionem a Gregorio IX. P. M. esse introductam, dicit imperatorem Fridericum II. eius auctorem esse allegatque argumentationem Stephani Javorskii („Камень Вѣры“, haeretici — lupi rapaces — ergo perdendi). „Orthodoxi non solum crudeliter persequebantur haeticos, sed etiam comburebant“ — rogus protopopae Avvakum!

Pontifex romanus non est vicarius Dei, sed vicarius Christi. Si catholicis Pontifices nequam obiciuntur, audiatur N. Kapterev enarrans de orthodoxis patriarchis saec. XVII., quam abominandis modis dignitatem suam sint assecuti. Erant etiam tales patriarchatus candidati, qui cum repulsam tulissent, muhamedani fiebant. (N. Kapterev, „Характеръ отношеній Россіи къ православному Востоку въ XVI. и XVII. столѣтіяхъ. Москва 1885.)

Imperii pecuniaeque cupiditate magis nova quam vetus Roma ardebat. Simoniaca sacerdotum nominatio in Graecia interdicta est demum XIX. saec., in Serbia ne hucusque quidem visitantes episcopi serbici tributa a clero exigunt. Nil mirum, tam miserum esse statum cleri in Rumenia et Graecia. (Церковныя Вѣдомости“ 1889. No. 46.)

VI. epist. Nonnulla dogmata catholica in orthodoxis litteris periodicis ad sensum popularem accommodatis („Душеполезное Чтеніе“) non recte explicantur. Infallibilitas Pontificis (непогрѣшимость) non est impeccabilitas (бѣзгрѣшность) uti bene distinguit N. Běljaev, professor academiae theologiae in Kazan' („О католицизмѣ“). Orthodoxa interpretatio Math. XVI, 15—19. — „petram esse Christum“ — textui vim infert. De vi primatus optime scripsit Vl. Solov'ev, („La Russie et l'Église universelle. Paris 1889); ubi stum Leonem primatum profitentem adducit. Aut igitur huius sancti ut

haeretici nomen ex orthodoxis sanctorum fastis evellendum est aut primatus ab ipsis agnoscendus. Omnibus quidem apostolis potestas solvendi atque ligandi est tradita, sed Petro soli claves — quod signum est primatus. Quae hierarchica ecclesiae constitutio haud postponenda est institutioni S. Synodi cum „procuratore“ infelici imperio ecclesiam orthodoxam tenente. (Cfr. Kirčev in „Strannik“, decembr. 1893, pp. 167—168.)

Pontifices admiscent se rebus alterius vitae non aliter ac „moskovskij sobor“ a. 1667. hoc fecit condemnans et mittens „staroobrjadce“ ad animas Iudae, Aarii etc. Opposita „novis“ catholicorum dogmatibus „integritas“ doctrinae orthodoxae est reapse defectus vitae in corpore ecclesiae iam XII. saec. perdurans. (Solov'ev.)

VII. epist. redit. ad Math. XVI. 15—19. interpretandum. Ipse liturgicus orthodoxorum liber „Mineja mčsjačnaja“, („М. м. для единоверцев“, Moskva, 1832—33.) ad diem 30. Iunii confirmat sensum loci illius catholicum — agi ibi de primatu. Quomodo ss. Cyrillus et Methodius de Roma senserint ex eo emergit, quod 1. Romam se contulerunt, 2. in ecclesia occidentali sepulti sunt et 3. s. Methodius Romae archiepiscopus creatus est. Quae catholicis obiciuntur, a protestantium theologis saepe desumuntur, prouti hoc factum apud Suškov, „Противъ лжеученія о главенствѣ Церкви“ Iudicium facere sententiamque ferre de Solov'ev, scriptis eius non perlectis, auctoritate solum aliorum fretus non potest, qui infallibilitatem r. Pontificis negavit.

VIII. epist. Ut secta »popovcev“ ad orthodoxos, ita veterocatholici ad ecclesiam cathol. Protopresbyter Janušev (Cfr. Церковн. Вѣст. 1892, p. 446.) dubitat sitne secundum canones facta ordinatio apud Veterocatholicos; inde nascuntur impedimenta exoptatae unionis cum orthodoxis. Mentione dignum est, quod huius unionis causa orthodoxi cum veterocatholicis quaestiones pertractandas aggrediuntur, quas a catholicis ne audire quidem volunt (Filioque, doctrina de ecclesia. — Церковн. Вѣст. 1902, Nro. 31—33.)

IX. epist. probat auctor necessitatem summi magisterii in Ecclesia. Cum de unione russo-bulgarica ageretur, „Сибскія Вѣдомости“ cum patriarcha constantinopolitano Bulgaros dicebant esse haereticos, e contra „Cerkovn. Věst.“ cum maiore orthodoxorum parte eos ut unicos in fide fratres defendebat. Simile quid evenit in causa veterocatholicorum. Veritatem catholicam nullus Pontifex errore infecit --- quia Spiritus S. protectione utitur.

X. epist. Ad veritatem cognoscendam lumine supernaturali est opus, quod precibus a Patre luminum expetitur. Prophetica Verba II. capituli Apocalypsis de ecclesiis orientalibus auctor explicat, quibus nostris diebus tertiam Apocalypsis periodum — regenerationis — instare laetus confidit.

Fr. Jemelka.

„Православный Соездникъ“ 1904. (**Pravoslavnyj Sobesëdnik**). Изданіе Казанской духовной Академіи. Cui operi periodico adornando praeest professor L. Pisarev: editur singulis mensibus; fasciculi uniuscuiusque anni in duos tomos coalescunt.

Ex Alexandri II. mandato maio a. 1855. hoc opus conditum primis tribus annis quater in anno edebatur, donec a. 1858., cum archim. Ioannes Sokolov academiae rector esset, in commentarios menstruos transformatum est. A. 1867. simul cum appendice »Извѣстія по казанской «пархиі» edi coepit. Pravoslavnyj Sobesédnik, cui adduntur opera ss. Patrum in Russicum versa, hoc tempore Originis contra Celsum, continet commentationes theologicas, historicas et philosophicas conspectum quoque graviorum eventuum vitae ecclesiasticae et Orientis et Occidentis, et censuras novorum librorum; Academiae denique acta breviter annotantur.

L. Pisarev: Бракъ и дѣвство при свѣтъ древнехристіанска оі свято-отеческой письменности. De Matrimonio et virginitate quid antiquissimi Patres senserint., I, 87—137, 185—204. Cum ultimis temporibus de matrimonio et caelibatu acriter disputaretur, alii alia in medium proferebant; pars (Rozačov, Remečov) enim Pelagianorum exemplum sequentes matrimonium eiusque partem deteriorem nimis extollunt, caelibatum utpote naturae desideriis et legibus repugnantem reiciunt; alii vero (Tolstoj) Gnosticorum et Manichaeorum vestigia prementes vinculum matrimoniale prorsus repudiant. Pisarev mediam quandam secutus est viam; qui antiquissimorum Patrum hac de re testimonia percenset.

Ut Patrum doctrina cognoscatur spectandum est posuisse eos: Deum esse rerum omnium effectorem, res autem materiales, licet esse bonas, tamen utpote rationis expertes, moraliter indifferentes esse. Patres hanc doctrinam tenentes sicut non existimabant matrimonium esse malum, ita christianam legem defendentes caelibatum commendabant (p. 92 sq.) Sed cum duplicem statum in vita christiana alterum alteri quasi repugnantem viderent, haec omnia conciliare studebant; discidium enim e peccato originali repetentes remedium quod adhiberent ei, v »žizni bračno-děvstvennoj« invenerunt (p. 94).

Ante peccatum nempe originale cum Deus omnium desideriorum et conatuum quasi quoddam centrum esset, utrum matrimonium capesseret an caelebs maneret homo nihil referebat, at post peccatum res mutata est (p. 95 sq.). Sicut enim ante peccatum matrimonium et caelibatus indifferentia erant, ita post peccatum utrumque aliquid proprii accepit (p. 78). Nam homo auctoritate Dei spreta, concupiscentiae, quae omnium peccatorum fundamentum (osnova) et causa est, servituti sese tradidit (p. 99). Quae sicut aliis rebus ita et matrimonio potita ei notam suam impressit. Ante peccatum ut genus humanum propagaretur, inibant matrimonium; peccato commisso concupiscentia explenda voluptasque percipienda accessit (p. 101.) Antea caelibatus superfluum fuit, at tempore hoc, quo homo concupiscentiae subiectus in statu non normali versatur, caelibatus quodam modo necessarius videtur esse.

Quid autem honesti et quid inhonesti Patres in matrimonio esse indicabant? Honesti est, si rem ipsam spectas, officii maritalis functio, verum concupiscentia eiusque effectus mala sunt. Ante baptismum concupiscentia obiective et subiective mala est; obiective, cum naturam in statu non naturali ponat, subiective, cum ipsa peccati originalis libere in capite generis humani commissi reatus sit (p. 105). In baptizatis concupiscentia obiective quidem indifferens est, sed subiective peccatorum causa esse potest (106) Patres, cum viderent cum concubitu concupiscentiam semper coniunctam esse, immo eam solam saepe numero appeti, tamen non ideo illam reprobarunt, dummodo filiorum procreatio non impediatur. At acerrime illam reiciebant, quae extra matrimonium est vel in matrimonio quidem sed contra matrimonii leges (p. 109 sqq.).

Vinculum coniugale fide coniugali et caritate necessario ornamendum esse Patres docent (p. 113); quae tria si adsunt, matrimonium honestum est (p. 114); quodsi fides vel caritas deficit, velut cum vir

sola mente aliam concupiscit, desinit inter eos matrimonium (p. 115); quapropter uxor tali viro inhoneste (secundum patres?) iungetur (ibidem). Ut igitur matrimonium honestatis finibus contineatur, unius cum una consortium necessarium est (ibid.) et talis coniunctio non naturae solum, psychologium mysterium, sed et religiosum est (p. 116). Haec patrum matrimonii notio absolutam unius cum una coniunctionem per se postulat; quae tamen in solius cleri usu est (p. 116 sqq); ideo Patres unitatem illam tantum cum adjunctione: usque ad mortem alterius utrius coniugis permanentem exigebant. Coniugium aliud post aliud succedens (recte Graeci) minus bonum ducentes, non admittebant nisi secundum (p. 119). Sola igitur unius e coniugibus morte matrimonium solvi posse Patres docebant idque nec adulterio excepto. »Etiam posledním položeniem (v slučae preljubodějanija) opreděljaetsja v svoju očered' vzgljad Avgustina i vsěh voobšče drevnih hristianskih pisatelej a ravno i juredičeskoj praktiki drevnej cerkvi na harakter i uslovija bračnago razvoda« (p. 122) i. e. matrimonium ne in adulterii quidem causa solvi. Et in nota: »Po obščemu golosu otcev cerkvi, muž ženy, narušivšej věrnost bračnomu ložju dolžen, otpustit ee (dimittere), t. j. lišit ee bračnago obščeniija, (toľko bračnago obščeniija, a ne soveršenko izgnať iz semi.) (p. 124 sq). Deinde sic concludit: »Takim obrazom praktika sovremennoj cerkovnoj jursdikcii, dozvoljajuščej vstuplenie v novyj brak nevinovnoj polovine, v drevnih hristianskih vozvrěnijah, — logičnyh s točki zrěniija obščih nravstvenno-dogmatičeskikh osnov hristianstva —, soveršenko ne nahodit opravdanija« (p. 125). Omnia autem quae adversarii pro solvendo in adulterii casu matrimonio afferunt ad amorem sui voluptatumque studium referuntur (p. 126). Rationes indissolubilitatis absolutae, quas Patres exponebant, ad has redigit: primum id postulat ipsum foedus matrimoniale uxorisque condicio, deinde bonum morale (p. 127), ad extremum bonum sacramenti eiusque mystica significatio (p. 128 sqq).

Matrimonium igitur secundum ss. Patrum opinionem propagatiōnis hominum via, concupiscentiae remedium et moderamen habendum est, immo secundum eorum doctrinam id, in quod matrimonium tendit, fere idem est ac virginitas vel melius ac primorum generis humani parentum ante peccatum matrimonii virginalis (p. 185).

Quibus omnibus B. V. Maria cumulata fuit (p. 186); et superflua esset virginitas, si homines divinae gratiae non darent, (ibid.); at prohdolor in matrimonio homines in usu non habent id, ut quaecumque agunt, omnia ad Deum referant (p. 187 sqq). Ipsa virginitas atque caelibatus minime solā ἀγαμία, quae apud gentiles quoque et Judaeos locum habebat, contineatur oportet, sed matrimonii exsortes in Deum quasi transformari (deificari) debent, ideoque non sola corporis integritas servanda est, sed ut ad Deum omnia quae aguntur referri possint, peculiari quoque voto corpus Deo consecrandum est (p. 189 sqq).

Verum cum in virginali statu dimicationes minime desint, solum consulitur, non praecipitur (p. 192), immo fieri potest ut necessarium sit matrimonium quo saluti aeternae provideatur. Notandum tamen est Patres virginitatem matrimonio non ut rem sacram rei non sacrae, sed ut rem meliorem rei deteriori praetulisse (p. 196 sq).

Itaque matrimonium et virginitas diversa ratione concupiscentiae remedia sunt; haec et illud concupiscentiae moderantur, haec et illud ad perfectionem christianam ducunt, haec quidem velocius, illud gradatim (p. 200 sqq).

N. Pisarev: Московскія Кремлевскія палаты всероссійскихъ патриарховъ. I, 25—72. Interna Patriarchalium aedium constructio describitur.

N. Pisarev: Историческія причины домашне-бытоваго уклада жизни всеороссійскихъ патриарховъ, I, 356—370. — Cum inter historiae causas etiam archaeologiae doctrina sit, Pisarev, qui „Домашній бытъ русскихъ патриарховъ“ conscripsit, de externa patriarcharum ab aliis differentia

inquit. Patriarchas russicos opibus magnaue pompa enituisse nemini huius temporis historiae perito ignotum esse potest. Cuius rei excusationes, patriarchae enim utpote clerico alioqui haec licita non erant, hae allegantur: patriarcham secundum fuisse a rege in imperio, immo p. Philaretum et Niconem quasi regem alterum fuisse (p. 360); — deinde divitias cogitationem tertiae Romae commendasse (p. 364); — tum temporis consuetudinem in causa fuisse, cuius erat certae hominis conditioni certam pompam adiungere (p. 360); — denique Occidentis mores saec. XVII. non parum ad id contulisse (p. 368 sq.).

N. Pisarev: Обрядъ комнатной и выходной жизни всеобщихъ патріархо-въ. II, 1—96. Idem scriptor late idque documentis innixus, quam vitam patriarchae russici gesserint, enarrat.

P. Рогомарев: Къ вопросу о значеніи агиологии какъ источника для ученія о благодати Божіей и свободѣ воли человѣческой. I, 138—157. Licet historici Sanctorum Vitas ad suum propositum adhibeant, dogmatici tamen id negligunt idque iniuria, cum multum fructum e sanctorum vitis capere possint. Maxime vero in quaestione de gratia et libertate sanctorum vitae dignae sunt, quae pervolvantur (p. 138). Etenim vera hagiologia versatur in sanctitatis virtutisque adeptione; — adeptio vero ipsa duplici perficitur elemento, divino et humano, gratia et libertate: hagiologia igitur vivida quodammodo quaestionis de gratia et libertate expressio merito haberi potest. Tamen theologi de hac quaestione agentes, argumenta sua e scriptura et traditione depromere, Sanctorum Vitas omittere solent (p. 139).

Quae ut argumento confirmet, vitam s. Antonii a s. Athanasio conscriptam explicat et enodat (p. 140 sqq.). In duobus tamen, ut videtur, auctor erravit. Primum e Sanctorum Vitis nequaquam argumenta de gratiae existentia saltem talia, quae nihil dubii relinquunt, hauriri possunt — quamquam consentiendum ei est e Vitis Sanctorum de libertate et supposita gratiae existentia de gratiae influxu eiusque proprietatibus vera argumenta sumi posse. Deinde non de omnibus Sanctorum Vitis, sed solum de editis ad criticam rationem, ut finis intentus obtineatur, sermo esse potest. In ceteris applaudendum est auctori.

P. Jungerov: 1. Положительныя доказательства подлинности Пятокижия (Positiva authentiae Pentateuchi argumenta) I, 299—317, 499—509, 645—653. 2. Единство, систематичность и историческій характеръ Пятокижия (Unitas, constructio et historicus character Pentateuchi.) I, 852—867.

In duabus nominatis commentationibus res inter eos, qui christiani nomen se gerere gloriantur, maxime agitata tacta est: Pentateuchi authentia. In priore argumenta Pentateuchi authentiam comprobantia in medium proferuntur. Primum argumenta externa exponit: ex N. T. (p. 299 sq.), ex aliis libris libris V. T. p. 303 sqq), ex deuterocanonicis (p. 316); ex testimoniis profanorum scriptorum (p. 316); ex Talmud (p. 316); ex sectarum Judaeorum consensu (p. 317).

Deinde adducuntur argumenta interna; ex ipsius Pentateuchi testimoniis (p. 301); ex Pentateuchi natura et contextu (p. 499 desertum nimirum Pentateuchus spirat (p. 500 sq); Pentateuchi auctor accuratam rerum aegypticarum notitiam habet (p. 501 sqq), et auctor et personae, quae describuntur a Palestina distant (p. 504 sq); authentiam quoque: »harakter i sposob izloženiija v nem zakonov, — karakter hronologičeski — lëtopisnyj, a ne sistematičeskij« (p. 505 sq) commendat; Pentateuchi auctor testis et spectatoris personam fert (p. 507); in fine argumentum ex linguae Pentateuchi condicione exponitur (508).

Tum Deuteronomium Moysi vindicatur. Ad quod comprobandum haec afferuntur argumenta: 1. Deuterom. I. v. 3., 2 historica (p. 647), legalis (p. 649 sqq) et prophetica (Deut. c. 28—33) (p. 652 sq.) Deuteronomii pars nisi praecedentibus libris positus intelligi non potest.

In secunda commentatione de unitate et historico caractere Pentateuchi agitur. Unitatem Genesis ex illa decies repetita formula

«elle tolledot» (p. 852 sqq.), totius vero Pentateuchi ex analysi ipsius a Cornely sumpta (p. 855 sq.), ex accurata ordinis chronologici per totum opus observatione et unitate (p. 856) et ex ideae theologicae (salutis humanae eiusque sub speciali providentia Dei) unitate (p. 857 sqq.) repetit. Historicam vero Pentateuchi indolem comprobatur primum iisdem argumentis quibus Pentateuchus Moysi vindicatur, deinde et eo, quod Moyses earum rerum, de quibus scripsit, testis et spectator fuit (p. 862); tum ex modo, quo Pentateuchus compositus est: ieiune enim fluit narratio, etiam erga gentes iustus est, immo Iudaeorum bene et male gesta sincere revelat (p. 864 sqq.). Quodsi maior difficultas quoad Genesim oritur, illam eo removet quod dicit et scriptorem etiam hic fidem mereri, cum in aliis quattuor libris non fallat, et multa in Genesi narrata documentis aliunde sumptis comprobari (p. 862 sq.).

Uno verbo auctor argumenta, quae theologi catholici in amplioribus introductionibus et Commentariis tradunt, collegit eaque apte composita pulchre digessit. Nonnullas quoque animadversiones aptas in commentationibus adesse nemo negabit. Praeterea id quoque auctori laudi erit, quod auctores quoque catholicos simul cum orthodoxis Protestantibus aspicere non neglexit. Excepta unica re, quod auctor libros deutero-canonicos pro non canonicis habet (p. 316), theologus catholicus omnia auctoris iudicia sequi potest.

P. Ponomarev: Изъ исторіи св. преданія (historia s. traditionis): 1. Ученіе о св. Преданіи св. Василія Великаго, I, p. 267—278, 318—338; 2. Ученіе о св. Преданіи св. Григорія Писскаго, II, 97—130; 3. Ученіе о св. преданіи св. Григорія Богослова, II, 363—376; 4. Ученіе о св. преданіи св. Іоанна Златоустаго и пр. Ефрема Сиринна, II, 745—755; 5. Ученіе о св. преданіи св. Енифанія, еп. Кипрскаго, II, 957—987. In enumeratis articulis Ponomarev suum de ss. Patrum saeculi IVⁱ traditione studium prosequitur (cf. Prav. Sobesëd. febr. 1903). Omissis iis, quae omnibus Patribus communia sunt, scilicet traditioni auctoritatem divinam competere et traditionem aequalis iuris esse ac s. Scripturam, omissis quoque iis, quae Patribus praecipue priorum saeculorum communia sunt, traditionem etiam in rebus moralibus et disciplinariis licet minorem atque in dogmatibus habere vim, omissis iis itaque omnibus, quae auctor variis textibus e ss. Patribus depromptis fuse tradit, ea, quae singulorum Patrum secundum Ponomarev propria sunt, enarrabimus.

S. Basilius M. in casibus, in quibus de traditione certo constat, ad ipsam provocat, in casibus autem dubiis, ut traditio usui esse possit, multorum episcoporum synodum consulit (I, p. 321). Licet autem s. Basilius de traditionis notione deque eius ad s. Scripturam relatione eadem ac Patres priores tradat, sua tamen ad traditionem expoliendam addidit. Itaque a) secundum s. Basilium Patrum traditio apostolica regula est (I, p. 325); b) traditio in rebus dogmaticis immutabilis est, in aliis vero mutationem subire potest, — in rebus disciplinariis canon scriptus consuetudine firmior est, sunt tamen casus, in quibus canon consuetudini cedit (p. 325 sq.); c) denique s. Basilius, quid Eunomiani de traditione tenuerint, docet (p. 327 sq.). Etsi s. Basilius variis locis de variis traditionis obiectis loquatur, nihil tamen explicite de ss. Scripturae divina auctoritate habet (I, p. 337).

Multorum opinio fert s. Gregorium Nyssenum vim rationis in maius extollere eique fere parem traditioni auctoritatem tribuere; sed secundum Ponomarev immerito Nyssenus arguitur, quippe qui solum confirmare rationem dogmata tradat (II, p. 98). Rationem, cur traditioni tanta competat auctoritas, s. Gregorius N. in eo ponit, quod «Predanie propovëduet božestvennoe učenie, zapečatannoe harakterom bogoduhnovenosti, i, poetomu, hotja ono soobščaetsja ljudmi, no dolžno byt' priznavaemo, kak slovo Božie» (II, p. 100). Haeresim vero

s. Gregorius convenienter fidei, quae ab universa ecclesia tenetur, corruptionem dicit (II. p. 105).

Idem inter s. Scripturam et traditionem relationes adesse dicit has: *a*) identitatem esse doctrinae, quae seorsim a s. Scriptura et a traditione proponitur, *b*) s. scripturam fundamentum et iudicem traditionis esse, denique *c*) e converso traditionem esse quasi paedagogum in intelligenda Scriptura (II, p. 1'6). Melius quam s. Basilius idem s. Gregorius quaestionem quoque de formulis dogmaticis intellexit: docet terminos a conciliis oecumenicis sanctos prorsus immutabiles esse, terminos particulari loco adhibitos, dummodo res ipsa orthodoxa maneat, mutationem subire posse (p. 118 sq.). E contra s. Basilius infideles edocens se variis terminis, dummodo veritatem ne negent, uti posse existimat et solum fidelibus doctrinam christianam tradens se a formula semel sancta sub nullo praetextu recedere posse credit (p. 120 sqq.).

Itaque s. Gregorius propria habet haec: *a*) licet dogmata argumentis e ratione petitis comprobentur, traditioni tamen auctoritatem divinam nequaquam denegit; *b*) de traditione loquens, traditionem et apostolicam et proprie patristicam intelligit; *c*) traditio proprie patristica duplici constat elemento: dogmatico et disciplinari; — ad dogmaticum novos terminos adhibere pertinet; *d*) ad veritatem conservandam et dogmatum et terminorum biblicorum vel a conciliis oecumenicis approbatorum immutabilitatem esse necessariam tenet (II, p. 130).

S. Basilius vero s. Athanasium: *a*) repetendo comprobatur et *b*) in nonnullis clariorem reddit vel supplet: ipse enim primus ad traditionem proprie patristicam solam novorum terminorum propositionem pertinere edixit; *c*) Denique Basilius Patribus esse potestatem non solum novos canones edendi sed et veteres, si necessitas cogat, permutandi, clare docuit (I, p. 338)

S. Gregorius Nazianzenus ad traditionem et scriptam et non scriptam provocat (II. p. 365 sqq.) et traditionis testibus praecipue ecclesiae antistites adnumerat (II, p. 367). Traditionem autem Nazianzenus vult esse antiquam et a principalibus ecclesiis approbatam (II. p. 368 sq.). Licet igitur Nazianzenus breviter de traditionis proprietatibus tractet, ipsam tamen traditionem cum illam τὸ ἄγραφον appellet clare proponit.

S. Chrysostomus et Ephraemus (Afrem) cum s. scripturae potissimum operam dederint, non tantum quantum alii Patres de traditione habent; — tamen eandem ac scripturae auctoritatem traditioni attribuunt. Quod traditionis obiectum attinet, universalis solum tradunt, fidem etenim et caritatem tantum nominant (II, p. 748). S. Ephraemus id quoque proprium habet, quod eadem in linea cum scriptura doctrinam et vitam ss. Patrum ponat (p. 749): hoc tamen cum discrimine quod ad vitam Patrum diiudicandam etiam s. Scripturam in auxilium vocandam esse vult (II, p. 755).

S. Epiphanius variam distinguit traditionem: gentilium, Veteris Testamenti, iudaicam, samaritanam et christianam; non omnibus tamen veritatem inesse dicit (II., p. 962). »Esli predanie javno protivorècit duhu Pisanija — Epiphaniij prjamo nazyvaet ego, bez sootnošenija s Pisaniem, ložnym; esli naoborot predanie s razu svidètel'stvuet so svoej vozvyšennoj mysli, o soglasii s Pisaniem, — on takže, bez snesenija s Pisaniem, priznaet ego istinnym« (II, p. 962). (Si traditio aperte s. Scripturae spiritui contradicit, Ep. illam sine ulla ad scripturam relatione, reicit, sin traditio prima fronte scripturae concordat, illam statim admittit). Traditionis testes ecclesiarum episcopos esse Epiphanius iudicat, (II, p. 915); quae tamen traditio antiqua et principalium ecclesiarum auctoritate approbata sit oportet (II, p. 971). — Cum de s. Ephraemio Ponomarev agit, de symbolo quoque quod Si Epiphanius vocatur quaedam commemorat (II, p. 976 sqq.). —

In fine analysisim de ss Patrum saeculi IVi traditione reducit ad capita haec:

a) Omnes recensiti scriptores apostolicam traditionem ecclesiasticam cum in epistolis, apologiis tum in directis testimoniis, inter quae eminent s. Basilii, de Spiritu Sancto et s. Epiphanii 'Adversus Apostolicos', admittunt et auctoritatem divinam ei tribuunt (II, p. 985).

b) Traditionem duplicem distinguunt: apostolicam et proprie patristicam.

c) De evolvenda traditione proprie patristica optime s. Athanasius meruit.

d) Proprie patristica traditio intelliguntur illa dicta ss. Patrum, quae apostolorum tempore posteriora sunt.

e) In rebus dogmaticis (— alia omittimus —) traditio proprie patristica solum novos terminos proponere potest.

f) Prima de traditione proprie patristica elementa si de dogmatibus agitur, iam apud s. Dionysium Alex., si de disciplina quaeritur, iam apud s. Cyprianum et apud eundem Dionysium, inveniuntur.

g) Cum multarum particularium ecclesiarum nominati scriptores antistites sint, eo ipso de traditionis non solum apostolicae sed et proprie patristicae testes sunt. (II, p. 986 sq.).

P. Ponomarev: Учение св. Иоанна Златоустаго оъ Евхаристіи. (По поводу этюда проф. Мишо: »св. Иоаннъ Златоустъ и евхаристія«. Revue internationale de theologie, 1903 Nr. 41. Prof. Dr. E. Michaud. Saint Jean Chrysostome et l'eucharistie. P. 93—111) I, 510—528, 654—673. — Prof. Michaud opinatur s. Chrysostomum neque de corporis Christi corporali in Eucharistia existentia, neque de reali Christi per fidei assumptione neque de transsubstantione quidquam scivisse, sed solum spiritualem Christi in Eucharistia manducationem docuisse (p. 510). Ponomarev commentationem dictam censurae subicit ostenditque Michaud ex multis s. Chrysostomi operibus, quibus usus est, solum ea, quae eius opinioni favere videntur, elegisse (cf. p. 517, 519, 657, 520), alios vero textus non accurate adduxisse (cf. p. 523, 524) neque ad contextum attendisse (cf. 524, 526). Magnam auctoritatem epistolae, ad Caesarium monachum, quam protestantium iudicio innixus s. Chrysostomi esse putat, tribuit: at perperam; illa enim tota solum in Latinum versa ad nos pervenit, graece tantum nonnulla fragmenta, ideoque critice legenda est; accedit, quod rationes internae eam s. Chrysostomi non esse suadent (p. 658 sqq.). Deinde Michaud hisce s. Chrysostomi operibus quae tamen de Eucharistia agunt non est usus: 1. De prodicione Iudae, 2. de coemeterio et cruce et hom. 46 in Joannem (p. 665 sqq.). Argumentum eiusdem Michaud, s. Chrysostomum oratorem esse neque litterate esse intelligendum, Ponomarev contra Michaud retorquet — docens ne Michaud quidem si ita res est, e s. Chrysostomo opinionem suam probare posse (p. 513).

Praeterea Michaud hoc advertere vel distinguere noluit: duplex elementum apud Chrysostomum inveniri; »sv. otec izlagaet odnovenno ponjatija i o suščnosti predmeta i o tom npravstennom prilozhenii, kakoe možno vyvesti iz traktuemago predmeta« (s. Pater simul et de re ipsa agit et ad sensum morale attendit) (p. 516.). M. H.

Novyj Put'. (Nova via). Annus secundus, 1904. Opus periodicum, cuius fasciculi singulis mensis emittuntur, cuique edendo praest Percov.

Opus hoc sane ingens est. Fasciculus primus 231 paginas complectitur, secundus 286: in genere quivis fasciculus 270 circiter paginas, totum igitur opus in tres tomos divisum paginas 3240. Cuiusvis fasciculi pars litteris elegantioribus destinata est.

Inter scriptores, qui ad id conferunt, notissimus est D. C. Merežkovskij, qui ingenio quidem praeditus est haud mediocri,

sed viam ingressus est, quae ecclesiae russicae funestissima evaderet, si ei probaretur. Cf. hic p. 138–9 (580). In parte litterarum elegantiorum tractantur sublimia, obscura, mystica genere scribendi magnifico, elaborato, a vulgari abhorrente. Caecum catholici nominis horrorem non invenimus; omnia potius ad reformandam ecclesiam russicam referuntur. In philosophicis mens Rozanovii videtur spirare, qui idealis quidam pantheista est eiusdem rationis ac Merežkovskij; Vvedenskij vocat eum Nietzsche Russorum.

Plurimum valere videtur hoc opus »nova via« i. e. nova ratione, qua maxime quaestiones litterariae, sociales, religiosae tractantur. Est modus subiectivae auctoritatis et libertatis nostrae »modernae« quam vocant proprius.

Saltem aliquot commentationum mentionem facere libet, quarum tituli aliquo modo significant, qua de re agatur: Ex rerum suarum commentariis -- omnino privatis -- Dostojevskii scriptoris -- notae pessimisticae. — Ivanov, De religione graeca patientis dei (dei, qui patitur dolores vel mortem etc.). — Rozanov, Psychica et modus vivendi (byt) studiosorum. Amoene potius quam ratione et via describuntur quaedam ex vita civium academicorum; res est quaedam apologia eorum; ea, de quibus agitur, revera tristia sunt, sed in luce ideali ponuntur. — Lundberg, De peccato non laborandi. — Vengerov, De mystica atheismi. — Minskij, De iustitia et veritate. Veritas est iuridica et socialis et respicit me et alterum; veritas habet aliquid mystici et respicit principia vitae, mundum, animam. — Bobrinskij, Pathos vitae (amor). — Verner, Evangelia et Germanorum liberior critica. Agitur de vita Jesu Christi a Strauss conscripta, quem ad eadem fere devenisse dicit, ad quae Tolstoj. Uterque diiudicatur secundum historiam fidei progressum. — Novgorodcev, De philosophicis notionibus nostri temporis. — Bulgakov, Čehov ut philosophus. — Tugen-Baranovskij, Ruinae capitalismi. — Jasnopol'skij, Quaestio »agraria« in Russia. — Vodovozov, De iure suffragii omnibus concedendo.

Magnopere tenent legentium animos res theologicae, sociales, omnesque, quae ad hoc tempus pertinent, de quibus in hoc opere refertur. Tractantur enim magno studio et multa cum libertate. Iuvat nos videre quaestiones, apud nos iam diu expeditas et confectas, in Russia orientes et deliberationi incertae subiectas. *F. Žák.*

Preobraženskij J. V. Cerkovnaja reforma (Reformatio ecclesiastica). Expositiones in laicalibus et ecclesiasticis foliis contentae de quaestione reformationis. A. 1905. IV. + 580 + IV Petropolis. Pretium 3·5 R.

Ratio huius collectionis est colligere omnia, quae de reformatione ecclesiastica in Russia scripta sint, ita ut quilibet ipse independenter a tendentiosis praesumptionibus sibi efformare possit iudicium de conatibus et quaestionibus, quibus ecclesia orthodoxa volvitur. Ideo collecta et impressa sunt omnia, quae de eis agunt, etiam extremae opiniones, obiective et sine praeiudicio. Omnia, quae mensibus Martio, Aprili et Maio, ubi quaestio furiose agebatur, scripta sunt in hac re, in libro inveniuntur. Omissa tantummodo ea, quae nullius momenti sunt. Systema est chronologicum, ita ut ex libro videri possit, quomodo quaestio reformationis exorta sit, et quo cursu progrediatur. Adductae sunt sententiae ex tota Russia, ne asiaticis quidem omissis. In fine adiungitur index, quo facile quisque invenire potest auctorem et res ab eo tractatas.

Ita fere legitur in prooemio, sed pro dolor! si articuli ipsi magis inspiciuntur, idealis illa indifferentia, qua auctor se iactat, evanescit. Collectio facta est non sine ira et studio. Typis mandata sunt ex „Peterb. Listok“ fere omnia, quae nullius momenti sunt: alia multa ommissa. Ita Mosk. Věd. n. 81, Rus. Dělo n. 12 et 15, Nov. Vremja de die 29. Martii, Rus. Věd. ad Mosk. V. 81, Pravo n. 15, et alia magni momenti ommissa sunt, ita ut ex publicatione cognosci nequeat plena motio, quae in ecclesia russica sentitur (Ita ipse Cerkl. Věst. n. 40 p. 1267). Tendentia redactoris videtur esse voluntas demonstrandi, ecclesiam russicam non necessitatem habere reformationis sed florescere (vide p. 376 s.), defendendi omnia, quae a tempore Petri M. facta sunt.

Reforma, de qua in Russia agitur, usque ad radices vitae ecclesiasticae descendit, immo inveniuntur auctores, quorum tendentiae ideas socialisticas attingunt. Reformatio, quam omnes putant necessariam, respicit educationem cleri. Sunt, qui velint concilium generale totius ecclesiae. Adversarii iterum revocant ad opinionem Filareti, concilium impossibile esse ad schisma ecclesiae catholicae, quae deberet esse repraesentata. Sunt, qui velint tale concilium convocatum ex episcopis, presbyteris et laicis, provocantes ad verba Pauli in actibus; adversarii bene hunc conatum ut falsum refutant. Sunt, qui velint, ut eligatur patriarcha, sed s. synodus se opponit, ut patet. Multum tractatur quaestio de matrimonio, libertate conscientiae, independentia ecclesiae a byrocratia, ritu, cuius abbreviatio desideratur, multaeque aliae quaestiones. In opinionibus reformatoriis inveniuntur etiam multa catholica, multa radicalia.

Ex libro tota illa motio, qua ecclesia russica volvitur, cognosci haud potest.

Письма и донесения иезуитовъ о Россіи конца XVII. и начала XVIII. вѣка. Спрб. 1904. **Litterae secretae lesuitarum, qui in Russia, Petro Primo regnante, fuerunt.** (De eadem re porro agitur)*).

Sincerum fautorem simulque magnum benefactorem invenerunt missionarii in persona generalis Petri Gordon, natione Scoti qui catholicam religionem, in qua natus fuerat, fidelissime servavit. Praeter alia beneficia acceperunt ab eo sat magnam bibliothecam, quam „pretiosum nobis et valde opportunum thesaurum“ appellant. Huic praestantissimo viro graviter aegrotanti P. Aemiliani usque ad extremum adfuit († 29. Nov. 1699), idque etiam in praesentia caesaris, qui ge-

*) Doctissimus P. Pierling S. J. communicavit nobiscum emendationes haud exigui momenti ad primam nostrae relationis partem. Scripsit nobis: „Permettez moi de vous faire remarquer, que les ambassadeurs autrichiens s'appelaient Zierowsky de Zierowi et Blumberg. L'expulsion des Jésuites de Moscou a eu lieu en 1689. Le P. de Boye est mort le 3. Nov. 1685. Le „quidam diaconus Petrus“ est Pierre Артемьевъ, dont Nikolski a écrit la biographie dans le Православное Обозрѣніе d'après le n^o 393 de la Bibliothèque synodale de Pétersbourg. Dans mon IV. volume toute cette histoire sera refaite“.

neralem invisit. „Sub meridie“ — ipsius sunt verba — „aderat czar, dumque me videret adstantem, interrogavit: „estne hic tuus medicus?“ Reposuit dominus generalis „Ita, serenissime! De facto mihi corporales medici non prosunt unicum habeo solatium medicum animae meae“. Super quod serenissimus reposuit: „dobro, batzka, niemozesch lutschii gielat“ („optime, mi patercule, non potes melius facere“)“ Paulo ante mortem commendavit generalis Gordon czaro communitatem catholicam, cui reposuit czar „ne bogis, batzka!“ („Non timeas, patercule“). (Pag. 227, 246.).

De czaro missionarii iterum ac saepius sententiam suam aperunt. Haud ab re duximus verba ipsorum proferre. Dicant de czaro quidquid velint, certum est, quod in eo talenta sint eximia esset insignissimus princeps et nostrae parti faventissimus, si non venenosi tam multi eum circumstarent, qui bonum nostrum omnimode impediunt“. (Pag. 249). „Curiositates czarus quidem amat, sed eas praecise, quae bellum et igniaria concernunt, de reliquis licet valde ingeniosis non curat de facto. Prius valde favorabilem se exhibuit partibus catholicis, antequam e terra hac discederet ad visitandas regiones: post reditum vero nec beneficia nec maleficia ab eo accepimus, redivit enim cum ingenti adversus sacerdotes catholicos, maxime Iesuitas disgustu, in hac a Le-Forte fixus opinione, quod illi causa sint conclusae pacis. Ita sive sit bellum, sive pax non accepta, fecerunt — Iesuitae. Gliscit de facto in corde eius scintilla aestimationis sacrorum nostrorum: an vero vera sit, an praecise ficta, sat penetrare non possumus: scimus enim gentem hanc nil attendere, nisi suam utilitatem“. (Pag. 242—243). „Et quantum quidem concernit serenissimum, nil sollicitarer, quia nimis manifeste quoad religionem pluris nos facit quam caeteros, sed quia circa illum sunt multi susurrones fidei nostrae inimicissimi. (Pag. 248), „Quando interfuit administrationi sacramentorum, semper postea suis ostendebat, non esse substantialem diversitatem, et dum sacro interesset nostro, toto tempore bojarinis explicabat, quid hoc, quid illud; ad elevationem vero utramque tacebat et submitte more orientalium adorabat publice“. (273).

Affectus plebis missionariis utilior erat, quam affectus magnatum, qui omni tempore dubio fortunae expositi erant, cum czarus plene omnes in suspicione infidelitatis habuerit (pag. 235). Affectum populi lucrabantur mansuetudine et magna patientia, supportando invicto animo insulsos illorum mores, nullumque, quocumque tempore accedat, repellendo. Multum etiam fecit elargitio eleemosynarum nec non distributio medicamentorum pro infirmis (pag. 235). „Malle“ — scripsit missionarius — „aqua et pane vitam tolerare, quam non succurrere. Incredibile enim, quanta per hoc bona fiant et quanta pro futura disponantur“ (pag. 245). (Reliqua deinceps persequemur.)

SERBICA.

Bogoslovski Glasnik 1905. t. I. (VII.) nr. 6; t. II. (VIII.) nr. 1—3.

Elucubrationes pleraeque iam superius (Slav. litt. th. 212—13) commemoratae continuantur. Inter recensiones graviora quaedam inveniuntur:

Pg. 463—465. (t. I., nr. 6). R. M. Grujić opus Giovanni Marković, *Gli Slavi ed i Papi* (Zagreb 1897) recenset. Opus ut egregium et sat „obiectivum” laudatur. Quod Marković de nonnullis eventibus eccl.-historicis in Serbia perperam iudicaverit, hoc eum non mala intentione fecisse ex tota operis indole manifestum esse, etsi unionem ecclesiarum intendat; hos errores (quinam sint, R. M. Grujić non indicavit) maxima ex parte inde esse exortos, quod auctor recentissima opera historica serbica non perlustraverit. Nihilominus auctorem omnia magna cum eruditione conscripssisse, eiusque opus etiam doctis historicis serbicis magnam utilitatem praebere posse.

Idem R. M. Grujić, pg. 191—196 (II., 3) opus: N. Nilles, *Symbolae ad illustrandam Historiam Eccl. Orientalis in Terris coronae S. Stephani* — (Oeniponte 1885) recenset, quod opus recensenti ex opere supralaudato (Marković) demum innotuit. Hoc in opere documenta valde pretiosa collecta esse rec. fatetur. Ad pg. 182—393 recensens adnotat a Nilles Athanasium I. Angelu falso „apostolorum Rumenuorum (Valachorum)” appellari, cum ex ipsis documentis (pg. 259—272) aliud appareat. Quoad historiam unionis ecclesiasticae inter Serbos rec. conqueritur, nonnulla falso explicata vel omisa esse (e. g. conscriptionem a. 1732, quae ostendit toto in „generalatu” Varaždinesi neminem esse „unitum”); tamen hac in materia rec. apud Nilles plurima pretiosa omnino nova ac scitu digna invenit.

Pg. 199—200 (II., 3) „Slavorum litterae theologicae” memorantur. Finis et ratio operis laudatur atque approbatur. Explicato operis proposito, argumentum eorum praesertim, quae inter „Serbica” referuntur indicatur; in fine redigentibus folii nostri consentiens rec. exclamat: „Deus opus hoc approbet!”
G. K.

SLOVENICA.

„**Katoliški Obzornik**“ 1905. nr. 3—4.

Dr. I. E. Krek, *Zakon v Avstriji* (De matrimonio in Austria). 217—236. F. Terseglav, *Pravi in nepravi monizem* (De monismo vero et falso). 321—329. — Unitatem philosophiae christianae opponit sic dicto „monismo” philosophiae „materialismi”.

Dr. I. E. Krek, *Moderna veda in religijsko vprašanje* (De scientiae modernae relatione ad quaestionem religiosam). 373—389.

Dr. J. Gruden, *K glagolskemu vprašanju* (Ad quaestionem glagolicam). 390—396. — *Libro dris V Vondrák*, „*Frisinské památky, jich vznik a význam v slovanském písemnictví*”. Pr 1903 innixus doctus prof. Gruden ostendit sic dicta slovenica (sensu stricto) „monumenta Frisingensia” [Freisingen in Bavaria] (e saec. X.) [Brizinski odlomki] elaborata esse a missionariis germanicis iuxta textus glagoliticos pro populo slovenico, cui lingua slavica liturgica a SS. Cyrillo et Methodio introducta ut nota supponitur; „slovenismi” horum fragmentorum ostendunt, linguam sive potius dialectum slovenicam carinthiacam missionariis non fuisse ignotam, nihilominus ipsos textibus ecclesiastico-slavicis usos linguamque eorum imitatos esse. Quae clarissime demonstrant, Slovenos (sensu stricto — Slavos meridionales occidentales) a hereditate ss. Cyrilli et Methodii non fuisse exclusos; et monumenta glagolitica in Carniolia saec. XIII., XIV et XV non casu in Carnioliam pervenisse, sed potius monumentorum usque ad aetatem ss. Cyrilli et Methodii continuationem asserendam esse. Litteratura slovenica igitur non tempore reformationis demum exorta est, sed iam inde a tempore ss. Cyrilli et Methodii vivebat et per litteras glagoliticas in Croatia et Dahnatia vulgatas alebatur; reformatio e contra hanc traditionem veterem interrupit.

Voditelj v bogoslovnih vedah 1905. nr. 4.

F. Kovačič, *Anicij Boetij in njegovo modroslovje* (De Anicio Boëthio eiusque philosophia) 373—392 (pars reliqua). — Praemissis criticis notiis de scriptis Boëthii, prof. Kovačič accuratius in Boëthii opus

celeberrimus „*Consolatio Philosophiae*“ inquit (pg. 136 sq.), eiusque analysim exegetico-criticam proponit (pg. 272—298; 373 sqq.). Etsi Boëthius — ita concludit auctor — novum systema aliquod philosophicum non extruxit, tamen opera eius, praesertim „*Consolatio philosophiae* vere sunt hortus, ubi pulcherrimi flores philosophiae graeco-romanae collecti sunt; Boëthius columnis „philosophiae perennis“ quae vocatur adnumerari potest, quae philosophia in mundo aspectabili imaginem mundi invisibilis considerat“ (391—392).

A. Čížek, O ekstazi (De extasi). 392—405. — Valde accurate omni ex parte in rem inquit ei litteraturam abundanter allegat.

J. Kavčič, Osebna simbolika v službi božji stare zaveze (De symbolica personali in cultu divino V. F.). 405—411.

F. K(ovačič), Temeljna načela Tomaževe ekonomije v moderni dobi (Principia fundamentalia oeconomiae s. Thomae temporibus nostris). 411—426. — Principia fundamentalia s. Thomae etiam pro hoc tempore vim suam retinuerunt; ipsa clare ostendunt spiritum philosophiae christianae non esse spiritum „passivitatis“ et „quietismi“, sed spiritum vitae, motus, laboris.

Aliorum iudicia de nostro conspectu periodico.

СТРАННИКЪ, 1905, апрѣль, стр. 693: Въ »програмъ«, написанной съ большимъ воодушевленіемъ указывается цѣль изданія: способствовать духовному росту и распространенію богословской литературы, страждущей отъ чрезмѣрнаго раздѣленія славянскихъ племенъ и отъ другихъ причинъ, способствовать взаимному духовному общенію славянъ и содѣйствовать смягченію и мирному разрѣшенію спорныхъ вопросовъ, раздѣляющихъ Востокъ и Западъ Симпатичное направленіе и цѣль этого изданія заставляютъ насъ сказать вмѣстѣ съ редакторами его: Богъ да благословитъ предпринятый трудъ (стр. 2)!

VODITELJ, 1905, zv. 2.: Vsem, ki se zanimajo za bogoslovno znanstvo splohi in zlasti za važne versko-cerkvene odnošaje med zahodnimi in vzhodnimi Slovani, delo prav toplo priporočamo. Vsekako si naj to publikacija omislijo vse bogoslovske in dekanijske knjižnice. Želimo pa podjetju tudi prav mnogo spretnih poročevalcev.

KATOLIŠKI OBZORNIK, 1905, izv. 2, 213: Kako težko je bilo doslej imeti količkaj pregleda o slovanski bogoslovni književnosti. Zlasti je [b]itia nam zapadnim katoliškim Slovanom ruska bogoslovna književnost malo znana To bo poslej drugače.

НИВА, 1905, ч. 8, ст. 196: Ціль сеї часописи дуже красна и похвальна Вона може дійсно в будичности досягнути надендівані результати колиби тільки змогла найти щире заінересоване у всіх Славян.

КАТОЛИЦКНИ ВСХІД, 1905, 43: Тож було би порадною річню щоби наша богословска молодіж із згаданою часописню основнійше занізнала ся. Се певно не було би без впливу. Часопись звертає очи на літературу східних Церков, будить заінересоване студіями з того обсягу, а передовсім дає спроможніст, слідити за розвоєм »Кирило Метод. ідеї«, супротив якої наша молодіж зовсім не може держати ся відсторонь.

ZEITSCHRIFT FÜR KATHOLISCHE THEOLOGIE, 1905, 415: Möge die Absicht der Herausgeber, damit insbesondere auf die katholischen slavischen Theologen hehend und fördernd, auf die schismatischen belehrend und aufklärend einzuwirken, reichlich in Erfüllung gehen. Der

Umstand, dass die genannte Revue in lateinischer Sprache gegeben wird, verleiht ihr Bedeutung über die slavischen Länder hinaus und muss mit besonderem Dank verzeichnet werden.

PIELGRZIM, 1905, Nr. 65: Nader ważna kwestya zjednoczenia Cerkwi rosyjskiej z Kościołem katolickim postąpiła o tyle naprzód, iż od Nowego roku wychodzi w Pradze czeskiej czasopismo poświęcane naukom teologicznym wszystkich szczepliów słowiańskich, i to w języku łacińskim, przez co umożliwia się rozpowszechnianie jego we wszystkich krajach cywilizowanych. Zadaniem czasopisma jest bliższe zapoznanie się teologów Zachodu i Wschodu, rozpraszanie przed sądów, omawianie spornych punktów. Literatura wszystkich plemion słowiańskich uwzględnia się. Czasopisma teologiczne czeskie, rosyjskie, rusińskie i niemieckie bardzo pochlebnie się wyrażają o nowem wydawnictwie. Można mieć nadzieję, że i odnośnie koła polskie będą popierać „Slavorum litterae theologicae”, bądź to prenumeratą, bądź współpracownictwem, ażeby dział polski się rozszerzył i wydawnictwo rokujące piękne nadzieje, się utrwaliło. Panowie wydawcy i autorowie dzieł teologicznych i pokrewnych niech posła odnośne wydawnictwa na recenzję do Pragi a z tych dzieł recenzyjnych nagromadzić się tam biblioteka ku wspieraniu dążeń nauki teologicznej i zjednoczenia religijnego.

LE CANONISTE CONTEMPORAIN, 1905, 669: Nous avons reçu les quatre premiers fascicules de cette nouvelle revue; c'est pour nous un devoir autant qu'un plaisir de la signaler et, dans la mesure où nous le pouvons, de la recommander. La revue „Slavorum litterae theologicae” se propose donc de servir de lien entre les nombreuses familles du monde slave, de faire connaître et d'apprécier les publications qui relèvent des sciences théologiques, soit qu'elles aient pour auteurs des Slaves, soit que, parues au dehors, elles intéressent les Slaves. Ces appréciations bibliographiques, écrites en latin, sont groupées suivant les nationalités, rangées elles-mêmes par ordre alphabétique et sont complétées par une section intitulée: „Externa res slavicas spectantia”. Enfin, des mélanges sur d'intéressantes questions, par exemple „Quaedam de quibus theologi utriusque ecclesiae dissentiunt”. On y trouvera une étude sur le divorce pour adultère, admis, comme on sait, par l'Eglise grecque, et quantité de renseignements utiles sur diverses questions canoniques, liturgiques, théologiques et autres. Les „Slavorum litterae theologicae” méritent donc toute la sympathie des catholiques qui désirent la réunion des Eglises, particulièrement des Eglises du monde slave, et nous formons les vœux les plus sincères pour sa rapide diffusion.

THEOLOGISCHE REVUE, 1905, 216: „Unter den Rubriken Bohe-mica, Croatica, Polonica, Russica, Ruthenica, Serbica, Slovenica, Externa res slavicas spectantia wird hier ein lateinischer Literaturbericht eröffnet über die theologisch-wissenschaftlichen Bücher und Artikel in Zeitschriften der genannten slavischen Sprachen. Mit dem Zwecke, die theologischen Studien unter den westslavischen Nationen zu fördern und mit den dort vorhandenen Leistungen auch jene Gelehrten bekannt zu machen, die des Slavischen unkundig sind, verbinden die Herausgeber vor allem das Bestreben, auf die kirchliche Union der West- und Ostslaven hinzuwirken, indem sie durch Beseitigung der hien und drüben herrschenden Vorurteile und entsprechende Beleuchtung der Kontroverspunkte die letzteren nach Möglichkeit allmählich vermindern und aufheben wollen. Den irenischen Schriften und Abhandlungen wird darum besondere Aufmerksamkeit gewidmet. Die Hoffungsfreudigkeit, mit der die Herausgeber ans Werk gehen, berührt sympathisch. Mögen sie reiche Erfolge erzielen!

REVUE AUGUSTIENNE, 1905, 214: „Slavorum litterae theologicae”. L'excellente revue a pour but de réunir en un faisceau compact toutes les forces isolées des Slaves, de promouvoir et d'entretenir parmi eux le goût des études théologiques, de mettre à leur portée tout ce que le génie des races occidentales a produit de bon et d'en décupler les fruits, de dire surtout son mot dans les controverses qui éloignent l'un de l'autre l'oc-

-cident et l'Orient pour en tempérer l'acuité et provoquer la solution; elle sera un trait d'union entre l'Occident et l'Orient; elle leur apprendra à se connaître réciproquement et contribuera de toutes ses énergies à l'extinction du schisme.

ŚWIAT SŁOWIAŃSKI, 1905, 379: .. Poważna rzeczowość wróży jak najlepiej o całym przedsięwzięciu, a zupełna rezerwa, zachowana w redakcyjnym układzie, zjedna zapewne wszystkich, właśnie dlatego, że redakcyja nikomu się nie narzuca. Pismo będzie również pozytywne prawosławnym, jak katolikom; samo ściśle katolickie, zachowuje się względem cerkwi wschodniej z tą szczerą życzliwością której do niedawna tak często nie rozumiano u Strossmayera... Obiektywne znawstwo przedmiotu, uprawianego z zamiłowaniem, z myślą wzniesioną ku wysokim celom, a bez względu na jakiegokolwiek przygodne hasła chwili bieżącej, musi wydać jakiś plon. Nie nawrócą Rosyi współpracownicy nowego pisma; wiedzą o tem, a pretensjonalności nikt im nie może zarzucić: — skromni są i uważają się tylko za jeden z pomocniczych czynników. Ale stali się czynnikiem od razu bardzo a bardzo poważnym i nie ulega wątpliwości, że tylko na tej drodze, na którą oni szczęśliwie wkroczyli i tylko tą metodą, którą trafnie dobrali, da się wyrobić z czasem ten zestrój okoliczności i nastrój umysłów, dzięki którym można będzie sprawę zjednoczenia roztrząsać nie tylko po akademicku. Przystąpiono do dzieła, nie licząc na żadne ułatwienia, obliczając się z samemi tylko trudnościami; ukaz tolerancyjny i wołanie o patriarchat są niespodziankami, które „Cyrylo-Metodejcom“ prawdziwie „spadły z nieba“. Ale też nakłada to na nich z drugiej strony tem większe obowiązki. Pomóc im trzeba! Oby ten artykuł zjednał im polskich pomocników!

POLYBIBLION 1905, Octobre, p 381. Excellente innovation. Cinq fois par an des savants tchèques donnent en latin depuis janvier dernier, une revue très complète du mouvement théologique en Russie, Pologne, Bohême, Bulgarie, Serbie et Croatie.

Addenda et corrigenda.

P.	20,	5	supra	loco	impulserit	lege	impulerit.
	63,	19	„		Barsov		Bronzov.
	78,	9	infra	„	habeant		non habeant.
	64,	15—16		omittatur			
	87,	24		loco	Prof. Brückner		ipse tamen contra Brückner.
	88,	17			ultimus		Nicon.
	110,	19 et 20			Bydzyński		Rydzyński.
	142,	17	„	„	otnošeoijah	„	otnvsenijah
	151,	20	supra	ante	Cypr.	adde: A Molčanov, Sv. Kiprian karthag. i ego učenie o cerkvi. Kaz. 1888 (137—9); Ernst in Ztschrift f. kath. Theologie 1893, 79—103; 1894, 234—272; 473—499; 1900, 425—462.	
	161,	20			adde: Cf. Rabulas, Canones pro clericis ap. Bickell, Ausgewählte Schriften der syrischen Kirchenv. S. 237.		
	170,	24			post 47; adde: Internat. theol. Ztschr. 4 (1896), 538—547; Rev. Augustinienne 1902, p. 460—9.		
	175,	14	infra	loco	iudicat	lege	indicat
	194,	2			habenter		babentur
	206,	16	„		natum		notum
	212,	19	supra		canone		canones
		29			hts		his

Index nominum et rerum.

A

Nomina eorum, quorum scripta slavica in hoc Conspectu saltem commemorata sunt *).

- Abraham W. 56 (296).
Adamski S. 20 (197); 110 (579); 250 (874); 251 (875).
Akvilonov E. 141 (503).
Al'bov A. 268 (975).
Aleksandr ep. 153 (597).
Aleksandr ierom. 142 (587).
Andreas archim. 254 (878).
Antonius episc. 259 (883).
Ared G. 78 (393).
Argamakov S. 29 (207).
Arhangel'skij N. 29 (207); 31 (209).
Arsenev K. 187 (755).
Bačyn'skij 34 (211); 263 (887).
Bajazitov 194 (762).
Barsov M. 221 (789).
Barsov T. 78 (393); 139 (581); 162 (603).
Barsukov V. 114 (487).
Bartoszew'skij 34 (211).
Bažanov V. 141 (503).
Beckov'ský J. 46 (377).
Běljaev A. 29 (207).
Běljaev N. 223 (791); 271 (964).
Bělokurov S. 255 (879).
Berdnikov I. 29 (207); 268 (975—6); 268 (976).
Bilczewski J. 42 (291); 246 (871).
Binički F. 174 (741).
Bobronikov 30 (208).
Bogdanov'skij L. 30 (208).
Bogdašev'skij D. 88 (403); 89 (404); 148 (591).
Bogoljubov D. 141 (503).
Bogoslov'skij M. 268 (975).
Bojović I. 214 (782).
Borový C. 46 (377).
Bretšnajdr Z. 171 (739); 236 (868).
Brjancev D. 138 (587).
Bronzov A. 29 (207); 30 (208); 63 (303; loco Barsov!); 64—5 (304—5); 78 (394).
Brückner 19—20 (197); 87 (402).
Brychta A. 7 (107).
Bulgakov A. 167 (607).
Bulgarov A. 206 (774).
Bulla F. 107 (577).
Butkevič T. 29 (207); 138 (587); 187 (755).
Caro L. 19 (197).
Czapla B. 250 (874).
Czarnecki J. 109 (578).
Czaykowski K. 19 (197).
Čehov'skij V. 90 (406).
Čelcov I. 78 (393).
Černocký K. 107 (577).
Čičerin B. 138 (587).
Čížek A. 215 (783); 283 (979).
Čupić J. 95 (312).
Davydenko V. 138 (587).
Debicki M. V. 15 (193).
Deml J. 8 (108).
Derevickij A. 30 (208).
Dianin A. 91 (406).
Dmitriev'skij A. 89 (404); 255 (879); 257 (881).
Dobronravov N. 133 (506).
Dobrosmyslov 29 (208).
Dobrynin 65 (305).
Dolivo-Dobrov'skij 65 (305).
Domentijan S. 213 (781); 214 (782).
Dostoev'skij Th. 142 (588).
Družinin A. 133 (506).
Dumujšić I. 174 (741).
Ejngorn V. 256 (879).
Elčukov A. 93 (408).
Eleonskij Th. 27 (205).
Fermendžija 53 (384).
Filaret metrop. 26 (205); 148 (592); 221 (789).
Foltynov'ský J. 8 (188); 170 (738).
Gabryl F. 17 (195); 19 (196); 20 (197).
G—j— 58 (298).
Gavriil 29 (207).
Gec v. Goetz.
Ge'ski A. 251 (874).
Georgij archim. 138 (587).
Gerstman A. 250 (874).
Giljarov'skij V. 141 (503).

*) Ordo litterarum: a (a), b, c, č (ч, ć), d (d'), e (e, t, ě, e), f, g, h (boh. pol.), h' (ch, x), i, j (j, io), k, l, m, n (ń, ñ), o, p, q, r (ř), s, š (ś, u), t (t'), u, v (v, w), y, z, ž (z, ж): Ъ et Ѣ negliguntur.

- Glagolev S. 27 (205); 81 (396) 84 (399); 194 (762); 208 (776); 209 (777).
 Glubokovskij N. 2 (104); 20-24 (88-90; 197-201); 30 (208); 33 (208); 33 (104); 78 (394); 79 (394); 101 (414); 158, 159, 160, 161 (510, 511, 512, 602); 195 (763); 197 (765).
 Glěbov I. 131—134 (504—507).
 Goetz L. 72 (388); 167 (607); 257 (881).
 Gołab X. J. 20 (197).
 Golubev S. 92 (407); 255 (878); 257 (880).
 Golubev V. 134-137 (583-586); 194 (762).
 Golubinskij 77 (392).
 Golubinskij D. 81 (396).
 Golubinskij E. 114—119 (487—492); 143 (507); 255 (878); 257 (880).
 Golubinskij V. 30 (208).
 Gorodeev P. 30 (208).
 Gorodenskij N. 30 (208).
 Govorov S. 29 (207).
 Granić B. 39 (110).
 Grigorevskij 104 (416).
 Grivec F. 24 (201); 27 (206); 37 (106); 34 (212); 71 (386); 107 (577); 207 (775); 258 (881).
 Gromoglasov I. 141 (503).
 Gruden J. 37 (214); 214 (782); 282 (979).
 Grujić N. 143 (507).
 Grujić R. 282 (978).
 Guljaev A. 196 (764).
 Gusev A. 29 (207); 30 (208); 148 (591).
 Gusev Th. 29.
 H. M. 84 (309); 93 (408); 205 (773); 212 (780); 261 (885); 278 (971).
 Háňavka K. 8 (188).
 Hartmann S. 174 (471).
 Hendrich J. 7 (105); 77 (392); 171 (739).
 Hlavatý V. 50 (381).
 Hruđa F. 238 (870).
 Hus J. 236 (868).
 Halkolivanov J. 29 (207).
 Harlampovič K. 255 (879).
 Chodyňski S. 250 (874).
 Homjakov A. 168 (608).
 Chotkowski W. 250 (874) 251 (875).
 Hrapovickij 29 (207).
 Il'in A. 141 (503).
 Ioann archim. 267 (975).
 Ioann ep. 141 (504).
 Istrin V. 207 (775).
 Ivanov N. 141 (504).
 Ivačkovič I. 213 (781).
 Ivanovskij V. 194 (762).
 Izvėkov N. 256 (879).
 Jabłonowski 256 (880).
 Jabłoňski 87 (403).
 Jablonskij V. 196 (764).
 Jagič V. 38 (105); 39 (105).
 Jaroš 29 (207).
 Jakovlev Th. 141 (504).
 Jakšić D. 94 (311).
 Jakšić M. 36 (213).
 Janyšev I. 78 (393); 272 (965).
 Jaremko D. 269 (889, 976).
 Jasnopol'skij 279 (972).
 Jašek A. 254 (878).
 Javorskij S. 258 (881); 271 (964).
 Jeglič A. 97 (410).
 Jemelka F. 86 (401) 272 (965).
 Jircėek C. 39 (110).
 Jivanka J. 8 (108).
 Jungerov P. 252 (875); 275 (968).
 Kadeřávek E. 43 (292); 50 (381); 232 (800).
 Kachnik J. 5 (187).
 Kapterev 269 (963); 270 (964).
 Kašpar K. 107 (483).
 Katanskij A. 78 (393).
 Kavčič J. 215 (783); 283 (979).
 Kazanskij K. 189 (757).
 Kemelidze K. 206 (744).
 Kerenskij A. 84 (399).
 Kerenskij V. 148 (591); 155 (599).
 Kiparisov N. 196 (764).
 Kiprianovič 256 (879).
 Kirėev A. 84 (399); 85 (400); 149 (592); 272 (964).
 Kirill 167 (607).
 Klitin A. 141 (504).
 Klučevskij V. 144 (487).
 Knapiňski 251 (874).
 Kochowski W. 110 (578).
 Komenský A. 142 (588).
 Kondakov I. 58 (298).
 Kondakov N. 142 (587).
 Kononov N. 209 (777).
 Konrad K. 48 (379).
 Kopyciňski A. 251 (874).
 Koranda V. 142 (587).
 Kordik A. 8 (188); 170 (738).
 Korelin 271 (964).
 Kotljarevskij 60 (301).
 Koutecká M. 8 (108).
 Kovačič F. 215 (783); 283 (979).
 Kovář J. 137 (586).
 Králiček J. 174 (742).
 Krásl F. 47 (378).
 Krasnitzkij J. 137 (586).
 Krasnožen M. 187 (755); 268 (976).
 Kratochvíl J. 14 (192).
 Krek I. 36 (214); 37 (214); 282 (978).
 Kremlevskij P. 170 (738).
 Kryštůfek F. 7 (7); 43 (292); 47 (378).
 Kubiček F. 6 (107).
 Kudrjavcev P. 87 (403).
 Kudrjavcev V. 137 (586).
 Kuljukin 143 (507).
 Kuljukin S. 27 (106).
 Kupka J. 49 (380).

III.

- Kurganov Th. 197 (765).
 Laskčev A. 194 (762).
 Laskov 172 (739).
 Lebedev 197 (765).
 Lebedev A. 82 (397); 141 (504); 153 (597); 188 (756); 223 (791); 257 (881).
 Lebofskij N. 29 (207).
 Ledóchowski 17 (194).
 Lenz A. 49 (380).
 Leonardov D. 137 (586).
 Leporskij 30 (208).
 Leporskij J. 78 (394).
 Levickij 270 (963).
 Levickij O. 257 (880).
 Likowski E. 19 (102).
 Linickij P. 30 (203); 88 (403); 206 (774).
 Lipskij N. 141 (504).
 Ljutostanskij I. 141 (504).
 Lopatin L. 135 (584).
 Lopuhin A. 28 (206); 28 (206): 31—2 (209—210).
 Lotockij A. 194 (762).
 Lovagin I. 78 (393).
 Lundberg 279 (972).
 Makarij (Bulgakov) 101 (413); 148 (591); 152 (596); 269 (962).
 Makkaveev P. 195 (763).
 Makkavejskij N. 89 (405).
 Maksimovič V. 143 (507).
 Malcev A. 29 (207); 32 (101); 167 (608); 269 (962).
 Malinovskij I. 187 (755); 194 (762).
 Markošek J. 215 (783).
 Markovič I. 54 (384); 108 (483): 170 (738). 282 (978).
 Maryanski B. 251 (875).
 Masaryk T. 171 (739).
 Martynov A. 30 (208).
 Mavrickij V. 29 (207).
 Medved A. 37 (106); 215 (783).
 Medvědkov A. 187 (755).
 Meissner Cz. 20 (197).
 Menčík F. 190 (758);
 Miaskowski K. 110 (578).
 Mieszkis F. 251 (874).
 Mihail archim. 132 (504).
 Mihail ep. 161 (601); 221 (789).
 Mihail ierom. 160—2 (601—2).
 Mihajlov A. 72 (387).
 Mihajlowskij N. 138 (587).
 Miletič L. 53 (384).
 Milaš N. 145 (589); 264 (888).
 Milutinovič M. 213 (781).
 Miroľjubov 65 (305).
 Miroslavljevič V. 93 (309).
 Mirtov D. 29 (207); 30 (208).
 Miseev N. 30 (208).
 Mlčoch M. 46 (377).
 Molčanov A. 151 (addend.) (595 addend.)
 Molčanov N. 132 (504).
 Morawski 168 (608).
 Morawski M. 16 (194).
 Morev I. 258 (881).
 Muhin N. 87 (402).
 Murav'ev V. 138 (587).
 Muretov M. 85 (400); 261 (884) bis.
 Murko M. 166 (607).
 Musil A. 44 (293); 50 (381).
 Nadeždin A. 29 (207).
 Napotnik M. 96 (408).
 Nepljuev N. 81 (397).
 Nestor 195 (763).
 Nesmělov V. 142 (588).
 Nevzorov I. 29 (207).
 Niedziałkowski K. 161 (193).
 Nikanor ep. 29 (207); 30 (208); 141 (504).
 Nikanorov I. 141 (504).
 Nikitskij S. 29 (207).
 Nikolin I. 187 (755).
 Nikol'skij A. 138 (587).
 Nikorovič 263 (887).
 Nojszewski A. 251 (874).
 Nowowiejski A. 249 (961).
 Okoniewski S. 20 (197); 110 (578).
 Olesnickij M. 29 (207); 29 (207); 30 (208); 31 (209); 90 (405).
 Oliva V. 7 (107).
 Ontlik N. 143 (588).
 Orlov G. 142 (504).
 Ornatskij 142 (504).
 Ostroumov M. 268 (976).
 Ostroumov N. 194 (762).
 Ozereckij P. 30 (208).
 Paliwoda-Jaszowski 263 (887).
 Pal'mov I. 142 (587).
 Pankov A. 257 (880).
 Papkov A. 256 (879).
 Pawlicki S. 16 (194); 42 (291).
 Pavlík M. 124 (497).
 Pavlov A. 268 (976).
 Pazman J. 13 (191).
 Pechaček G. 49 (380).
 Pekař 6 (191).
 Pelezar J. 16 (194).
 Pereverzev 143 (588).
 Pesockij 92 (407).
 Petražickij L. 30 (208).
 Petronijevič 213 (781).
 Petropavlovskij I. 131 (504).
 Petrov G. 168 (608).
 Petrov N. 89 (405); 257 (881).
 Petr L. 25 (203); 63 (303); 86 (401) 87 (402); 187 (755).
 Petrovskij A. 77 (393); 196 (764).
 Pěvcov V. 268 (976).
 Pěvnickij V. 206 (774).
 Philaretus v. Filaret.
 Piątkiewicz W. 175 (743); 243 (872).
 Pigorov N. 142 (588).
 Pieha T. 7 (105).

- Pisarev L. 273 (961).
 Pisarev N. 258 (881); 274 (967); 275 (968).
 Pjatnickij I. 23 (208); 29 (207); 63—65 (303—5).
 Platon S. 145 (589).
 Platonov 28 (207).
 Plotnikov K. 142 (588).
 Podlaha A. 5 (97); 7 (39); 44 (293); 48 (379); 107 (577).
 Pokrovskij A. 26 (205); 29 (207); 30 (208).
 Ponomarev P. 275 (968); 276 (969); 278 (971).
 Popov A. 77 (393); 208 (776); 257 (881).
 Popov I. 29 (207); 29 (207); 84 (399); 210 (778); 260 (884).
 Popov T. 143 (588).
 Popov V. 79 (394); 142 (588).
 Popović A. 214 (782).
 Pořícký J. 190 (758).
 Poseljanin E. 142 (588).
 Potkański K. 19 (197); 77 (392); 111 (579); 251 (875).
 Preglej V. 215 (783).
 Preobraženskij I. 279 (972).
 Preobraženskij N. 83 (398).
 Pribičević V. 95 (311).
 Přikryl F. 238 (870).
 Procházka M. 45 (376).
 Rrokopović Th. 80 (95); 160 (601).
 Pajnoch A. 170 (738).
 Reindl F. 170 (737).
 Remec B. 37 (214).
 Remezov V. 102 (14); 273 (966).
 Rostworowski J. 111 (579).
 Rozanov 65 (305); 139 (580); 273 (966).
 Rozanov N. 161 (612).
 Rozanov V. 85 (401); 157 (510).
 Roždestvenskij N. 135 (581).
 Runkevič S. 32 (310); 195 (763); 196 (761).
 Ruvarac D. 143 (507).
 Ružičić R. 213 (781).
 Rybinskij V. 28 (206); 71 (387); 87 (403).
 Samsour 6 (107); 1 (32).
 Sapožnikov 270 (963).
 Sedláček J. 44 (293); 46 (377); 60 (300); 169 (737).
 Seleznev M. 29 (207).
 Sergiev I. 142 (588); 168 (608); 190 (758).
 Sergij 99 (412).
 Sergij aep. 167 (608).
 Sieniatycki M. 251 (875).
 Sil'vestr ep. 228—231 (796—799).
 Simeon ierom. 142 (588).
 Sinthern P. 232 (800).
 Skarga P. 252 (875).
 Skočdopole A. 49 (380); 105 (481).
 Skvorcov 267 (975).
 Slovjarskij P. 28 (207).
 Smirnov 77 (393).
 Smirnov P. 30 (208); 103 (415).
 Smirnov S. 85 (400); 259 (8-2).
 Smirnov Th. 206 (774).
 Smolik R. 49 (380).
 Snopek F. 6 (191); 77 (392); 107 (577).
 Sobolev M. 131 (504).
 Soljarskij P. 30 (208).
 Sokolov I. 32 (210); 19 (385); 77 (393); 257 (881).
 Sokolov L. 142 (588).
 Sokolov M. 37 (215).
 Sokolov N. 25 (201); 268 (975).
 Sokolov V. 83 (398); 148 (591); 209 (777); 210 (775).
 Sokolovskij N. 29 (207).
 Sokol'skij V. 142 (588).
 Soldát A. 7 (46).
 Solov'ev I. 111 (484).
 Solov'ev V. 60 (300); 65—6 (305—6); 81 (397); 137 (586); 139 (580); 140 (581); 143 (588); 153 (597); 171 (738); 269 (962); 271 (964).
 Somrek J. 37 (214).
 Souček S. 171 (739).
 Spáčil B. 7 (52).
 Spasskij A. 142 (588); 260 (884).
 Spasskij I. 26 (205).
 Stadler J. 15 (192); 15 (193).
 Stanojevič S. 39 (110).
 Stárek J. 50 (381).
 Starowieyski F. 17 (194); 110 (578).
 Statečný K. 7 (17).
 Stegensek A. 146 (590); 215 (783).
 Stelleckij I. 90 (406).
 Stelleckij N. 91 (407).
 Stepinac M. 173 (741).
 Stráhov N. 29 (207).
 Studinskij C. 256 (880).
 Suša F. 173 (741).
 Sušil F. 45 (376).
 Suškov 272 (965).
 Suvorov N. 208 (776); 268 (976); 268 (976).
 Svěčin I. 29 (207).
 Světlakov 153 (597).
 Světlov P. 81 (397); 83 (395); 84 (399); 89 (405); 134 (583); 148. 149 (591—2. 593).
 Svoboda J. 42 (291).
 Sýkora J. 43 (292); 46 (377); 72 (387).
 Šyski A. 175 (743).
 Szaniawski X. A. 20 (197).
 Szelażek A. 16 (194).
 Szlagowski A. 16 (194).
 Šapožnikov 29 (207).
 Sauer de Augenburg J. 49 (380).

- Ščepuro D. 255 (879).
 Šiltov A. 60 (300); 132 (505); 133 (506).
 Šittler E. 48 (379).
 Šob F. 170—1 (738).
 Špaček R. 7 (58); 44 (293).
 Špaldák A. 7 (11); 28 (206); 40 (216);
 63 (303); 164 (604); 167 (607. 608);
 171 (738); 225 (793); 246 (896).
 Štítný T. 236 (868).
 Tančev H. 238 (870).
 Tarčev M. 84 (399); 89 (404); 134 (583);
 259 (883).
 Temnověrov 30 (208).
 Teodorov A. 53 (384).
 Tergoslav F. 37 (106). 282 (978).
 Thavorov N. 29 (207); 30 (208).
 Thavorskij D. 30 (208).
 Theophan ep. 189 (757).
 Tihomirov D. 29 (207).
 Tihomirov P. 80 (395); 85 (401); 157
 (510).
 Tihomirovoj V. 85 (400).
 Tischer F. 44 (293).
 Titlinov B. 142 (588).
 Titov Th. 87 (403); 93 (408); 142 (588);
 254 (878).
 Tolstoj L. 82 (397); 142 (587); 142
 (588); 213 (781); 273 (966).
 Tomek V. 47 (379); 236 (868).
 Trenev D. 142 (588).
 Troickij 132 (504); 140 (581).
 Troickij I. 78 (393).
 Trubeckij 259 (883).
 Trubeckoj E. 149 (593).
 Truskovskij I. 223 (791).
 Tumpach J. 50 (381); 111 (485).
 Tunickij N. 77 (392).
 Turkin I. 142 (588).
 Urban J. 248 (872); 249 (874).
 Uspenskij P. 166 (607).
 Uspenskij V. 65 (305); 77 (393); 79
 (394).
 Ušinskij K. 142 (588).
 Vaček F. 6 (191); 107 (577).
 Vajs J. 7 (1); 10 (190); 13 (82. 100)
 39 (105); 215 (783).
 Valjavec J. 37 (214).
 Vančček F. 8 (107).
 Vvedenskij A. 138—140 (579—582);
 209 (777); 228 (796).
 Vvedenskij D. 30 (208).
 Velhartický J. 104 (416).
 Velitko B. 71 (386).
 Verner 279 (972).
 Veržbolovič M. 60 (300).
 Veselinović S. 146 (590); 213 (781).
 Wintera V. 5 (99).
 Višnevskij D. 88 (404).
 Vlastov G. 26 (204).
 Vondrák V. 6 (188); 77 (392); 251 (875).
 Voroncov 96 (312).
 Voronec E. 28 (206).
 Vostokov A. 223—5 (791—3).
 Vrátný K. 7 (25).
 Vrba R. 44 (293).
 Vřešťál A. 44 (293).
 Vrchovecký 6 (191).
 Vukolov A. 28 (207).
 Vychodil P. 43 (292); 233 (865).
 Zagorovskij A. 159 (511).
 Zajcev S. 29 (207).
 Zaleski S. 251 (875).
 Zamjatin A. 1 1 (485).
 Zaozerskij 189 (757).
 Zaozerskij A. 158.
 Zaozerskij N. 211 (779); 258 (882).
 Zapletal V. 7 (113); 51 (382).
 Zarin 78 (394).
 Zav'jalov A. 102 (414).
 Zdziechowski M. 174 (742).
 Zelepugin 29 (207).
 Zeremski 35 (213); 36 (213); 143 (507);
 212 (780).
 Zháněl R. 7 (117).
 Zwolski S. 19 (101).
 Žák F. 185 (753); 235 (867); 279 (972).
 Žilov I. 140 (587).
 Živanović A. 213 (781).
 Žukiewicz K. 251 (875).
 Žukovič P. 256 (880).
 Žukowski J. 15 (193); 17 (195).
 Žundálek F. 56 (296); 173 (741); 175
 (743); 208 (776).

B

- Acahistorum historia 257 (881).
 Achridensis patriarchatus 39 (110).
 Actus apost. 15 (193); 141 (504).
 Adalbertus 47 (378).
 Agnetis b. monasterium 47 (378).
 Alexander I. 232 (800).
 Alexander Severus 194 (762).
 Alexandriae patriarchatus 166 (607).
 Alitaria 8 (108).
 Amor concupiscentiae et benevolentiae
 179—180 (747—748).
 Amor Dei 29 (207); 176—178 (744—6).
 Amor proprius 177 (745).
 Amoris ordo 177—8 (745—6).
 Angeli 24 (201).
 Anglicana hierarchia 206 (774).
 Anglicanae ecclesiae artic. 78 (394).
 Anglicani 83 (398).

- Anima 16 (194); 138 (587).
 Anima et cerebrum 42 (291).
 Anna imper. 142 (588).
 Anthropologia v. Hom.
 Anthropomorphismi 254 (575).
 Antonii s. vita 275 (968).
 Apocalypsis 141 (504).
 Apoc 2: 272 (965).
 Apocatastasis 88 (403).
 Apologia 15 (193); 28 (206); 135 (584);
 141 (503); 233 (865).
 Aquilejenses patriarchae 37 (214); 214
 (782).
 Aramaicae inscriptiones 8 (188).
 Archaeologia biblica 46 (377).
 Archaeologia christiana 42 (291); 58—60
 (298—300); 215 (783); 247 (871).
 Archaeologia eccles. russ. 86 (401).
 Architectura relig. 213 (781).
 Aristoteles (moral.) 29 (207).
 Armenorum ecclesiae dogm. 78 (393—4).
 Ars christiana 48 (379); 250 (961).
 Arsenius et Arsenitae 78 (393).
 Arsenius archiep. 255 (879).
 Artes: nuditas 16 (194) moralitas 16
 (194).
 Artificia eccles. 146 (590).
 Ascetica 16 (193—4); 78 (394); 141
 (587); 142 (588); 168 (608); 171
 (738); 189 (757); 206 (774); 208
 (776); 251 (874).
 Ascetismus 84 (399); 260 (881).
 Asiae oppida 78 (393).
 Astrahan 89 (404).
 Athanasii s. doctrina 210 (778).
 Athanasius (?) 239 (889).
 Athos 69—70 (385—6).
 Atomismus 137 (586).
 Augustinus 88 (403); 121 (494).
 Azyma 21 (88); 248 (872).
 Babylonia et biblia 28 (206).
 Babyloniorum mythi 51 (382).
 Bantulesko-Bodoni 90—91 (406).
 Baptismus 94—5 (311); 110 (578).
 Barnabae epist. 213 (781).
 Barnabas ap. 146 (590).
 Basiliani 110 (578); 251 (875).
 Basilius 9 (190); 30 (208) (moral.);
 161 (601); 212 (780); 276 (969); 277
 (970).
 Beatitudinis notio 130—131 (582).
 Beatitudo: v. vita aeterna.
 Belgordenses episcopi 257 (881).
 Biblia (propag.) 71 2 (387).
 Biblia (prohib.) 72 (387).
 Biblia N. T. explic 45 (376).
 Biblia polon. 19 (101).
 Biblia slav. 46 (377); 215 (783); v.
 Palaeosl.
 Biblica 34 (211); 37 (214); v. Acta; Anth-
 ropomorph.; Chronol.; David; Eccl.:
 Genes.: Jerem.: Introductio: Morbi;
 Patriarchae; Paulus; Sau^l; etc.
 Bibliographia serb 93 (310).
 Bibliothecae descriptio 60 (300); 257
 (851).
 Boëthius 215 (783); 283 (979).
 Bohemiae hist. 46 (377).
 Bohemicae litt theol. 105 7 (481 3).
 Bosna Hercegovina v. Serbi.
 Braunaviensis seditio 5 (99).
 Brus A. 46 (377).
 Bruta 8 (188); 15 (193); 235 (866—7).
 Bruta et homo 194 (762).
 Buddhismus 15 (193); 137 (586).
 Bulgariae catholici 172 (740).
 Bulgaricae litterae 51 (382) 239 (871).
 Canon v. Deuterocan.
 Canonici libri 46 (377).
 Canonistae orientales 261—5 (885—9).
 Canonistae Russorum 265—9 (973—6).
 Canonizatio v. Euthymius.
 Canonizatio in eccl. russ. 114 119
 (487—492).
 Cantus eccl. graecus 78 (393).
 Cantus sacer palaeoboh 48 (379).
 Caritatis virtus 143 (588).
 Carnes (moral.) 78 (394).
 Catechetica 213 (781).
 Catechismi serb. 93—94 (310).
 Catechismus 141 (503).
 Catharina II. 195 (763).
 Catholicitas v. ecclesiae notae.
 Catholicitatis notio 261 (884).
 Character sacramentalis 175 (743); 248
 (873).
 Christi divinitas 17 (195).
 Christi doctrina 142 (587).
 Christi fratres 141 (504); 188 (756).
 Christi idea apud ethnics 92 (408).
 Christi imagines 142 (587).
 Christi miracula 36 (213).
 Christi mors 132 (505—6).
 Christi nativitas 36 (213); 207 (775).
 Christi parabola 3; 213; 89 (404).
 Christi passio 43 (212).
 Christi resurrectio 28 (206); 43 (212);
 60 (300); 131—134 (504 507).
 Christi sermo montanus 35 (213).
 Christi vita 90 (406).
 Christiani legenda 6 (191).
 Christianismi propagatio 194 (762).
 Christianismi vis socialis 143 (585).
 Chronologia bibl. 27 (205); 194 (762).
 Clemens alex. (moral.) 29 (207 8); 30
 (208); 30 (208).
 Clemens bulgarus 6 (191); 76—7 (392).
 Cleri russ. vita 196 (764).
 Clericorum eruditio 194 (762).
 Coemeteria 7 (105); 7 (107).
 Coena Domini 20 (88).

VII.

- Cognitio Dei 125 (498).
 Cognitio terrena 85 (401).
 Comma Ioanneum 78 (394).
 Concilia oecumenica 141 (504).
 Conciliorum acta 82 (397—8).
 Concilium Florent. 270 (963).
 Concilium Trident. 10 (190).
 Concordata 157 (601).
 Concupiscentia 273 (966).
 Confessio 85 (40).
 Confirmatio in bono v. Impeccabilitas.
 Confraternitates orthod. 255-6 (879-880).
 Consilia evangelica 28 (207).
 Constantinianus M. conversio 142 (588); 260 (884).
 Constantinopolitana ecclesia 257 (881).
 Constantinopolitani patriarchae iura 78 (393).
 Constantinus M. 84 (399).
 Controversae quaestiones (inter lat. russ.) 77 (393); 269 (962): v. singulas (Maria etc).
 Cor perforatum? 132—3 (505).
 1 Cor 5, 13: 150 (594).
 1 Cor 7, 14: 89 (404).
 1 Cor 13, 12: 85 (401).
 1 Cor 14, 20—25: 261 (885).
 1 Cor 15, 12 s.: 150 (594).
 1 Cor 15, 12 23: 187 (755).
 Cosmogonia 37 (214).
 Creatio 43 (292).
 Creationis notio 137 (586).
 Criticismus 16 (194).
 Crucis signum 77 (393).
 Crux 60 (300).
 Cultura christiana 37 (106).
 Cultus externus 30 (208).
 Cyprianus (haeret.?) 151 (595).
 Cyrillus et Methodius 7 (105); 19 (197); 37 (214); 72 (387—8); 87 (402); 107 (577); 109 (484); 111 (579); 171 (739); 214 (82); 238 (870); 251 (875); 272 (965).
 Černin 44 (293).
 Daemones 24 (201).
 Darwinismus v. Transformismus.
 David 173 (741).
 Debitum v. obligatio.
 Dei existentia 17 (194); 28 (206); 135—6 (584—6); 233—4 (865—6).
 Deificatio hominis 113 (486); 131 (583); 175 6 (743—4); 210 (778).
 Determinismus v. Libertas.
 Deus-homo 143 (588).
 Deuterocanonici libri 26 (204); 96 (312); 252—3 (876—7): v. Canonici libri.
 Diluvium 51 (382); 187 (755).
 Divinationes 60 (300).
 Dogmata „fundamentalia“ 148 (592).
 Dogmatica 97 (410); 187 (755).
 Dogmatis notio 79 (394).
 Dogmatum progressio 197 (765).
 Duellum 30 (208).
 Ecclesia ac status 61 (301); 80 (396).
 Ecclesia et potestas civilis 78 (393).
 Ecclesiae accommodatio 62 (302).
 Ecclesia russica 212 (780).
 Ecclesia ut Christi corpus 175 (743); 248—9 (872—4).
 Ecclesiae caput 88 (403).
 Ecclesiae catholicae veritas 17 (195); 270 (963).
 Ecclesiae catholicitas 148 (591—2); 155 (598—9).
 Ecclesiae finis 99—101 (412—413).
 Ecclesiae membra 147—153; (590—596).
 Ecclesiae munus 138 (580).
 Ecclesiae notae 3 (398, 399); 84—5 (400); 153—157 (596—601); 261 (885).
 Ecclesiae notio 88 (403).
 Ecclesiae orientalis status 71* (386).
 Ecclesiae orientis 213 (781).
 Ecclesiae russ. reform. necessitas 279 (972).
 Ecclesiae sanctitas 154—5 (598).
 Ecclesia temperatio 185 6 (753—4).
 Ecclesiae visibilitas 83 (398).
 Ecclesiastes 7 (113).
 Ecstasis 283 (979).
 Educatio v. Paedagogica.
 Egoismus 29 (207).
 Electio Papae 7 (52).
 Eloquentia sacra v. Homil.
 Emancipatio feminae 8 (108); 16 (194); 29 (207).
 Empirismus 87—88 (403).
 Encyclopaedia theol. 19 (196); 119—124 (492—7); 251 (874); 251 (875).
 Eph 2, 15: 4, 24: 138 (587).
 Eph 5, 22—32: 102 (414—5).
 Epiclesis 170—1 (738); 247 (871—2).
 Epiphanius 10 (190); 277 (970).
 Episcopi monachi 141 (504).
 Epistolae cathol. 141 (504).
 Excommunicandi potestas 149 (592); 152 (595).
 Esdras 79 (394).
 1 Esdrae 7, 1: 4, 7—23.
 Esther 252 (875).
 Ethica v. Moralis.
 Ethica et religio 259 (883).
 Ethicae historia 90 (405).
 Eucharistia 37 (106); 246 (871); 278 (971); v. Epiclesis; Miss.; Sacrif.; Transsubst.
 Euthymius 171 (739).
 Evangelium rhemense 3—5 (95—97).
 Evolutionismus (moral.) 29 (207).
 Evolutionismus v. Transformismus.

- Exegetica 221 (789).
 Familia christiana 30 (208).
 Femina v. Mulier; Emancip.
 Festum Nativitatis Chr. 206 (774).
 Fidei actus 17 (195).
 Fidei autonomia 230 - 1 (798 - 9).
 Fides 88 (403).
 Fides: Dubit. c. f. 17 (195).
 Filioque v. Spiritus S.
 Florentinum conc. v. Conc. Fl.
 Foenus 44 (293).
 Fragmenta Kioviensia 6 (188).
 Fragmenta Pragensia 6 (188).
 Fragmentum verbenicense 39 (105).
 „Fratres“ Domini 141 (504); 188 (756).
 Galatae 24 (201).
 Genesis 26 (205); 44 (293); 50—51
 (381—2).
 Gen 3, 15: 92 (403).
 Genesis 10 etc. v. Tabula populor.
 Glagolitica 214—5 (782—3); 215 (783).
 Gloria humana 251 (874).
 Gorazdus 77 (392). *
 Gorbackij 92 (407).
 Gratia in vitis ss. 275 (968).
 Gregorius Naz. 10 (190) 277 (970).
 Gregorius Nyss. 29 (207). (moral.):
 276 (969).
 Habelić J. 38 (105).
 Haeresis psychologia 107 (577).
 Hakman ep. 143 (507).
 Harnack 27—8 (206); 37 (106); 143 (507).
 Harrach 47 (378).
 Hauran 59 (299).
 Henologicum argumentum 234 (866).
 Hyacinthus Odrowąż (s.) 251 (875).
 Historia eccles. 47 (378); 197 (765);
 v. Archaeol., Adalb., Alex. Sev., Con-
 cilia: Schisma etc.
 Historia eccles. Austriae 43 (292).
 Historia eccl. Bohemiae 5 (99); 47 (378);
 v. Agnet, Viti.
 Historia eccl. Bulgariae 53 (384).
 Hist. eccl. Croat. 174 (741).
 Historia eccl. Dalmatiae 145 (589).
 Hist. eccl. graecae (bis) 78 (393); 197
 (765).
 Historia eccl. Istriac 145 (589).
 Hist. eccl. lavant. 215 (783).
 Hist. eccl. Litthuan 256 (879).
 Hist. eccl. Moldav. et Valach. (Rumen.)
 197—205 (765—773); 282 (978).
 Hist. eccl. polon. 250 (874); 251 (875).
 Historia eccles. russ. 56—58 (296—8);
 73—76 (388—392); 77 (392)*; 80 (395);
 89 (404); 91 (407); 92 (407); 93 (408);
 142 (588); 143 (588); 143 (507); 195
 (763); 196 (764); 254—8 (878—882);
 v. Anna imper., Veteroritualistae etc.
 Historia ecclesiae saec. XIX 31 (210).
 Hist. eccles. Slavor. 109 (484).
 Hist. Slav. v. Cyrill. etc.
 Homiletica 37 (106); 141 (503); 142
 (504); 215 (783); 252 (875).
 Hominis origo 27 (205); 43 (292).
 Homo (anthropol.) 50 (381).
 Homo in iustitia creatus? 146 (589).
 Homo praehistoricus 6 (107).
 Hungaria v. Serbi in H.
 Hus J. 49 (380); 236—7 (868—9).
 Hymni v. Cantus.
 Iaponia 85 (400); 174 (742).
 Iconographia 28 (206); 142 (587—588).
 Ideologicum argumentum 135—6
 (584—5).
 Idololatriae origo 187—8 (755—6).
 Ieiunium 8 (107); 142 (504).
 Ieremias 8 (108).
 Ierosolymitanus patriarchatus 208 (776).
 Iesuitae 42 (291); 141 (503); 270 (963)
 bis.
 Iesuitae in Polonia 251 (875).
 Iesuitae in Russia 190—193 (758—761);
 280—1 (977—8).
 Immortalitas 15 (193); 17 (195); 250
 (874).
 Impeccabilitas beator. 179 (747).
 Impositio manuum 8—9 (189).
 Individualitatis origo 137 (586).
 Indulgentiae 7 (191); 112 (485);
 270 (963); 271 (964).
 Infallibilitas ecclesiae 118 (491).
 Infallibilitas papae 121 (494);
 172 (739—740).
 Infernum v. Apocatastasis.
 Inquisitio 6 (107).
 „Inquisitio“ russica 168 (608).
 Inspiratio 46 (377).
 Introductio 141 (504).
 Introductio in N. T. 46 (377); 43 (292).
 Introductio in V. T. 44 (293); 169 (737);
 252 (875).
 Ioannes ap. 141 (504).
 Io 7, 53—8, 11: 175 (743).
 Io 8, 44: 89 (404).
 1 Ioannis 78 (394).
 1 Io 2, 22: 4, 2; 5, 6: 88 (404).
 1 Jo 5, 7: 78 (394).
 Ioannes Bapt. 36 (213).
 Ioannes Chrysost. 10 (190); 30 (208)
 (moral.); 278 (971).
 Ioannes Italus 138 (587).
 Ioannes Nep. 233 (870).
 Islam v. Mubamed.
 Islandiae litterae 7 (25).
 Israel in Aegypto 27 (205).
 Iudaei v. Talmud; Israel.
 Iudaei et Christus 20 (88).
 Iudaeorum reditus in Palaest. 142 (588).

- Ius eccl. v. Baptism., Electio P
 Constantinop P.
 Ius eccl. orientalis 111 (484); 145 (589);
 157 (755); 258 (882); 261—9 (885—9);
 973—6).
 Ius patronatus 20 (197).
 Iustificatio 24 (201).
 Iustinus 37 (106).
 Iustitia originalis 145—6 (589).
 Jacobinismus 214 (782).
 Jansenismus 7 (7).
 Kantii ethica 182—3 (750—1); 259 (883).
 Kijovia 57 (297. 298).
 Kijoviense monasterium 72—76
 (388—392); 194 (762); 257 (881).
 Kijoviensis academia 87 (403); 88
 (404); 89 (405); 256 (880); 257 (881).
 Kijoviensis metropolita 90—91 (406).
 Koran 208 (776).
 Kormčaja 255—6 (973).
 Krizanić 255 (879).
 Lamennais 60—63 (301—303).
 Labacensis synodus 97 (409).
 Laboris praeceptum 279 (972).
 Legenda Christiani 107 (577).
 Legendae pannonicae 6 (191); 107 (577).
 Leibnitzii theodicea 213 (781).
 Leo XIII. 37 (215); 210 (778).
 Liberalis catholicismus 111 (579); 138
 (579—580); 173 (741).
 Libertas voluntatis 29 (207); 30 (203);
 206 (774).
 Libri prohibiti 14 (191—2).
 Linguae origo 235 (867).
 Linguarum donum 261 (885).
 Litterae cyrillicae v. Transscriptio.
 Liturgia 7 (107); 12 (85) ent.; 167
 (608); 251 (874); 249 (961); v. Proscome-
 mide, Acatisti, Cantus, Pontificale.
 Liturgia slavica 2 (95); 6 (188); 11 (85);
 38 (104); 107 (577); 109 (484); 166
 (607); 250 (961).
 Liturgia V T. 283 (979).
 Liturgiae vis in volunt. 196 (764).
 Logica 50 (381).
 Logos 259 (883—4).
 Lourdes 252 (875).
 Lucas 1, 26—38: 36 (213); 2, 1—20
 36 (213); 2, 22—28: 36 (213);
 16, 8—13: 89 (404).
 Ludmilae s. vita 6 (191).
 Luxuriae malitia 139—40 (581—2); lu-
 xuriae peccati gravitas 140 (582).
 Macarius aeg. 3) (208) (moral.); 84
 (399); 260 (884).
 Magi ex oriente 143 (507); 212 (780).
 Malum 2) (207).
 Maria 7 (25); (corredemptrix) 83 (399).
 Mariae annuntiatio 36 (213).
 Mariae assumptio 167 (608); 251 (875).
 Mariae cultus hist. 251 (875).
 Mariae festa 142 (588).
 Mariae immac. conceptio 7 (1);
 7 (11); 7 (39); 36 (213); 38 (215); 92
 (407); 143—5 (507—9); 167 (608); 251
 (875); v. Lourdes.
 Mariae purificatio 36 (213).
 Mariae virginitas 141 504: 188 (756).
 Mariae visitatio 36 (213).
 Martyres Japon 85 400
 Matrimoniale ius 7 46).
 Matrimonii christ. sublimitas 214 (782).
 Matrimonii impedimenta 29 (207); 30
 (208).
 Matrimonii minister 102
 (414—5); 267 (974).
 Matrimonii nimia aestimatio 139
 (580—1).
 Matrimonii solubil. 9 (190: 35 (213);
 38 (215) bis; 85 (401); 101—104
 (413—416); 157—164 (509—512;
 601—604); 211—2 (779—780); 258
 (882); 273—4 (966—7).
 Matrimonium 29 (207).
 Matrimonium consummatum 9
 (189); 103 (415).
 Matrimonium et caelibatus 65 (305);
 189 (757); 273 (966).
 Matrimonium sacramentum 102 (414).
 Mt 2, 1—12: 143 (507); 212 (780).
 Mt 5, 31. 32: 35 (213).
 Mt 5, 32: 103 (415—6); 157—164
 (509—512; 601—604).
 Mt 16, 18: 216—225 (784—793).
 Mt 18, 17: 152 (595).
 Mt 19, 9: 157—164 (509—512; 601—604);
 Mt 19, 9: 103 (416); 157—164 (509—512.
 601—604).
 mechanistica opinio 137 (586).
 Medek M 46 (377).
 meritum 126 (499—500).
 Methodus dogmatica 203 (777): 225—
 232 (793—800).
 Michael Palaeologus 78 (393).
 Micheas 252 (876).
 Miracula russica 190 (758).
 Miraculum 28 (206).
 Missae sacrificium 49 (380).
 Missae stipendia 110 (579).
 Missiones christianae 7 (32).
 Monasteria orient. 85 (400).
 Monasteriorum institutum 259 (882—3).
 Monastica vita 260 (884).
 Monismus 282 (978).
 Moralis 28—31 (206—9); 37 (214); 50
 (381); 53—59 (303—9): v. Foenus,
 Luxuria, Obligatio, Scrupulosi, Tole-
 rantia etc.
 Moralis et dogmatica 231 (799).
 Moralis et poësis 43 (292).
 Monachi Russorum 196 (764).

- Moralitas actionum 125 (498).
 Morbi in script. s. 143 (588).
 Moscoviensis patriarchatus 189—190
 (757—8).
 Muhamedanismus 87 (402): 194 (762);
 208 (776); 209 (777).
 Mulieris christ. ius et vis 29 (207);
 v. Emancip.
 Mundi contemptus 16 (193).
 Mysteria 110 (579).
 Mysticismus 260 (884).
 Naturale et supern. 88 (403).
 Necessitatis notio 66 (306); 67 (307).
 Nehemias 79 (394).
 Neochristianismus 16 (193); 84 (399).
 89 (405).
 Nietzsche 37 (214); 44 (293).
 Nilles N. 33 (101) bis.
 Nominalismus 20 (197).
 Novissima 24 (201).
 Nuomonachi 239 (889).
 Obligationis conceptus 65 69 (305-309).
 Operae vis 44 (293).
 Operariorum intermissio (detrect.) o-
 peris 44 (293).
 Ordinationum ritus 257 (881).
 Organica materia 107 (577).
 Paedagogica 49 (380): 141 (504): 142
 (588); 214 (782).
 Palaeodoxi 77 (393).
 Palaeographica 242 (892).
 Palaeoslavicae litterae 3—5 (95—7); 6
 (188): 10 (190): 12 (85): 13 (100): 39
 (105); 72 (387—8); 107 (577); 166—7
 (607): 214 5 (782—3); 215—6 (783);
 239—246 (889—896).
 Palaeosl. versio bibl. 254 (877).
 Palaestina 58—60 (298—300); 146 (590).
 Paraetlice 32 (101).
 Papae primatus v. Primatus.
 Passiones 78 (394).
 Pastoralis theol. 7 (117); 49 (379); 77
 (393): 105 (481); 109 (578); 142 (588);
 173 (741): 251 (874).
 Patareni 53 (384).
 Patericon 194 (762).
 Patriarchae Iudaeor. 196 (763).
 Patriarchae Russor 258 (881): 274 (967);
 275 (968).
 Patrini 20 (197).
 Patristica 142 (588).
 Paulus ap. 21—24 (88—90; 197—201);
 37 (106); 96—7 (408—9).
 Peccati (habitualis) notio 112—3
 (485—6).
 Peccati psychologia 142 (588).
 Peccati remissio 112—3 (485—6).
 Peccatores habit., recid., occas. 251
 (874).
 Peccatum (doctr. Pauli) 24 (201).
 Peccatum mortale 63—4 (303—4).
 Peccatum originale 273 (966).
 Pekiensis patriarchatus 95 (311).
 Pentateuchi critica 6 (107).
 Pentateuchus 25 (204): 26 (204): 251
 (874); 275 (968); v. Genesis.
 Perfectionis actus 68 (308).
 Petri preces 261 (834).
 Petri primatus 216 225 (781—793).
 Petrus M. 80 (395).
 Petrus Mogil. 255 (878).
 Pharisaei 21 (88); 22 (89).
 Philo 24 (201).
 Philosophia 15 (192): 50 (381); v. No-
 minal. Nietzsche etc.
 Philosophiae historia 5 (187); v. Boë-
 thius etc.
 Photius 78 (393); 143 (507).
 Pius VII. 110 (578).
 Poenitentia 85 (400); 208 (776).
 Poenitentiae hist. 251 (875).
 Poenitentiae sacr. 65 (305); 112—114
 (485—487); 251 (874).
 Poenitentiae virtus 112 (485).
 Polemica theol. 223 (791).
 Pontificale 257 (881).
 Positivismus 214 (782).
 Praedestinatio 79 (394); 121 (494).
 Pragensis archiep. 46 (377).
 Precatio 189 (757).
 Primatus rom. pont. 19 (197); 108
 (483); 137 (586); 172 (739—740);
 216—225 (784—793); 271—2 (964):
 272 (965).
 Probabilismus 63 (303): 69 (309).
 (prob.):
 Procopius s. 47 (378).
 Progressus dogmatum 79 (394).
 Prophetarum V. T. munus 213 (781).
 Prophetiae donum 261 (884—5).
 Proportiones in natura 137 (586).
 Proscotide 74 (393).
 Protestantismus 16 (193).
 Psalmi 20 (197); 46 (377); 215 (783);
 252 (876).
 Psalm. comment. 239—242 (889—892).
 Ps. 42: 240—6 (890—6).
 Psychologia 50 (381).
 Psychologicorum phaenomenorum tri-
 partitio 184 (752).
 Psychurgica 60 (300); 133—4 (506—7).
 Quietistae 180 (748).
 Realismus 20 (197).
 Redemptio 24 (201).
 Reformatio Petri M. 80 (395); v. eocl.
 Regnum Dei 81—82 (397); 89 (405).
 Religio 141 (503).
 Religio primaeva 26 (205).
 Religionis necessitas 15 (193).
 Religionis notio et origo 107 (577).

XI.

- Religionis origo 8 (188).
 Renan 187 (755).
 Restrictio 65 (305).
 Resurrectio Christi v. Christi resurrectio.
 Resurrectio mortuor. 20 (197); 187 (755).
 Revelatio primaria 92 (408).
 Romani Pontifices 57 (297).
 Rosarium 251 (875).
 Russiae eruditi 25 (201).
 Russorum theologica instituta 32 (210).
 Ruth 215 (783).
 Rutheni 37 (106); 256 (880).
 Sacramenti notio 102 (414).
 Sacrificii N. L. essentia 248 (872).
 Sancti Russorum 114 (487).
 Sanctorum imagines 142 (588).
 Sapientiae l. 24 (201).
 Satisfactio sacrament. 250 (874).
 Saul 173 (741).
 Scepticismus 15 (193).
 Schisma 77 (392)*; 78 (393) bis.
 Schismatis historia 109 (484); 148 (592); 165 (605).
 Schismatici materiales 148 (592).
 Scholae Russiae occ. 255 (879); 257 (880).
 Scholastica 225—232.
 Schopenhauer 29 (207).
 Scrupulosi 250 (874).
 Sectae russicae 196 (764), v. Palaeo-
 doxi, Veteroritualistae.
 Semitarum sept. epigr. 8 (188).
 Serbi in Bosna-Herc. 38 (215).
 Serbi in Hungaria 37—38 (215).
 Serborum negotia cum regno byzant.
 39 (110).
 Servorum iura 19 (197).
 Slovacia 51 (293).
 Socialis quaestio 209—210 (777—8).
 Socialismi hist. 91 (407).
 Sociologia 16 (194); 279 (972); v. Serv.,
 Opera.
 Sorabi Lusatici 54 (294).
 Solov'ev V. (vita) 71 (386—7).
 Spencer 7 (17).
 Spiritismus 138 (587); v. Psychurgica.
 Spiritualis pater 259 (882).
 Spiritus s. processio 78 (393); 79 (394); 107 (577); 269 (962).
 Stadler J. 33 (102).
 Stigmata 16 (193).
 Stigmatizatio 138 (587); 215 (783).
 Stoglav 141 (503); 209 (777).
 Suicidium 29 (207).
 Symbola V. T. 283 (979).
 Symbolica eccl. orient. 98 (410); 213 (781).
 Synodiserbicaca. 1748—50: 36 213—4).
 Synodus brest. 19 (102).
 Synodus s. 80 (395).
 Syria 58—60 (298—300).
 Sariat 208 (776).
 Tabula populorum 27 (205).
 Talmud 141 (504); 214 (782).
 Teleologia 17 (194).
 Teleologicum argumentum 135—7 (584—6).
 Telepathia 60 (300); v. Psychurgica.
 Theodoretus 20 (88); 197 (765).
 Theologia moralis v. Moralis.
 Theologiae Russorum historia 258 (881), v. Canon. R., Moral. etc.
 Theologorum munus 139 (580).
 Theophylactus Rusanov 93 (408).
 Thomas Aq. (moral.) 29 (207).
 2 Tim 2. 20: 150 (594).
 Tolerantia 88 (403); 187 (755); 196 (764).
 Tolstoj 37 (214).
 Traditio 276—7 (969—971).
 Traditiones generis humani 92 (408).
 Traditionis vis 171 (739).
 Transformismus 16 (194); 37 (214).
 Transscriptio litt. russ. 39—40 (216); 164 (604).
 Transsubstantiatio 83 (399); 84 (399).
 Trinitas 7 (58); 211 (779); v. Spiritus s.
 Unctio infirmorum 8 (188); 164 (605).
 Unio 81 (397); 107 (577).
 Unio cum Deo 130—1 (582—3).
 Unionis tentamina 109 (484); 145 (589); 165—6 (606); 166 (606—7); 255 (879); 269 (962). Cf. Schisma.
 Unitorum historia 19 (102); 251 (875); 256 (880); 282 (978).
 Usura v. Foenus.
 Utilitarismus 29 (207).
 Utraquistae 142 (587).
 Velehrad 238 (870).
 Venceslai s. vita 6 (191).
 Verbum Dei v. Logos.
 Veterocatholici 83 (398); 84 5 (400); 272 (965).
 Veteroritualistae 142 (588).
 Wolyniae monasteria 110 (578).
 Vorobinensis ecclesia 141 (504).
 Visio Dei 131 (583).
 Visio beatif. 85 (401).
 Vita aeterna 124—131; 175—185 (497—503; 582—3; 743—753).
 Viti s. ecclesiae thesaurus 48 (379).
 Zachariae annuntiatio 36 (213).